

UNIVERSIDAD

DE LA AUTONOMIA DE NUEVA LEON

BIBLIOTECA GENERAL DE BIBLIOTECA



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
SECRETARÍA GENERAL DE ADMINISTRACIÓN
MEXICO 1960

BT 821
A 51



(III.)

J. M. J.

FR. Valentinus à Matre Dei, Provincialis Fratrum Excalceatorum B. V. MARIE DE MONTE CARMELO hujus Provinciae S. P. N. Alberti in Nova Hispania, &c. De consensu N. Diffinitorii Provincialis, tenore presentium licentiam concedimus, ut liber cujus titulus est: *Homo Attritus, seu de sufficientia Attritionis ad Sacramentum Poenitentiae suscipiendum, Dissertatio singularis, P. Fratris Antonii à S. Firmino Carmelita Excalceati Provinciae Mexicanae*, à gravioribus, doctisque viris hujus nostrae Provinciae (quibus ipsum videndum, et examinandum commissimus) recognitus, et approbatus, typis mandetur, et in lucem prodeat, obtentis prius licentiis de jure necessariis. In quorum fidem praesentes fieri jussimus, manu nostra firmatas, sigillo praedicti nostri Diffinitorii munitas, ejusque infrascripti Secretarii nomine subscriptas, in hoc nostro S. Joachimi Conventu die vigesima septima Aprilis anni millesimi septingentesimi nonagesimi sexti.

Frater Valentinus à Matre Dei,
Pròalis.

De mandato R. P. N. Provincialis.

Frater Joannes à Purificatione,
Secretarius Diffinit.



611862



EX LIBRIS
HEMETHERII VALVERDE TELLEZ
Episcopi Leonensis



1080026386

DR. S. J. ...

HOMO ATTRITUS
SEU

DE SUFFICIENTIA ATTRITIONIS
AD SACRAMENTUM POENITENTIAE
SUSCIPENDUM.

DISSERTATIO SINGULARIS
P. FR. ANTONII Á SANCTO FIRMINO
Carmelita Excalceati Provinciae Mexicanae.


Non scripsi vobis quasi ignorantibus veritatem,
sed quasi scientibus eam.

I. Joann. c. 2. v. 21.



UNIVERSIDAD DE NUEVO LEÓN
BIBLIOTECA Volverde y Telles

Mexici ex Typographia Matritensi, in viâ Sanc-
ti Dominici et Tacubæ. Anno Domini
M. DCCC. I.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN

DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

YOMO

ATTRIT

BT881

A51

c.1

011862

(IV.)

CENSURA

DOMINI DOCTORIS JOANNIS DE SARRIA ET ALDERETE,
hujus Sanctæ Ecclesiæ Metropolitanæ Præbendati, et in Uni-
versitate Osunensi olim Rectoris.

N^Ulla res, Excellentissime, meritissimeque Domine Prorex, nulla res difficilior, & gravior, quam de Pœnitentiæ Sacramento, de ejus materiæ proxima assignatione, de illiusque effectu, qui hominis peccatoris justificatio est, eâ dignitate disserere, quæ Theologi Christiani peculiaris, & propria sit: Sicut enim ei doctrinæ novitas fugienda est, ita etiam prophanas vocum novitates, sub quibus multoties later error, vitare debet. His de causis Patres, Theologiæque Principes aperto Marte dimicantur pro exterminandis ex catholicis disputationibus omnibus quibuslibet vocabulis, quibus sana doctrina, christiana pietas, fideliumque orthodoxa fides quassari, labefactarique poterat. Adest enim innumera vocum multitudo à Patribus dejecta: existunt quamplurimæ propositiones ab Ecclesiâ damnatæ: suntque penè infinitæ dictiones, quæ non nisi cautelâ adhibita, summâque diligentia apposita, usurpari debent; cum anguis sub herba aliquando lateat, ita etiam sub vocabulis, pietatis velo in vulgum disseminatis, venenum Aspidis fideles potare solent: Qua ratione de libro, *homo attritus*, inscripto congruum judicium præbere, arduum, meisque viribus supremum opus hoc putavi; sed vestra benevolentia, superiorumque auctoritate constrictus, illum accuratissime legens & per legens, doctissimum, ac omni laude dignissimum inveni. Proponendi claritas, stabilendi firmitas, explicandi facilitas, ratiocinandi robur, & vigor, Conciliorum, Patrumque auctoritatum selecta copia, in adversariorum telis conterendis christiana moderatio, in sacre Scripturæ locis examinandis gravitas, usus, ac strenuitas: Omnia, omnia Auctoris eruditionem, virtutem, & religionem, quas per totum Novæ Hispaniæ Regnum jamjam fama vulgaverat, apertissime explicant, atque demonstrant.

Catholica est enim ejus doctrina: Catholica sunt asserta: Catholicæ sunt propositiones; nec inter tanta, & tam selecta verba unum minutissimum reperitur, quod Acatholicum, Regisque juribus obnoxium sit.

Si hoc judicium vestræ dominationi placet, nihil ultra deest, nisi ut vestro superiori mandato imprimatur.

In villa Coyoacanensi die 30. Junii, anno 1796.

EXME. DOMINE

Joannes de Sarria
et Alderete.

El Excmo. Señor Marqués de Branciforte, Virrey de esta Nueva España, concedió su licencia para la impresion de esta Obra, como consta por su Decreto de 12. de Julio de 1796.

(V.)

CENSURA

DOMINI DOCTORIS JOSEPHI ANGELI GAZANO, HUIUS SANCTÆ METROPOLITANÆ PRÆBENDATI, ET IN UNIVERSITATE MEXICANA NUPER RECTORIS.

EX præscripto D. D. Josephi Ruiz de Conejares hanc Dissertationem vidi, & protinus agnovi, Attritionistarum systema solidè in ea stabiliri, & Initialistarum argumenta congrue dissolvi; ita nimirum ut si astruam, eruditum Auctorem systemati illi novam, imo & omnimodam probabilitatem, cujus est capax, conferre, veritatis limites nequam transilire, crediderim. Probabilitas isthæ ex Divina Scriptura deprompta est, ex Concilio Tridentino, ex Oraculis Pontificiis, ex Sanctis Ecclesiæ Patribus & Doctoribus, ac præsertim ex Augustino, & Thoma: quapropter Theologis omnibus, sed præcipue horum Sanctorum Discipulis, opus istud gratissimum fore non ambigo: quin & Initialistis iis, qui non futilem, sed solidam Theologicis disciplinas tradendi amant rationem, illud ut reor, non parvi facient: nec sciolus quis ultro consurget, qui Attritionistarum sententiam ab Ecclesiâ jam fuisse proscriptam obmurmuret; quandoquidem si opus ipsum evolvat, inveniet, quod Alexander VII. jubet sub pena excommunicationis, ne quis eam alicujus Theologicæ censuræ, alteriusve injuriæ, aut contumeliæ nota taxare audeat: inveniet, quod Benedictus XIII. assertit, nil hætenus à Sancta Sede fuisse decisum circa Attritionistarum, & Initialistarum controversiam: inveniet tandem, quod Benedictus XIV. id quoque affirmat, & addit, quod liberum cuique est, sive Initialistarum, sive Attritionistarum amplecti doctrinam. Hac igitur libertate, qua omnes donantur, Auctor noster nullatenus privari debet: & cum in ejus Dissertatione nil omnino repererim, quod fidei Catholicæ, vel Christianis moribus sit adversum, ut illam, dum ei libuerit, edat, concedendum censeo, salvo semper meliori judicio. Dabam Mexici die 13. Decembris anno 1800.

Joseph Angelus Gazano.

El Sôr. Dôr. D. Joseph Ruiz de Conejares, Tesorero de esta Sta. Iglesia, Juez Provisor y Vicario General de este Arzobispado Sede Vacante concedió su licencia para que se imprima este Libro, como consta de su Auto de 15. de Diciembre de 1800.



EXCELLENTISSIMÆ PRINCIPI

DOMINÆ MARIE ANTONIÆ DE GODOY, ALVAREZ DE FARIA, BIBERO, MOTEZUMA &c. Marchionissæ de Branciforte, Hispaniæ Magnati primæ classis, Ordinis Reginiæ MARIE ALOYSIÆ honorificentissimâ fasciâ pectorali insignitâ, hujus Novæ Hispaniæ Proreginæ &c.

EXCELLENTISSIMA DOMINA.



Olemne est Scriptoribus propè universis, Mæcenates suos magnificis commendationibus exornare, quin eisdem id vitio vertere, nemini liceat, ideirò quod adversus obtrectatores suos illorum ambiunt tutamentum, quod non vituperatione, sed laude indeptum iri, probè norunt. Et quo Zoilos omnes, atque Aristarchos magis deterreant, Mæcenatum potentiam amplificant, eisque stirpem regiam, cum fas est, ultrò concedunt. Id moris, sicut et Mæcenatum nomen ab antiquo Poeta Quinto Horatio Flacco didicere, qui Mæcenatem suum Octaviani Augusti Achatem fidissimum regum genere procreatum cecinit inquit:

(1) „ Mæcenas atavis edite regibus,

„ O et præsidium, et dulce decus meum.“

Splendor isthic despiciatui minimè ducendus est, cum et ipse Dei Filius, qui humanis honoribus non indigebat, cum nullatenus spreverit, sed ex

(1.) Lib. 1. Oda 1.

regali progenie exoriri voluerit, dum propter nostram salutem descendit de Cælis. Quapropter si pervetustum morem hunc amplecti, per te liceat, Optima Proregina, te quoque atavis editam regibus haud injuriâ dixerim: siquidem Familiam de Godoy ex regibus Legionis, Aragoniæ, Castellæ, Poloniæ, necnon à Græcis Imperatoribus prodire, Carmelita quidam auctor est, qui quidem haud in præsentia, cum scilicet gens tua summis potitur honoribus, sed dum ab illis procul erat, nimirum anno 1753. hæc litteris consignavit. (2) Quin potentissimum Mexicanorum Monarcham, quem magnus Cortesius heros incomparabilis devicit, ad te similiter aliqua spectare ratione, satis apertè innuit D. D. Josephus Marianus Beristain, doctus Canonicus Mexicanus, cum Excellentissimo Fratri tuo Duci de la Alcudia, nunc Principi de la Paz cognomen *Motezuma* attribuit in Oratione Eucharistica, quam eidem nuncupavit. Te idcirò clariore inter, atque illustriore feminas video, ac suspicio. Sed adest insuper caput aliud, quod ampliori commendatione te dignam constituit nempe benignitas, pietas, religio, ceteræque virtutes, quas, Dei beneficio assecuta es. Verumtamen de his ulterius loqui, nec tibi ob egregiam, animi tui moderationem gratum fore arbitror, nec mihi ipsi decorum; viderer namque assentationis vitio, dum virtutem laudo, succumbere. At etsi alias omnes præteream, de modestia tua innoxie possum affari, propterea quod patentissima cunctis, universimque collaudata sit illa, et etiam quia æstimabiles nimium jam fructus ediderit. In supremo honorum, ac dignitatum vertice constituta, omnium insimul oculis censura, et murmuri exposita es: sed cum nil prorsus videant, nisi gravitatem in vultu,

(2.) Fr. Joann. á S. Ana. Exemplar memoria del V. P. Fr. Antonio de la Visitacion, Carmelita Descalzo; en el siglo el Coronel D. Nuño Antonio de Godoy, del Orden de Santiago. Cap. 2. n. 3.

decentiam in incessu, honestatem in vestitu, mirantur quod vident, laudant, ac sæpe student imitari. Modestia isthæc fœminas non paucas modestas reddidit, quæ nil antea nisi immodestiam in vestitu, procacitatem in incessu, impudentiam in vultu præ se ferebant. Fatendum tamen est, quod Mexicanæ matronæ ab infanda hac perversitate non parùm olim abhorrebant. Sed postmodùm, corruptis virorum moribus, ut eis placeant, earum plures detecto jam pectore incedebant, jam pedes, et crura ostentabant, et quod damnabilius est, jam ubera ipsa aut partim nuda, aut linteolis quibusdam tenuissimis, et translucidis dumtaxat operiebant. Contra abusum hujusmodi nefarium quidem, et animarum salutis perniciosissimum Confessarii, et Concionatores continuò declamabant; sed incassum, quoniam eorum monitis sese indociles illæ exhibebant. Advénit tandem ex antiqua Hispania Excellens admodum Marchionissa de Branciforte, veste decentissimâ, honestissimâ, et membra illa penitèns occultante ornata, et eas protinus magna ex parte ad meliorem frugem exemplo suo traxit. Consuescunt illæ adventantes Proteginas intentis, imò et linceis oculis circumspicere, et contemplari, ut si quas ornamentorum recentes formulas, vulgò *modas* secum ex Europa deferant, eas festim discant, et imitentur. Verumenimverò cum in te, haud quidem senili, sed florentissimâ adhuc ætate, nil indecorum, aut turpe, nil quod christianam fœminam dedecet, nil nisi vivam modestiæ, et honestatis imaginem repererint, et planè exinde noverint, inhonestatem, immodestiamque summopere tibi displicere, his nuntium mittere, et eandem ipsam imaginem, quæ tibi exosa fierent, imitari debuerunt vel invitæ. Quocirca gloriari in Domino vales, quod plus exemplo tuo, quàm suis cohortationibus Sacerdotes, consecuta sis. Faxit Deus, ut reformationem istam saluberrimam, cui nonnullæ adhuc refragantur, omnibus suadere possis: si

enim id fueris assecuta, Deo, et Regi præstantissimùm obsequium, ipsisque gratissimùm efficias, atque Novæ Hispaniæ utilior absdubio eris, quàm ditissimâ ac inexhaustibiles auri, et argenti fodinæ, quæ in ea sunt. Hinc momenta apparent, quæ opus istud tibi potissimè inscribendum dicitabant: quandoquidem cum ejus auctor, qui Provinciæ hujus Mexicanæ, cujus curam gero, alumnus est, de impiorum justificatione in eo præsertim disserat, tibi præ omnibus ipsum nuncupare decebat, quæ negotio huic sanctissimo cooperari affatim videris reformatione tuâ illâ, qua delicta innumera valent præpediri. Accipe ergo, Benignissima Proregina, sub tua protectione Dissertationem istam, eamque ab obrectatoribus, siqui tamen futuri sint, tueri præpotenti auctoritate tua, non dedigneris. Hoc etiam atque etiam supplex rogar

EXCELLENTISSIMA DOMINA

Humillimus ac obsequentissimus servus tuus et
Capellanus

Frater Valentinus à Matre Dei,

Proâlis.

(X.)
PROEMIIUM.

CUM Sacramentum Pœnitentiæ certum sit, ac presentissimum adversus peccata remedium à Christo Domino institutum, magni profectò intererat, quod unus, et idem esset Theologorum omnium sensus circa preparationem, quam homo lethali noxa infectus habere debet, dum ad illud suscipiendum accedit, ut certò sciret, qua via remissionis gratiam indeisci poterat. Verùm in re hac definienda, quam summi esse momenti, nemo non videt, haud parva est inter eos dissensio. Alii affirmant, satis ad id esse attritionem supernaturalem; alii negant; et ideo ultra attritionem exigunt charitatis amorem quemdam, quem initiale vocant, inchoatum, atque imperfectum. Ast permulti rentur, amorem istum cum peccato mortali esse nõquire, ac propterea hominem, quandiu labe hujusmodi aspergitur, ex charitate Deum non amare: indeprehensibile enim illis est, quod amor charitatis, opus nempe omnium præstantissimum, quæ in hac vita exercentur, existere simul valeat cum gravi culpa, quæ res est omnium deterrima. His ego lubenter consentiens, attritionis sufficientiam agnosco, unionemque nescio amoris cum peccato. Quapropter etiam non inficiar, amorem charitatis desiderari etiam ad impiorum justificationem, eum tamen astruo, non ante gratiam, sed cum ea extare; esseque idcirco, haud antecedentem, sed concomitantem dispositionem ad gratiam ipsam tam intra, quam extra Sacramentum suscipiendam.

Momenta præcipua, quæ ad hæc stabilienda comperi, doctis hominibus hic proponam, ut rectum de illis ferant iudicium, paratus me ab his protinus revocare, quæ ipsi falsa esse convicerint: neque enim is ego sum, ut opinioni, qua semel imbutus fuerò, indivulsè adhaream: quin potius doctrinam quamlibet incunctanter ejurabo, ubi noverim, incongruam esse veritati. Pro hæc solummodo concertare amant, qui operam suam ludere detrectant, scientes, quia „non possumus aliquid „adversus veritatem, sed pro veritate.“ Quo (1) circa opere dispendium fugiens, haud sane in veritatem, sed pro ea adipiscenda laboro; et lecti sapientes enixe deprecor, ut severissimi iudicis munus obeuntes, censura, ac litæ largiter indulgeant, et quidquid in hæc disertatione à veritate exorbitans repererint, aut omnino respuant, aut deleant. Ita nimirum, et non pervicaciter, aut studio partium de rebus omnibus, ac potissimum de impiorum hominum justificatione, et salute controversari decebat.

Merito, ut arbitror, rædio afficiet sapientes ipsos prolixitas operis, quod plus æquo excrevisse, probè nosco, et ingenuè fateor: imò ipsam gravatè lerent lectores omnes; cum permolestum cuique sit, librum integrum, et non parvum legere, ut unicam percipiat questionem. Ceterum rem aliter, seu pressius conficere ob id præsertim nequivi, quod Auctores, qui eandem provinciam illustrandam susceperunt, argumenta propemodum infinita, sive pro amoris vere charitatis necessitate, sive pro attritionis, quam servilem dicunt, sufficientia coacervaverunt, quæ controversia præsens adeo implexa effecta est, ut extricari, ac satis enodari non valeat, nisi argumenta illa ferè omnia ad trutinam revocentur, et accuratè expendantur: id verò paucis nec in ipsa fieret Laconia.

Præterea Auctores illi, vel eorum saltem plurimi, quamquam de rebus aliis innumeris pertractent, de sufficientia, aut insufficientia attritionis diffuse admodum scribunt, ut liquet in Nostris Salmanticensibus Scholasticis, Nostro item Liberio à Jesu, Christiano Lupo, Gaspare Juénin, Renato Hy cintho Drown, Laurentio

(1) 2. Cor. 13. 8.

(XL)

Berti, Daniele Concina: ecurr igitur ipse, qui de una attritionis sufficientia dissero, fusior non ero? Præterquamquod „non est questio, ait Lupus, (2) de tribus capillis, aut de lana caprina“ sed de gravissimo negotio, videlicet de digna Sacramenti Pœnitentiæ receptione, ac propterea de impiorum hominum justificatione, ex quibus æterna salus nostra pendet: de re autem, quæ tanti omnium refert, cursum, aut defunctoriè dicere, piaculare videretur. Verumtamen quod ejusmodi, scilicet maximi ponderis res ipsa sit, à Scholasticismo, quod ajunt, seu contortulis Scholasticorum concertationibus plerisque, argutis, formulis, quæ interdum non tam afferunt, quam auferunt lucem menti, abstineri quantum potui, et Scripturam Sacram, Concilium Tridentinum, Oracula Pontificia, Ecclesiæ Doctores, ac præcipuè Augustinum, et Thomam consulere in primis studui: ex his enim fontibus purior, ac salubrior doctrina haurienda est.

Plurima exinde, ut hanc lucubratiunculam exornarem, documenta erui; sed eam nihilominus, benè præscio, nouquam omnibus placituram; quidam namque ipsam, antequam viderint, jam improbant, jam damnant, dolentque prænimis, quod Attritionistarum agmini nomen dederim, perinde ac si desperata litis, aut prave causa clientelam sumpserim. Verùm his omnibus dicendum: „Nõlite ante tempus „judicare;“ etenim neque reus ullus, quin audiatur, neque ullus liber, quin perlegatur, condemnandus est.

Deinde Attritionistarum sententiam, quam illi reprobant, nondum Deus ipse Ecclesiæ suæ voce proscripsit. De attritionis sufficientia, amorisque necessitate seriò pertractatum est in Concilio Tridentino: atverd Patres nil de illis decernendum putarunt, quod optime nosset, utramque, salva fide, à Theologis propugnari, et Sacram ipsam Synodum, non pro Catholicorum questionibus deânicandis, sed pro Hæreticorum erroribus damnandis fuisse in Spiritu Sancto congregatam. Quam obrem cum in decreto, ubi de attritione agitur, ut est dispositio ad Sacramentum Pœnitentiæ, priusquam illud ratum haberet Concilium, legeretur: „Attritionem sufficere ad Sacramenti hujus constitutionem:“ quod Attritionistis favebat: & „quod attritio ipsa „sine aliquo dilectionis in Deum motu esse vix „queat:“ quod Initialistis erat propitium; utrumque jussu Patrum deletum est: atque idcirco indecisa persus controversia ipsa permansit, & liberum cuique proinde est, sive pro attritionis sufficientia, sive pro amoris necessitate pugnare.

Nec summi ipsi Pontifices Attritionistarum opinamenta hæcenus improbarunt, ut asserit Benedicctus XIV., cujus testimonium hic inserere juvat. Transcribit prænimis decretum Alexandri VII. sub poena excommunicationis præcipientis, ne quis alterutram sententiam injuriis, aut censuris taxare audeat; et hoc ex eo deducit hortamentum: (3) „caveant proinde Episcopi, ne in suis Synodis, aut in „instructione Sacerdotum, quam Synodis quandoque attextunt; aliquid decernant, aut de attritionis merè servilis ad Sacramentum Pœnitentiæ sufficientia, „aut de amoris saltem initialis necessitate. Adhuc quippe sub iudice lis est; ad „huc impune pro una, et altera sententia dimicatur.“ Refert deinde, Cardinalem Gottum, et Bartholomæum Rivium Augustinianum pro attritionis sufficientia decernisse, alios pro necessitate amoris, et addit: „Hinc rectè intulit Berti lib. „34. cap. 5. nihil hæcenus à Sede Apostolica de hac questione decisum, sed libertatem cuique datam, ex præfatis opinionibus eam eligendi, et docendi, quam „maluerit.“ Fatetur denique, licitum Episcopis esse, confessarios hortari, ut pœ-

(1) Diss. de contr. et atterit. Epist. ad Canonicos Gandavenses. (2) De Synodo Diocesana, lib. 2. pag. 13. num. 2. et 10.

(XII.)

nitentes movere studeant ad veram, et perfectam contritionem, quæ amor initialis non est. Sed non ideo prohibentur Episcopi Confessarios monere, ut penitentes ad veram, et perfectam contritionem hortentur, et exitent: id siquidem faciendum suadent etiam præcipui Auctores, qui pro sufficientia doloris ex solo metu gehennæ steterunt. Unde percipiunt oportet, qui malè de opella ista sentiunt, eam innoxiam esse, et nil in Ecclesiæ statuta delinquere, ac propterea haud rectè ab ipsis damnari.

Nec est, quod censor rigidus musset, hæc à Benedicto, non ut Papa, sed ut doctore particulari affirmari: etenim quamquam id ita sit, hortationem suam ex decreto Alexandri VII. deducit, cui proinde arbitratus est consentantam. Dein etsi ut doctor particularis loquatur, is tamen qui loquitur, Pontifex est, et Pontifex sapientissimus, cujus idcirco verba, quamquam non infallibilis, magnæ sunt auctoritatis, aut majoris saltem, quam obrectatores mei omnes. Præterquamquod etiam ut Pontifex similia tradit præcepta, nam in Constitutione *Sollicita ac provida* die 6. Julii 1753. edita, in eos invehitur, „qui aliorum opiniones nondum ab Ecclesia damnatis (ubi est Attritionistarum sententia) censura perstringunt, adversarios, eorumque scholas, ac Coetus sugillant, et pro ridiculis ducunt.“ Postmodum hæc cum Innocentio XI. Doctoribus Scholasticis, et aliis inquit: „Caveant ab omni censura, et nota, necnon à quibuscumque convitiis contra eas propositiones, quæ adhuc inter Catholicos controvertuntur, donec à Sancta Sede recognita sint, et super eis iudicium proferatur.“ Vult insuper, quod non feratur omnino, præter vatas sententias, veluti certa, ac definita Ecclesiæ dogmata à quopiam in horis obtrudi, opposita verò erroris insimulari. Caveat ergo quisque, Attritionistarum doctrinam censuris, aut convitiis petere: caveat, eorum numero omnino non ferendo adscribi, qui privatas sententias veluti certa, ac definita dogmata obtrudunt, oppositas verò erroris insimulant; secus enim Sanctæ Sedis iussionibus refragari ipse censebitur. Neque libertatem, qua donantur omnes, ex Initialistarum, et Attritionistarum opinionibus tam eligendi, ac docendi, quam maluerint, ulli adimere præsumat, irritum enim non minus quam ridiculum huiusmodi erit conamentum, quoniam unusquisque in suo sensu abundabit, quoad alterutra ab Ecclesia proscriptatur.

Nonnihil de his præfari necesse fuit; ut obstrigillatoribus, et cæteris, qui eorum instinctu intenzi mihi sint, patefacerem, Ecclesiam Catholicam, ac Supremos ejus Principes nec reprobare, nec damnari ab aliis permittere Attritionistarum placita, sed velle prorsus, quod integrum cuique sit, sive ipsa, sive eis adversa complecti opinamenta; neminique idcirco licere, proptereaquod Attritionista sim, murmurare, aut me reprehendere.

Neque mirum erit, quod obrectatoribus iisdem ea displiceant, vel ipsi injueunda sibi esse comminiscantur, quæ de Gallis cap. XXIV. proferuntur. Dixerim tamen, ut eis ratione aliqua faciam satis, quod ea omnia tum scripsi, cum impissimus Robespierre, ac similia monstra, quæ hodie Gallia ipsa magnopere detestatur, terrorismum, et tyrannidem suam truculentissime exercebant: nunc verò, tyrannis hæc è medio sublatis, sedatius magna natio (eam sic appellant) suas agit res. Paxit Deus, ut gens illa irrequieta, ac novitatum impense amans, sed olim de Ecclesia Catholica bene admodum merita ad piæ hujus matris gremium integra redeat.

Ast præloquendum hoc unum superest, quod opera nonnulla, quæ diversis auctoribus tribuuntur, iis ego sub quorum nomine communiter circumferuntur, adscribo. Unde Tractatum, verbi causa, de Virginis lapsu adjudico B.

(XIII.)

Ambrosio cap. X. quamvis illum haud genuinum ipsius factum esse, sed subditium potius, Cardinalis Bellarminus suspicetur. (4) Præterquamquod momentum, cui purpuratus doctor innitur, quod scilicet Novatianismum liber ille redeat, leve satis videtur, et à Natali Alexandro nullo solvitur negotio. (5) Expositionem similiter super Cantica duplicem laudo cap. XII., alteram videlicet S. Isidori Hispanensis, quæ brevissima est, alteram D. Thomæ Aquinatis, quæ est fusior, et incipit: *Salomon inspiratus*: de quibus eruditi certant, num reapse ad hos Sanctos pertineant, vel alios habuerint parentes: ipse autem cum litem hanc decidere non possem, explanationes eas sub eorum nomine proferre malui, quæ ut plurimum attribuntur. Quin et testimonia, quæ ex eis desumpsi, absque argumenti præjudicio, de quo ibi res est, poterant prætermitti, idcirco quod doctrina quam continent, in documentis aliis Sanctorum Gregorii Papæ, et Bergardi Abbatis ibidem pariter productis comperitur.

Hæc nimirum sunt, de quibus Lectorem meum præmonere, æquum existimavi; cui demum cum Horatio dixerim: (6)

„Vive: vale: si quid novisti rectius istis,
„Candidus imperti; si non, his utere mecum.“



(4) Lib. de Scripioribus Eccles. anno 1744. (5) Historia Eccles. Sæc. 4. cap. 6. art. 27. §. 3. n. 17.
(6) Lib. 1. Epist. 6.

INDEX CAPITUM.

- I. **A**tritio et in ferri timor enucleantur. Pagina 1.
- II. Atritio hominem spei, seu concupiscentiæ amore erga Deum affici comprobatur. 5.
- III. Charitatis etiam amor, necnon contritionis opus ad atritii hominis justificationem requiruntur. 13.
- IV. Quid ultra spei et charitatis amorem jam expositum Anti-Atritionarii pro atritii hominis justificatione velint, exploratur. 17.
- V. Sufficiencia atritionis Scripturæ Sacre testimoniis ostenditur. 20.
- VI. Sufficiencia atritionis Concilium Tridentinum favet. 23.
- VII. Peccandi voluntatem excludit atritio. 32.
- VIII. Inferni timor pellit etiam peccandi voluntatem. 36.
- IX. R. P. Ferti perpenditur sententia quædam. 50.
- X. Summorum Pontificum, Inquisitionis Hispaniæ, aliorumque Doctorum auctoritate sufficiencia atritionis stabilitur. 75.
- XI. Aliqua etiam rationum momenta sufficiencia atritionis amoris charitatis expertis aperiunt. 86.
- XII. Amor Dei super omnia cum peccato mortali esse nequit. 92.
- XIII. Sanctus Augustinus unioni amoris cum peccato propitius non est. 102.
- XIV. Div. Thomas amorem Dei et gravem culpam insociabiles omnino habet. 110.
- XV. Nec parva contritio se unquam sceleribus adjungit. 120.
- XVI. Aliquibus etiam rationibus amoris et peccati insociabilitas comprobatur. 125.
- XVII. Amor charitatis meritorius est vite æternæ, et idcirco criminum nequi esse sodalis. 132.
- XVIII. Momenta, quæ pro atritionis insufficiencia, et amoris initialis necessitate stabilendis ex Scriptura depromunt Initialistæ, discutuntur. 143.
- XIX. Quæ ex Concilio Tridentino Initialistæ eruunt argumenta eliduntur. 152.
- XX. Is, quæ ex Catechismo Romano Initialistæ obijciunt, responsum adhibetur. 160.
- XXI. Sancti Augustini auctoritates, quibus se Initialistæ protegent, expenduntur. 165.
- XXII. Auctoritates Divi Thomæ, quas pro se laudant Initialistæ, explanantur. 176.
- XXIII. Alia infirmantur Initialistarum argumenta. 188.
- XXIV. Gallicani Cleri proponitur decretum quoddam. 199.
- XXV. R. P. Concina argutationes aliquæ solvuntur. 203.
- XXVI. Auctoris ejusdem continuatur impugnatio. 217.
- XXVII. Imago peccatoris gehennæ metu ad Deum redeuntis a P. Concina adornata consideratur attentius. 226.
- XXVIII. Præcipuum P. Concina argumentum enervatur. 238.
- XXIX. Periculosa Initialistarum doctrina expenditur, et refutatur. 255.
- XXX. R. P. Renati Hyacinthi Drown argutationes quædam perpenduntur, quæ parum tutæ videntur. 267.
- XXXI. Quæ fuscè hæctenus dicta sunt, compendiariò iterum traduntur. 282.

CAPUT. I.

Atritio, et Inferni timor enucleantur.

DE Homine Atritio in præses verba facturus, attritionem prius, necnon gehennæ metum, quibus ipse ad suscipiendum Pœnitentiæ Sacramentum comparatur, justum arbitror enodare. Atritio igitur, quæ et imperfecta nuncupatur contritio, de peccatis dolor est, quem metu excitante, edit, ac induit respicientis, et saniora jam de se cogitantis peccatoris animus: Deum quippe, quem in hostes suos, probe scit, terribiliter, et æternaliter animadvertere, jure, ac merito times; et ideo dum illum se meminit offendisse, cogitavisseque propterea ejus in se iram, de commissis dolerè intime: quotiescunque Dei vindicis timor doloris hujusce, seu atritionis-initium est, ac origo: in quo imperfecta à perfecta distat contritio, quæ quidem non metu, sed amore Dei enascitur. Verum Tridentini Concilii utramque edisserentis audire præstat verba hæc:

(1) „ Docet præterea, etsi contritionem hæc aliquando charitate perfectam esse contingat, hominemque Deo reconciliare, priusquam hoc Sacramentum (Pœnitentiæ) ad suscipiatur, ipsam nihilominus reconciliationem ipsi contritioni sine Sacramenti voto, quod in illa includitur, non esse adscribendam: illam verò contritionem imperfectam, quæ atritio dicitur, quoniam vel ex turpitudinis peccati consideratione, vel ex gehennæ, et poenarum metu communiter concipitur, si voluntatem peccandi excludat, cum spe veniæ, declarat, non solum, non facere hominem hypocritam, & magis peccatorem, verametiam donum Dei esse, et Spiritus Sancti impulsu, non adhuc quidem inhabitantis, sed tantum moventis, quo penitens aditus viam sibi ad justitiam parat. “ Duo hic solummodo, nempe turpitudinis, scilicet nocte memoriam, et gehennæ, poenarumque metum, attritionis recenset principia: alterum insuper, id est, æternæ beatitudinis amissionem assignat postmodum dicens (2) „ Si quis dixerit, eam contritionem, quæ paratur per discussionem, collectionem, et detestationem peccatorum, quæ quis recogitat annos suos in amaritudine animæ suæ, ponderando peccatorum suorum gravitatem, multitudinem, scditatem, amissionem æternæ beatitudinis, et æternæ damnationis incursum, cum proposito melioris vite, non esse verum, et utilem dolorem, nec præparare ad gratiam, sed facere hominem hypocritam, et magis peccatorem, demum illam esse dolorem coactum, et non liberum, ac voluntarium, anathema sit. “ Synodica isthæc decisio de attritione est, dampnat enim Lutherum, qui jisdem pene verbis attritionem respuerat. Impium veteratoris hujusce dogma transcribam cap. VI. num. 10: Recensita attritionis principia tria in unam Dei judicis, et vindicis, seu gehennæ, poenarumque formidinem bene possunt redigi, nam peccati scditas, necnon sempiterna gloriæ jactura, quod æternam damnationem, et finem nunquam visurum inferant ignis cruciamentum, sæpius dolorem, terroremque peccatoribus incutiant: et ideo Inferni metum unice, dum de attritione res est, Auctores ut plurimum meminere: de quo hæc addit Concilium (3) „ Si quis dixerit, gehennæ metum, per quem ad misericordiam Dei, de peccatis dolendo confugimus, vel à peccando abstinemus, peccatum esse, aut peccatores peiores facere, anathema sit. “

3. Universa, quæ de attritione statuit Sancta Synodus, in medium producere, ratus sum tempestivum, ut quid de ea sentiendum, omnibus in propatulo sit. Asserendum itaque ex Concilii doctrina, sicut contritionem perfectam amore, ita metu imperfectam proficisci: attritionem insuper unâ cum timore detestationem peccatorum, animæ amaritudinem, propositum melioris vite, spem veniæ, à culpis cessationem, ad misericordiam Dei confugium secum afferre: ipsam etiam Dei donum, Spiritus Sancti impulsu, viam ad justitiam, ad gratiam præ-

(1) Sess. 14. Cap. 4.

(2) Ibidem, can. 1.

(3) Sess. 6. can. 8.

INDEX CAPITUM.

- I. **A**tritio et in ferri timor enucleantur. Pagina 1.
 II. Atritio hominem spei, seu concupiscentiæ amore erga Deum affici comprobatur. 5.
 III. Charitatis etiam amor, necnon contritionis opus ad atritii hominis justificationem requiruntur. 13.
 IV. Quid ultra spei et charitatis amorem jam expositum Anti-Atritionarii pro atritii hominis justificatione velint, exploratur. 17.
 V. Sufficiencia atritionis Scripturæ Sacre testimoniis ostenditur. 20.
 VI. Sufficiencia atritionis Concilium Tridentinum favet. 23.
 VII. Peccandi voluntatem excludit atritio. 32.
 VIII. Inferni timor pellit etiam peccandi voluntatem. 36.
 IX. R. P. Perti perpenditur sententia quadam. 50.
 X. Summorum Pontificum, Inquisitionis Hispaniæ, aliorumque Doctorum auctoritate sufficiencia atritionis stabilitur. 75.
 XI. Aliqua etiam rationum momenta sufficiencia atritionis amoris charitatis expertis aperiunt. 86.
 XII. Amor Dei super omnia cum peccato mortali esse nequit. 92.
 XIII. Sanctus Augustinus unioni amoris cum peccato propitius non est. 102.
 XIV. Div. Thomas amorem Dei et gravem culpam insociabiles omnino habet. 110.
 XV. Nec parva contritio se unquam sceleribus adjungit. 120.
 XVI. Aliquibus etiam rationibus amoris et peccati insociabilitas comprobatur. 125.
 XVII. Amor charitatis meritorius est vite æternæ, et idcirco criminum nequi esse sodalis. 132.
 XVIII. Momenta, quæ pro atritionis insufficiencia, et amoris initialis necessitate stabilendis ex Scriptura depromunt Initialistæ, discutuntur. 143.
 XIX. Quæ ex Concilio Tridentino Initialistæ eruunt argumenta eliduntur. 152.
 XX. Is, quæ ex Catechismo Romano Initialistæ obijciunt, responsum adhibetur. 160.
 XXI. Sancti Augustini auctoritates, quibus se Initialistæ protegent, expenduntur. 165.
 XXII. Auctoritates Divi Thomæ, quas pro se laudant Initialistæ, explanantur. 176.
 XXIII. Alia infirmantur Initialistarum argumenta. 188.
 XXIV. Gallicani Cleri proponitur decretum quoddam. 199.
 XXV. R. P. Concina argutationes aliquæ solvantur. 203.
 XXVI. Auctoris ejusdem continuatur impugnatio. 217.
 XXVII. Imago peccatoris gehennæ metu ad Deum redeuntis a P. Concina adornata consideratur attentius. 226.
 XXVIII. Præcipuum P. Concina argumentum enervatur. 238.
 XXIX. Periculosa Initialistarum doctrina expenditur, et refutatur. 255.
 XXX. R. P. Renati Hyacinthi Drown argutationes quædam perpenduntur, quæ parum tutæ videntur. 267.
 XXXI. Quæ fuscè hæctenus dicta sunt, compendiariò iterum traduntur. 282.

CAPUT. I.

Atritio, et Inferni timor enucleantur.

DE Homine Atritio in præses verba facturus, attritionem prius, necnon gehennæ metum, quibus ipse ad suscipiendum Pœnitentiæ Sacramentum comparatur, justum arbitror enodare. Atritio igitur, quæ et imperfecta nuncupatur contritio, de peccatis dolor est, quem metu excitante, edit, ac induit respicientis, et saniora jam de se cogitantis peccatoris animus: Deum quippe, quem in hostes suos, probe scit, terribiliter, et æternaliter animadvertente, jure, ac merito times; et ideo dum illum se meminit offendisse, cogitavisseque propterea ejus in se iram, de commissis doler intime: quotiescunque Dei vindicis timor doloris hujusce, seu atritionis-initium est, ac origo: in quo imperfecta à perfecta distat contritio, quæ quidem non metu, sed amore Dei enascitur. Verum Tridentini Concilii utramque edisserentis audire præstat verba hæc:

(1) „Docet præterea, etsi contritionem hæc aliquando charitate perfectam esse contingat, hominemque Deo reconciliare, priusquam hoc Sacramentum (Pœnitentiæ) ad suscipiatur, ipsam nihilominus reconciliationem ipsi contritioni sine Sacramenti voto, quod in illa includitur, non esse adscribendam: illam verò contritionem imperfectam, quæ atritio dicitur, quoniam vel ex turpitudinis peccati consideratione, vel ex gehennæ, et peccatorum metu communiter concipitur, si voluntatem peccandi excludat, cum spe veniæ, declarat, non solum, non facere hominem hypocritam, & magis peccatorem, verametiam donum Dei esse, et Spiritus Sancti impulsu, non adhuc quidem inhabitantis, sed tantum moventis, quo penitens aditus viam sibi ad justitiam parat. Duo hic solummodo, nempe turpitudinis, scilicet noxæ memoriam, et gehennæ, peccatorumque metum, attritionis recenset principia: alterum insuper, id est, æternæ beatitudinis amissionem assignat postmodum dicens (2) „Si quis dixerit, eam contritionem, quæ paratur per discussionem, collectionem, et detestationem peccatorum, quæ quis recogitat annos suos in amaritudine animæ suæ, ponderando peccatorum suorum gravitatem, multitudinem, scditatem, amissionem æternæ beatitudinis, et æternæ damnationis incursum, cum proposito melioris vite, non esse verum, et utilem dolorem, nec preparare ad gratiam, sed facere hominem hypocritam, et magis peccatorem, demum illum esse dolorem coactum, et non liberum, ac voluntarium, anathema sit. Synodica isthæc decisio de attritione est, dampnat enim Lutherum, qui jisdem pene verbis attritionem respuerat. Impium veteratoris hujusce dogma transcribam cap. VI. num. 10: Recensita attritionis principia tria in unam Dei judicis, et vindicis, seu gehennæ, peccatorumque formidinem bene possunt redigi, nam peccati scditas, necnon sempiterna gloriæ jactura, quod æternam damnationem, et finem nunquam visurum inferant ignis cruciamentum, sæpius dolorem, terroremque peccatoribus incutiant: et ideo Inferni metum unice, dum de attritione res est, Auctores ut plurimum meminere: de quo hæc addit Concilium (3) „Si quis dixerit, gehennæ metum, per quem ad misericordiam Dei, de peccatis dolendo confugimus, vel à peccando abstinemus, peccatum esse, aut peccatores peiores facere, anathema sit.

3. Universa, quæ de attritione statuit Sancta Synodus, in medium producere, ratus sum tempestivum, ut quid de ea sentiendum, omnibus in propatulo sit. Asserendum itaque ex Concilii doctrina, sicut contritionem perfectam amore, ita metu imperfectam proficisci: attritionem insuper unâ cum timore detestationem peccatorum, animæ amaritudinem, propositum melioris vite, spem veniæ, à culpis cessationem, ad misericordiam Dei confugium secum afferre: ipsam etiam Dei donum, Spiritus Sancti impulsu, viam ad justitiam, ad gratiam præ-

(1) Sess. 14. Cap. 4.

(2) Ibidem, can. 1.

(3) Sess. 6. can. 8.

alter qui ut bonum absolute Deum suspicit: & licet uterque spe causetur, ad eam ille propius, ad charitatem hic spectat.

10. Habes itaque ex his omnibus, attritum hominem spei, seu concupiscentiæ affectu Deum ut nostræ iustitiæ, vel justificationis scatebram, iusticiam quoque, quæ beatitudinis obtinendæ medium existit, ipsamque beatitudinem, et brevius gratiam, gloriam, ac utriusque auctorem amare: etenim omnia hæc sperat, et non est spes nisi de bono desiderato, et amato. Verumtamen doctrina ista Sapientissimo Patri Natali Alexandro animopere displicuit, illique adeo succensuit, ut miserum Anonymum, qui eam ipsi obijcere ausus fuerat, tanquam pueris rudiores, et Calvinistis, Quietistis, Gnosticisque partem tradidit. Micissima ea censure, sed jure, an injuria lata, alii iudicent. Et quid rudior pueris infelix ille? Quia si a puero, inquit, (24) „quaratur, qua virtute fiat, ut Deum diligamus? Respondebit, charitate.“ Optime quidem, et non pusilliter. Sed tutemet quire nos sine charitatis virtute Deum diligere, aperte tradis, dum peccatores ad Penitentiam Sacramentum accedentes, qui sine virtute illa etiamdum, et in peccato manent, ad amandum super omnia Deum adigis. Gratissime tibi, rudior id pueris nuncupari? Inficiabere absdubio: ast (25) „Quod ab alio oderis fieri tibi, vide ne tu ali- quando alteri facias.“ Anonymus autem Deum charitate diligi, haudumquam negavit, dixit enim, ut asseris: „Deum spe, non minus quam charitate, diligimus; sed hoc tamen interest, quod per alteram amore illum concupiscentiæ, ut summum nostrum, ac beatificum bonum, per alteram verò benevolentie amore eum diligimus, ut summum bonum absolute, ensque infinite perfectum.“ Ad autem quid cum Calvinistarum, Quietistarum, Gnosticorum erroribus? Imò prelaudatis D. Thomæ verbis maxime congruere videtur. Inficiabitur hoc similiter Natalis, et Deum etiam in summum, ac beatificum bonum nostrum nullatenus spectare ad concupiscentiam, asseret; hæc namque ipso iudice, bona temporalia à Deo obtinenda respicit: unde ait (26) „Deum diligere amore concupiscentiæ, est ipsum spe alicujus boni temporalis, divitiarum, honorum, voluptatum diligere.“ Atne verò? At ipsius Dei fructio non temporale quidem, sed æternum est bonum; et tamen ad amorem concupiscentiæ pertinet fructuionis hujuscæ desiderium: atque Deus ipse concupiscentiæ item amore diligitur: utrumque docet B. Thomas dicens (27) „Hoc quod aliquis velle suæ Deo, pertinet ad amorem, quo Deus amatur amore concupiscentiæ.“ Profecto in divinis libris ad temporalia non semper sed ad spiritualia etiam bona, ac æterna, quandoque refertur concupiscentia, ut illorum probant loca nonnulla, quæ infra numero 14. afferam.

11. Attamen cum S. Doctor dicat (28) „Spes est in irascibili, desiderium autem, et cupiditas in concupiscibili.“ ideo cupiditas ipsa, seu concupiscentiæ amor, quo Deum, ejusque fructuionem prosequimur, quamvis spe directivè, ut inquitur, excitativè, dispositivè, aut ratione alia simili causetur, ab ea ipsum non elici, potest concedi: ac propterea auxilium aliud, quo sperantis voluntas efficiat eum, desiderari: sicut amor initialis mox impugnandus licet ad charitatem spectet, et charitatis amor dicatur ab ejus assertoribus, cum in peccatore attrito ante charitatis virtutem esset, non ab ea, sed ab alio auxilio homini eidem concessio manaret, ut ipsi docent. Præterquamquod cum vitrosos, ac illa præprimis, quæ voluntati insunt, propria objecta contempserint, in eaque suapte natura, veluti quodam pondere propendeant, et inclinentur, sit inde, spem in Deum, non ut in se bonum, sic enim charitate inspicitur, sed ut nobis summè beneficiam, et beatificum propensione quadam ferri quoque, ac proclinarit: hujusmodi autem propensio, seu pondus amor rectè, sicut amor vicissatim pondus nuncupatur, juxta illud Magni Augustini (29) „Pondus meum amor meus, eo feror, quocumque feror.“ Et ex doctrina B. Thomæ spei, imò et omni virtuti tribuendus est aliquis amor, ait namque (30) „Amor non determinatur ad aliquod genus virtutis, vel vitii, sed amor ordinatus includitur in qualibet virtute; quilibet enim virtuosus amat proprium bonum virtutis.“ Quocirca homo attritus, utpote spe ornatus, spei bonum, nempe beata-

dinem, ac beatificantem Deum vere amat amore in spe ipsa incluso. Et si amaret, sperare non posset, quoniam amor actum spei debet præire, eodem dicente: (31) „Amor, naturaliter est primus actus voluntatis, et appetitus; et propter hoc omnes alii motus, appetitivi præsupponunt amorem quasi primam radicem.“ Itaque bonum spei attritum hominem allicit, ut ipsum amet, et amor iste eundem movet, ut speret, à Deo illud adipisci. In cunctis agentibus idipsum fit; nam cum nemo intendens malum operetur, primum bonitas finis, seu finis ipse inspicitur, amatur, et desideratur, ac exinde ad illum proceditur nanciscendum. Unde inquit idem cum S. Dionysio: (32) „Propter amorem, boni omnia agunt, quocumque agunt.“ Et addit: „Ordo agens agit propter finem, alique: finis autem est bonum desideratum, et amatum unicuique: unde manifestum est, quod omne agens, quocumque sit, agit quamcumque actionem ex aliquo amore.“ Ita igitur homo præfatus bonum spei fide cognoscit, cognoscendo amat, amando sperat, et sperando ad Penitentiam accedit, ut gratiam, et charitatem habeat, quibus acceptis, illud perfectius amet, firmius speret, condigno mereatur, et obtineat.

12. Improbat tamen Billuart, quod concupiscentiæ affectus, de quo disseritur, vocetur spei amor, et inquit: (33) „In primis est barbarismus, et inepta locutio dicere *Amorem spei*, amor enim non est actus spei, nec sperare est amare, sed confidere.“ Sed mirabuntur in primis Grammatici, virum scholasticæ loquentem de barbarismo quempiam appellare, quoniam Scholasticorum idioma non habet apud illos latinitatis putæ commendationem. Præterea barbarismo hujusmodi, si tamen barbarismus dici debeat, quamplures Theologi nobilissimi ut non dedignantur, quod probe noverint, quod probe noverint, quamplures sperare sit actus ejus præcipuus, amorem quoque pertinere, et quia proprii boni amor eundem convenit virtutibus, et quoniam amor concupiscentiæ finem, bonumque ipsius spei, nimirum celestem beatitudinem anhelat: (34) „Beatitudo, inquit D. Thomas, maxime amatur tanquam bonum concupitum.“ Et ait insuper: (35) „Actus unius virtutis, vel vitii ordinatus ad finem alterius, assumit speciem illius.“ Et consequenter docet, castitatis custodiam in eo, qui illam vovit, ipsius voti causa ordinari ad Deum, atque idcirco fieri actum religionis, licet non ab ea, sed à castitate sit. Quapropter si actus castitatis ordinatus ad Dei cultum, qui est religionis objectum, efficiat religionis opus, concupiscentiæ amor æternam beatitudinem respiciens, quæ spei objectum est, spei item amor, vel actus dici haud inepte poterit.

13. Atverò scire insuper hic est, beatitudinem nostram ad charitatem etiam spectare; illam namque sicut et Deum, ac nosmetipsos diligere ex charitate tenemur: (36) „Charitas ait S. Thomas, non est qualiscumque amor Dei, sed amor Dei, quo diligitur, ut beatitudinis objectum, ad quod ordinamur per fidem, et spem.“ Ceterum ne hoc allatis ex ipso obsistere videatur documentis, sempiterna bona perpendas interest, modò ut referenda in Dei laudem, gloriantur, ut ab eo estuunt, qui infinite in se bonus, summè ac propter seipsum amabilis est, et ut sunt à Deo proveniunt admodum nobis benefico, misericordè, suisque nos auxiliis, ut illa nanciscamur, adjuvante. Priori sensu et bona præfata, et eorum auctor ad charitatem pertinent, atque amicitiam; posteriori autem ad spem, et concupiscentiam. Ac si trita apud Scholasticos fandi ratione uti, fas est, celestia bona cuncta, quia nosmetipsos finem cui habent, spei; sed qua Deum finem *cujus gratia* intuentur, charitatis objectum sunt. (37) „Fides, & spes, ait D. Thomas, attingunt quidem Deum secundum, quod ex ipso provenit nobis vel cognitio veri, vel adeptio boni. Sed charitas attingit ipsum Deum, ut in ipso sistat, non ut ex eo aliquid nobis proveniat.“ Aliud ipse discrimen assignat inquit: (38) „Idem bonum est objectum charitatis, et spei, sed charitas importat unionem ad illud bonum, spes autem distantiam quamdam ab eo.“ Et inde est, quod charitas non respicit illud bonum ut arduum, sicut spes; quod enim

C g

(31) 1. p. q. 20. a. 7. c. (32) 1. 2. q. 28. a. 6. c. (33) De Sacram. Penit. diss. 4. a. 2.

(34) 1. 2. q. 2. a. 7. ad 2. (35) 1. 2. q. 154. a. 10. c. (36) 1. 2. q. 65. a. 5. ad 1.

(37) 2. 2. q. 23. a. 6. c. (38) Ibi. ad 3.

(24) Tom. 2. collect. opusculorum. c. 17. (25) Tob. 4. 15. (26) Loco jam citato. (27) 1. 2. q. 16. a. 3. ad 1. (28) 1. 2. q. 40. a. 1. c. (29) L. 12. Concl. c. 2. (30) 2. 2. q. 157. a. 2. c.

CAPUT. I.

ceres delinquenti. Meuit David, et dixit: (15) „Confige timore tuo carnes meas, ꝑ ꝑa iudicij enim tuis timui.“ Meruere in fine vite sue (16) Hilarion, Agathon, Arsenius sanctissimi abbates. Et demum, cum allatum Domini iussum liget omnes, alij quoque iusti timeant revera, et idcirco frequenter, dicunt in Ecclesia: (17) „Tremens factus sum ego, et timeo dum discussio venerit, atque ventura ira.“ Quapropter verba illa B. Joannis Apostoli: (18) „Timor non est in charitate sed perfecta charitas foras mittit timorem.“ haud de substantia, sed de servilitate timoris accipias oportet: hæc namque, adveniente charitate, evanescit penitus, secus verò illa. (19) „Timor servilis, inquit D. Thomas manet adveniente charitate, quantum ad substantiam, sed non quantum ad servilitatem. Constat enim, quod homo charitatem habens, timet poenas æternas, quod erat proprium obiectum ejus quantum ad substantiam habitus.“ Sed licet justus habeat timoris habitum, actus tamen, quo infernum timet, à metu, quo ante justificationem afflicebatur, alius est; nam metus ille prævius in justificatione ipsa cessat, sicut etiam abeunt informes actus ceteri; tunc enim opera sunt præstantia, quia sicut in hominis generatione præcedentes dispositiones deficiunt, adveniente forma, et affectiones ab ea exoriuntur nobiliores, sic in ejus regeneratione preparationes præviæ, et informes esse desinunt, dum adsunt gratia, et charitas, quæ actus efficiunt excellentiores: et ideo illis presentibus, timor inferni et perfectior, et formatus elicitur ac propter a charitas nedum servilitatem timoris, sed ipsam etiam timorem actualem informem foras mittit. (20) „Opus mortuum transit, ait ipse Doctor Angelicus, et non potest idem numero iterum sumi, et ideo vivificari non potest: sed habitus informis manet, et ideo formari potest.“ Videsis cap. X. n. 10. et cap. XIII. n. 14.

10. Præterea Dei iudicij, gehennæque formido nedum dolorem de peccatis, verum et odium eorum, ac detestationem peccatori ingerere videtur. Id plerique, qui charitatis amoris vim ad hujusmodi inferendum, unice tribuunt, constanter inficiabuntur: at ego à timore eos etiam reor proficisci: quale enim est, ut qui salutari metu, actu nimirum supernaturali Deum vindicem, ac æterna supplicia perhorrescit, flagitium, quo illa jure sibi promeruisse novit, cordicitus non execretur? Merito itaque dolori peccatorum, seu attritioni, quæ ex ipso metu est, illorum detestationem tribuit, ut supra monui, Tridentinum: siquidem tunc odio quis, detestationeque alium prosequi censetur, cum eidem officere, vel detrimentum aliquod inferre molitur, et operari: timor autem Dei vindicis, seu peccator dum ipsius ictus formidine atteritur, et ad Penitentiam Sacramentum suscipiendum paratur, ingens profecto criminibus, quibus sordescit, nocumentum asserre, ruinam videlicet, atque omnimodam destructionem cupit; atteritur namque, et ad Sacramentum accedit, ut gratiam, et charitatem, quæ illa confodiat prorsus, redipiscatur. Quapropter attritum hominem, ac terribilia Dei iudicia formidantem, et ita ad Sacramentum accedentem, peccata sua odisse, detestarique, veritas est mihi exploratissima: idque sententia illa obvia satis, et omnibus nota fulcire amplius videtur, quæ timori noxios homines percellenti adjudicat odium peccati, nempe.

„Oderunt peccare mali formidine poenæ.“

11. Denique de timore agens inquit ex B. Augustino S. Thomas: (21) „Timor ex amore nascitur, illud enim timet homo amittere, quod amat.“ Et iterum: (22) „Omnis timor ex amore procedit, nullus enim timet nisi contrarium ejus, quod amat.“ Hoc autem nedum de naturali metu, sed de supernaturali etiam accipiendum reor; homo namque qui fidem habet, æternam beatitudinem credit, sperat, et amat saltem amore concupiscentiæ, dicente eodem Angellico Magistro: (23) „Beatitudo maxime amatur tanquam bonum concupitum: et ideo consequens est, quod timeat Deum à quo beatitudinis privari potest in æternum. Docet itidem, servilem timorem ab amore sui provenire, quatenus videlicet homo seipsum, seu proprium bonum ordinatè amans, Deum iudicem formidat, et ab eo infligendas poenas, quæ bono illi adversantur. (24) „Timor servilis ex amore sui causatur, quia est timor poenæ, quæ est detrimentum proprii boni. Unde hoc modo timor poenæ potest stare cum charitate sicut et amor sui: ejusdem enim rationis est quod homo cupiat bonum suum, et quod timeat eo privari.“ Vult tamen,

(15) Ps. 118. 120. (16) D. Hieron. in vita S. Hilarionis, Rosv. Vit. Patrum, lib. 1. n. 161, et libro 5. libello 15. num. 9. (17) In officio defuncti. (18) Ep. 1. c. 4. 18. (19) 1. Sent. d. 14. q. 2. d. 2. questio. 3. c. (20) Ibidem d. 17. q. 3. d. 4. questio. 1. ad 1. (21) 2. 2. q. 19. d. 3. c. (22) Ibi q. 19. d. 2. c. (23) 1. 2. q. 2. d. 7. ad 2. (24) 2. 2. q. 19. d. 6. c.

CAPUT. II.

quod amor ille ita aspiciat proprium hominis bonum, ut in eo non constinetur finem; hic enim in Deo solo est collocandus: et quod timor sic aspecet malum hominis illud, quod sensus poenæ vocatur ut ipsum tanquam principale malum non fugiat, nam malum potissimum fugiendum est separari Deo, quod poenæ damni dicitur, et poenarum omnium gravissima est. Quamobrem et amor bonum proprium hominis contiens ut finem, et timor poenam ab ea separatione allam ut malum principium declinans, inordinati sunt. Et quamvis innot, (25) hominem charitate vacuum priorem poenam ut malum principale metuere, aliquoties id eundem, non semper accidit, secus nam que timor illius semper malus foret, ac propterea peccaret semper, dum timeret: imò peccaret, si timeret, quia timeret sine charitate; et peccaret, si non timeret, quia supra memorato timendi præcepto non obediret; et asseverate hoc, non expedit, ut cap. IX. constabit; et ideo astuendum contra, quod peccator charitatem non habens, dum æternæ à Deo separationis inimiciorum inferni ignem extimescit, quin ei occurrat, sitne alia poenæ magis formidanda, bene ac supernaturaliter metuit, et metus isthic dolorem de peccatis similiter supernaturalem in ipso edit, quoniam doloris seu attritionis motum quoddam est ignis inferni: aliquando etiam formidat separationem à Deo, quia timeret amittere beatitudinem; et inde exoritur quoque attritio, idcirco quod amissio beatitudinis æternæ est attritionis principium. Quin et stabilire cuique est, in supernaturali metu ignis inferni timorem poenæ damni quodammodo implicari; hæc quippe ignis ille secum habet indivisum, et una cum exustione qui inibi loci plectuntur, lumet omnes vel inviti.

(25) Ibi d. 4. c.

CAPUT. II.

Attritum hominem spei, seu concupiscentiæ amore erga Deum affici comprobatur.

1. Attritionista nonnulli attritionem solummodo eam, quæ à penitentiæ bonâ fide existit, timetur contritio, Penitentiam Sacramenti materiam dixere: verum nil admodum hoc aridet ceteris, qui Sacramentorum materias non humana existimatione, sed institutione divina perendas jure dicitant. Quocirca quemadmodum existimata scelera Sacramenti illius materiam non constituunt remotam, id asserentibus Theologis propemodum universis, sic neque proximam efficere valebit contritio existimata. Auctores verò alij non istiusmodi contritione, sed verâ Dei dilectione aliqua, ut proxima et Sacramenti materia, et dispositio ad gratiam sit, ipsammet attritionem egere contendunt; quamvis enim non dubia, sed certa, perinde ac ablutio in Baptismate, Penitentiam materia censeatur illa, utriusque tamen Sacramenti gratia adultum hominem, qui eam excepturus est, aliquo Dei amore exigit, ajunt, comparari.

2. Doctrina isthæ Tridentinæ Synodo maxime videtur consentanea; ipsa enim de impiorum hominum justificatione disserens, inter actus, quæ ad justitiam suscipiendam, aptari illi debent, amoris signanter meminit. Ceterum exhibere hic ejus verba, conveniens erit: (1) „Disponuntur autem, ait, ad ipsam justitiam, dum excitati divina gratia, et adjuvi fident ex auditu concipientes, liberè moventur in Deum, credentes, verâ esse, quæ divinitus revelata, et promissa sunt: atque illud in primis, à Deo justificari impiam per gratiam ejus, per redemptionem, quæ est in Christo Jesu: et dum peccatores se esse intelligentes, à divina justitiæ timore, quo utiliter concutiuntur, ad considerandam Dei misericordiam se convertendo, in spem eriguntur, fidentes, Deum sibi propter Christum propitium fore: illumque tanquam omnium justitiæ fontem diligere incipiunt: ac propterea moventur adversus peccata per odium aliquod, et detestationem, hoc, est, per eam penitentiam, quam ante Baptismum agi oportet: denique dum proponunt, suscipere Baptismum, inchoare novam

(1) Sec. 6. cap. 6.

6. vitam, et servare divina mandata. De hac dispositione scriptum est: (2) Accedentem ad Deum oportet credere, quia est, et quod inquirentibus se remunerator sit. Et, (3) Confide filii, remittentur tibi peccata tua. Et, (4) Timor Domini expellit peccatum. Et, (5) Penitentiam agite, et baptizetur unusquisque vestrum in nomine Jesu Christi in remissionem peccatorum vestrorum, et accipietis donum Spiritus Sancti. Et, (6) Euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti, docentes eos servare, quaecumque mandavi vobis. Denique, (7) Præparate corda vestra Domino. Sic operatiohū ordinem, ac successionem, quæ vitam impiam ad justitiam donum disponunt, operationum ordinem, ac successionem, quæ vitam impiam ad justitiam donum disponunt, et aptant, edisserit Concilium: ast cum expressè dicat: „illamque tamquam omnis justitiæ fontem diligere incipiunt: Dei amorem aliquem ad justificationem desiderari, ita perspicuum videtur, ut de hoc ambigere, aut litam cum ullo agere, nodum sit, ut opinor, in scripo querere. Verumtamen in amore hoc aperiendo, unus omnium sensus haudquaquam est, sed diversi diversa sentiunt. Attritionarii, sive qui pro attritionis sufficientia pugnant, de spei, seu concupiscentiæ amore, qui Deum ut nobis bonum suspicit; Anti-Attritionarii vero, sive qui circa sufficientiam ipsam inficiale parti adherescunt, de charitatis, seu amicitie dilectione, quæ Deum, ut in se optimum, aspiciat, Concilium loqui, constituunt: ipse autem et amicitia, et concupiscentia affectui aptari posse ipsius verba, censeo. Quæ concupiscentia favent, nunc proferam, quæ pro amicitia stant, sequenti capite allaturus.

3. Sed prius audire oportet Andream Vega doctum Minoritam in defensione supradicti decreti Concilii ita loquentem: (8) „Posset ad justitiam disponere dilectio Dei sub alijs etiam rationibus, nempe sub ratione justitiae, vel misericordiae, vel remuneratoris, aut denique sub ratione summi boni, et omnium amore dignissimi... Porro Sancta Synodus non statuit hoc loco, an dilectio Dei, quæ disponit ad justitiam, sit dilectio Dei super omnia. Temperatum prorsus est à verbo *super omnia*, tantumque est diffinitum, dilectione Dei disponit peccatores ad justitiam. Et in canone tertio tantum adjectum est, ad diligendum Deum, sicut oportet ad assequendam justificationis gratiam, opus esse præveniente Spiritus Sancti inspiratione, atque ipsius adiutorio. Quæ ex diffinitione colligi non potest, dilectionem Dei super omnia antecedere justificationis gratiam. Potest quippe dici, et minorem illa sufficere, ad obtinendum gratiam, et solum inde colligitur, ad quancumque sufficientem opus esse auxilio Spiritus Sancti specialia. Amor Dei misericordiae, et remuneratoris concupiscentia est; ipsius vero Dei summi boni amor super omnia charitatis est, quia ut ait D. Thomas (9) „Est de ratione charitatis, quod Deus super omnia diligatur... (10) Quilibet adus peccati mortalis contrariatur charitati secundum propriam rationem, quæ contra sistit in hoc, quod Deus diligatur super omnia. De utroque amore accipi queunt supra allata Tridentini verba ex mente Doctoris Minoritæ, qui eidem Concilio interfuit. Unde ipse ad impiorum justificationem, non dilectionem Dei super omnia, sed aliam petit ea minorem, quam idcirco concupiscentiam esse reor: hoc enim assumit probandum (11) „Justificari possunt homines absque dilectione Dei super omnia, non tamen absque dilectione. Et addit (12) „Verbum hoc *super omnia* in Doctoribus antiquis non lego, cum exigunt amorem Dei ad justificationem. Ipsam Concilium concupiscentiæ potius, quam charitatis amorem signare videtur, dum ait: „Illamque tamquam omnis justitiæ fontem diligere incipiunt: tum quia temperavit à verbo *super omnia*, quod charitatis proprium est: tum quia Deus suamet justitia est, et ideo non suæ, sed nostræ justitiæ fons dici valet: ac propterea Deum uti omnis justitiæ fontem diligere, ipsum est, ut justitiæ, non quidem divinæ, sed humanæ principium amare, à quo videlicet dona, et virtutes, quæ justitiæ, seu justificationis hominis secum afferunt, staturunt: hoc autem, quis non viderit, eundem esse, non ut in se bonum, quod ad charitatem, et amicitiam pertinet, sed ut bonum nobis, quod ad spem, et concupiscentiam spectat, continet, atque amat? Deinde peccatores dum justificari cupiunt, et satagunt, haud bonum divinum, sed proprium; nec Dei justitiam, sed ejus misericordiam querunt: optant quidem justitiam, non tamen quia Deus justus est, sed quia ipsi justi hant: cum vero propriam justitiam, seu proprium bonum amantes ad Deum tunc accedant, eorum amor concupiscentiæ, non charitatis est.

4. Concilium insuper dum de noxiis hominibus: „noxiæ ipsa plandis alt. „Illamque tamquam omnis justitiæ fontem diligere incipiunt: „verba illa Psalmi 41. qui etiam ad marginem in aliquibus ipsius Concilii editionibus laudatur: „ob oculos habuisse videtur: Quomodo desiderat cervus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus. Verbis hisce de concupiscentiæ potius, quam de charitatis amore agi, cervi ipsius similitudo palam ostendit, neque enim cervus fontem propter fontem, sed propter aquas inde fluentes neque scaturiginis ipsius bonum aliquod, sed solummodo commodum ardentem desiderat, et concupiscit. Reliqua item ejusdem psalmi verba ad spem ipsiusque objectum, quod est beatitudo celestis, spectant, et idcirco in eo etiam atque etiam dicitur: „Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi salutare vultus mei, et Deus meus. Unde amor similiter, quem præ oculis habens psalmum huic, in penitentibus expetit. Concilium, ad spem magis, quam ad charitatem noscitur pertinere: ac propterea cum anima sua salutis sitibunda, et à peccatis abstergenda, sicut cervus ad aquas, ad Deum fontem vivum accedit, sperare, non charitate peragi, neque ipsum propter ipsum adhuc, sed propter flumina aquarum, quæ sciantur ex eo, desiderare, atque amare, censenda est.

5. Ipsa rerum, quas Synodus pertrahat, ac verborum, quæ utitur, connectio, concupiscentiæ indigitant dilectionem: ait namque: „Illud in primis à Deo justificari impium per gratiam ejus, per redemptionem, quæ est in Christo Jeso: et dum peccatores so esse intelligentes, à divinæ justitiæ timore, quo utiliter conconvertunt, ad considerandam Dei misericordiam se convertendo, in spem eriguntur, fidentes Deum sibi propter Christum propitium fore. Deus autem justificans, Deus gratiam conferens, Deus redemptor, Deus nobis propitius, ac misericors, fons est justitiæ nostræ, hæc enim in ipsa justificatione, seu in ipsa gratia, ac donis eam comitantibus consistit: quæ à Deo misericordie, propitius, redemptore, justificante, et sanctificante accipimus: porro Deus hisce modis à nobis suspectus spei potius, quam charitatis objectum est, hæc namque eundem concipit ut in se bonum. Quapropter non Dei bonitatem, ut in se ipsa est, considerantes, sicut ad charitatis dilectionem opus erat: sed ejus misericordiam, atque idcirco non charitate flagrantes, sed timore concussi, in spem erecti, ac fidentes, nobis propitium fore, illum dum noxæ adhuc subsumus, et justificari intendimus, aspiciamus. Cum ergo post allatum testimonium contextè addat Concilium: „Illamque tamquam omnis justitiæ fontem diligere incipiunt: verba hæc eodem prorsus modo, et sensu ac anteriora, quibus immediate attextunt, accipias oportet, quia ut iniqui jurisperiti: „Verba sequentia interpretationem capiunt à præcedentibus: et ideo peccatores timentes, sperantes, fidentes, Deum tamquam omnis justitiæ fontem, hoc est justificantem, gratiam conferentem, redemptorem, misericordem, propitiumque diligere incipiunt: Deus autem ea inspectus ratione cum spei objectum sit, non charitatis, dilectio similiter ita in ipsum vergens non charitatis, sed spei, seu concupiscentiæ erit.

6. Dispositiones, quas pro impiorum justificatione efflagitat, singulas singulis Scripturæ Divinæ testimonijs roborat Concilium, uti ex ejus verbis supra productis constat: ceterum post spem nullum, quo amorem probet singulatim, affert textum: unde ad spem ipsam amorem ab eo exactum pertinere, innuit satis, ita nihilum ut spei necessitate probata, amoris quoque necessitas affirmari comprobetur: idque dilectionem, de qua agit, non charitatis, pro qua stabilienda nullum præter Scripturæ locum, sed spei esse, haud obscure indicat. Ad hoc, Sessio VI. de hominis justitia, seu justificatione, quam non charitatis, sed spei affectu desiderat, et amat peccator jam resipiscens, tota fere est: quis ergo crediderit, illis dumtaxat verbis: „Tamquam omnis justitiæ fontem diligere incipiunt: quæ ex eadem Sessione sunt, non de hominis, sed de Dei justitia affari Concilium? Si autem de humana loquitur, concupiscentiam indigitat proculdubio, nam humana justitia bonum nostrum est; et ideo ipsam amare, idem omnino erit, ac eam concupiscere. Ipsamet Concilium de qua justitia, necnon de quo fonte loqueretur, planè detegit, dum justitiæ nostræ causas reserens inquit: (13) „Hujus justificationis causa sunt, finalis quidem gloria Dei, et Christi, ac vita æterna: efficiens vero (ecce fons justitiæ) misericors Deus, qui gratuito, abluet, et sanctificat, signans, et ungens Spiritu promissionis sancto, qui est pignus he-

(1) ad Heb. 11. 6. (2) Matth. 7. 21. (3) Eccli. 1. 27. (4) Act. 1. 18. (5) Matth. 28. 19. (6) Reg. 7. 1. (7) Lib. 6. Cap. 28. (8) De virtutibus, q. 1. § 6. c. (9) 2. 2. q. 44. à 12. c. (10) Cap. 10. (11) ibid.

(12) Sess. 6. Cap. 7.

reditiis nostræ: meritoria autem dilectissimus unigenitus filius suus Dominus noster Jesus Christus. Denique unica formalis causa (ecce justitia ejus est fons) est justitia Dei, non qua ipse justus est, sed qua nos justos facit, qua videlicet ab eo donati, renouamur spiritu mentis nostræ: et non modo reputamur, sed vere justi nominamur, et sumus, justitiam in nobis recipientes: De Deo itaque fonte, non solum, sed nostræ justitiæ, seu bonorum omnium, quibus ab eo in justificatione donamur, agit Concilium: cum autem hac ratione Deus spei objectum sit, spei quoque, aut concupiscentiæ amore diligatur, dum ut omnis justitiæ fons amatur.

Denique impletur vir justificandus Deum, ut sibi à fide proponitur, amare incipit fides autem non ut charitatis, sed ut spei objectum tunc Deum eidem proponit, nempe non ut in se summè bonum, sed sicut bonum nobis, id est ut remuneratorem, prout patet ex verbis Apostoli, quæ Concilium laudat, nimirum: (14) „Credere enim oportet accedentem ad Deum, quia est, et inquirentibus se remunerator sit: Unde viri illius amor incipiens ejusmodi bonum, scilicet nostrum suspiciens, concupiscentia esse debet. Et subdit Concilium (15) „Fides de humane salutis initium, fundamentum, et radix omnis justificationis. Ut ergo justificationis opus auspiciabiliter inclinetur, et existeret, et remaneret esse Deum, hinc id proponente, debet credere peccator: aut id genus veritates non solum in Deum remuneratorem spem, verumetiam dilectionem erga ipsum aliquam, necnon remunerationis ipsius amorem, desideriumque in corde peccatoris accendunt, qui iam tum profunde de commissis, qua illum remuneratorem prelatæ, seu beatitudinis potestate jure preverent, intimè dolere, eaque incipit detestari, amissio enim beatitudinis attritionis motus est. Amorem hunc, quem ante justificationem peccatores habent erga remunerationis bonum, quod sperant, Magistri Angelici doctrinæ congruenter existimo: ait enim (16) „Spes, et omnis motus appetitivus ex amore provenit aliquo, quo scilicet aliquis amat bonum expectatum. Sed non omnis spes provenit à charitate, sed solum motus spei formatæ, qua scilicet aliquis sperat bonum à Deo ut amico. Extat igitur ante charitatem boni spectati amor, qui idcirco non charitatis, sed concupiscentiæ erit. Ait ille etiam (17) „Amor quidam est perfectus, quidam imperfectus. Perfectus quidem amor est, quo aliquis secundum se amatur, ut puta cum aliquis secundum se vult alium bonum, sicut homo amat amicum. Imperfectus amor est, quo quis amat aliquid, non secundum ipsum, sed ut illud bonum sibi ipsi proveniat, sicut homo amat rem, quam concupiscit. Primus autem amor pertinet ad charitatem, qua inhabitat Deo secundum se ipsum: sed spes pertinet ad secundum amorem, quia ille, qui sperat, aliquid sibi obtinere intendit.

Hinc concludere planum est, attritum hominem, ac præsertim dum ad Sacramentum justificandus accedit, spei, qua afficitur causa, et bonum, quod sperat, et boni auctorem, seu largitorem amare: et ideo non modo beatitudinem, sed Deum ipsum beatificantem, et remunerantem, haud quidem amicitia, sed concupiscentia prosequi affectu quodam, qui etsi supernaturalis, sicut spes ipsa, et attritio sit, charitatis dilectioni collatus, imperfectus amor valet nuncupari. Cum insuper qui aliquem vult revera finem, media item quibus obtinetur ille, velle prorsus adigatur, sit etiam, prælatum hominem non modo beatitudinem, sed et justitiam ipsam, hoc est gratiam, charitatem, penitentiam ceterasque virtutes, ac dona, qua justitia, seu justificatio hominis habet secum, diligenter hæc enim media sunt ad æternam felicitatem obtinendum pernecessaria. Et qua ratione adduci quirit homo ille, ut hæc omnia, ni amaret, studiose adeo in Sacramento quarteret? Qui ea non amat, ad Christi Sacramenta non accedit. Perspicuum sane est, quod homo ille attritus bona hujusmodi concupiscat, eorum quippe desiderio incensus Sacramentum recipit: et exinde tam ipsa, quam Deum, à quo sunt, ulterius consistit amare, ait namque S. Thomas: (18) „Nullus desiderat aliquid, nisi bonum amatum. Et iterum (19) „Desiderium rei alicujus semper præsupponit amorem illius rei. Et sic desiderium alicujus rei potest esse causa, ut res alia ametur: sicut qui desiderat pecuniam, amaret propter hoc eum, à quo pecuniam recipit. Verum attriti hominis amor, utpote proprium bonum prospiciens, et in eo consistens, qui delicti, cui subest adhuc, nomine ini-

micus Dei est, concupiscentiæ, et non amicitia, nec charitati adscribitur: nuncupari tamen valet amor justitiæ, quia memoratus homo suam justitiam amat, seu gratiam, et charitatem, quibus amor justitiæ, quæ circa Laurentius Berti merito, admittit amplius justitiæ, qui non sit charitatis amor, ut patet cap. IX. n. 50: alii vero prioris nomine semper intelligunt dilectionem charitatis, et ideo pro stabiliendo amore, initiali, qui ex eis charitatis foret opus, innumera laudant Sanctorum Patrum testimonia, in quibus sermo est de amore justitiæ: hic tamen aperte ex illis non deducitur, si existit justitia amor, qui non sit amor charitatis: et id admodum describere valet pro argutationum, quas conficiunt, dissolutione.

Quæ superius de spe dicta sunt, Anti-Attritionariis parum adulescunt, et non de concupiscentiæ, sed de amicitia, seu charitatis amore. Tridentinum asserit, obfirmate propugnant: quia post spem, inquit, amorem flagitat: spei autem prære concupiscentiam, sententia est D. Thomæ dicentis (20) „Spes præsupponit amorem ejus, quod quis adspici se sperat, qui est amor concupiscentiæ: quapropter cum amor à Synodo exactus post spem sit, spei vero concupiscentiæ dici nequit. At vero perexigui hoc momenti esse videtur, siquidem Concilium post spem similiter receisset fiduciam, et nihilominus hanc ad illam spectare, propalam est: quæquid ergo dilectio ad spem, quamquam post eam sit, revocari non poterit? Concupiscentia itaque amor, etsi præeat spei, post illam quoque, et ab ea esse valet: sicut in ipsorum Initialitarum sententia dilectio charitatis ante charitatem, à charitate, et post charitatem est: quemadmodum enim dilectio isthæc, quod objectum charitatis semper aspicit, charitatis dilectio ab illis nuncupatur ita concupiscentiæ amor, de quo nunc, quia celestem beatitudinem, sicut spes, semper aspiciat, spei amor dici potest. Hic vero quomodo et ante, et post spem sit, ita edisserit D. Thomas. (21) „In quantum spes respicit bonum speratum, spes ex amore causatur, non enim est spes nisi de bono desiderato, et amato. In quantum verò spes respicit illum, per quem fit aliquid nobis possibile, sic amor causatur ex spe, et non è converso. Ex hoc enim, quod per aliquem speramus, nobis posse provenire bona, movemur in ipsum, sicut in bonum nostrum, et sic incipimus ipsum amare... sed amor ejus causatur ex spe, quam de eo habemus. Amor igitur sperati boni spem præcedit, et causat: sed amor Dei, à quo bonum illud speratur, post spem, et à spe ut à causa est: amore ex spe causato movemur in Deum sicut in bonum nostrum, à quo scilicet bona nostra proveniunt, quo pacto fons est justitiæ nostræ, et sic incipimus eum amare: hujusmodi autem amor concupiscentia sanè est, de eoque apposite queunt enodari illa Concilii verba: „Illamque, tanquam omnis justitiæ fontem diligere incipiunt: nam Deus fons justitiæ, bonum nostrum, ac bonorum omnium, que penitens sperat, auctor existit. Itaque de Deo agunt bono nostro, seu nostræ justitiæ fonte et Synodus, et D. Thomas, atque eidem præpè verbis utantur: hic ait: „Sic (nimirum ut est fons justitiæ) incipimus eum amare: Illa inquit: „Illumque tanquam omnis justitiæ fontem diligere incipiunt: Amor incipiens, de quo D. Thomas, concupiscentia, et à spe est competissime: cur ergo incipiens dilectio, quam assignat Synodus, à spe similiter, et concupiscentia non erit? Ipse S. Doctor ad spem attainere amorem incipientem iterato statuit ajens (22) „Spes respicit duos, unum quidem sicut principale objectum, scilicet bonum, quod speratur, et respectu hujus semper amor præcedit spem: numquam enim speratur aliquid bonum nisi desideratum, et amatum. Respicit etiam spes illum, à quo se sperat, posse consequi bonum, et respectu hujus primo quidem spes præcedit amorem: quamvis postea ex ipse amore spes augetur: per hoc enim quod aliquis reputat, per aliquem se posse, consequi aliquid bonum, incipit amare ipsum: et ex hoc ipso, quod ipsum amat, postea fortius de eo sperat. Sed advertas oro, charitatis etiam amorem, seu et charitatem ipsam aliquatenus spe causari, ait namque Doctor ipse Angelicus: (23) „Fides generat spem, et spes charitatem, secundum scilicet, quod una disponit ad alteram: et idcirco amor, qui spem subsequitur, haud unicus, sed duplex est, alter qui ut bonum nostrum,

(14) Ad Hebr. 11. 6. (15) Cap. 8. (16) 1. 2. q. 17. 2. 8. ad 2. (17) Ibidem, c. (18) 1. p. q. 20. 2. c. (19) 1. 2. q. 27. 2. 4. ad 2.

(20) Ibi q. 66. 2. 6. ad 2. (21) Ibi q. 40. 2. 7. c. (22) Ibi q. 62. 2. 4. ad 1. (23) Ibi q. 66. 2. 6. ad 1.

parationem, opus denique non eodum, sed liberum esse, ac voluntarium. Et hinc de supernaturali attritione affari Concilium, recte dixeris, nemo enim nisi heresim sapiat, naturali rei tribuere prædicta omnia valebit. Quapropter attritio, de qua hic agendum, quamquam formidolosa, meticulous, servilis à multis appelleretur, et id genus alij, quæ ignominiam redolent, nomenclationibus passim afficiatur, egregie tamen ipsius perfectioni obessa hoc nullatenus potest; ipsa etenim una, utpote supernaturalis, et quæ modo recensui exornata præstantiis, mundi hujus aspectabilis rebus omnibus, imò et angelicis ipsis naturis antecellere quam maxime censenda est: nuncupatur autem imperfectus dolor, et contritio imperfecta, hanc quidem absolute, sed collate ad perfectam contritionem, quæ potior est; si enim, nulla conditionis hujusmodi ratione habita, perpendatur, donum Dei præstantissimum esse constabit.

4. Contritionis, attritionisque conditiones ex ipsius Tridentini doctrina sunt efformandæ. Contritionem generatim ut à perfecta abstrahit, et imperfecta, ita ipsammet describit Concilium (4). „Animi dolor, ac detestatio esse de peccato commisso, cum proposito non peccandi; di de cetero. Ipsam postmodum in perfectam partitur, et imperfectam: priori etiam ritate perfici, alij postertatem verò ex turpitudinis peccati consideratione, ex gehennæ pœnarumque metu, aut æternæ beatitudinis amissione promanare: quocirca perfecta sic à Theologis definitur. „Contritio est dolor perfectus de peccatis assumptis propter Deum summè dilectum cum proposito confitendi, satisfaciendi, et de cetero non peccandi. „Imperfectam ita explicant iidem: „Attritio est dolor imperfectus de peccatis assumptis propter pœnas in se, nisi amissionem beatitudinis, vel propter deformitatem peccati cum proposito confitendi, satisfaciendi, et de cetero non peccandi. „Sed scias velim, contritionem, quæ propter Deum summè dilectum assumi dicitur, summum seu maximum Dei amorem, hanc intensivè, ut inquitur, sed appreciative tantum flagitare. Hujusmodi autem amor in eo est, qui Deum vere, atque ex charitate diligit, sive tepore, sive fervore id faciat, et dilectionem hanc rebus cunctis anteponeat, ac præ omnibus estimat. Sed audire juvat præstantissimum Theologum Melchiorum Canium, qui in tertia parte suæ Relectionis de Penitentia ait: „Amorem Dei super omnia dupliciter posse dici maximum. Uno modo intensivè, gradualem quadam intensione, quo pacto juniores de intensione loquuntur. In quem modum non oportet amorem Dei esse maximum. Aliter intelligitur esse maximus appreciative... Fœmina interim vehementius, et intensius catellum amat, quam aurum; et tamen si alterutrum oporteret amittere, aurum catello proponeret; ita quoniam plaris facit aurum, quam catellum, plus diligit aurum, non intensivè quidem, sed appreciative. Quo modo etiam contritio dolor est maximus, quia si daretur optio, mallet amississe pecunias, mallet se mortuum fuisse, quam peccasse.“

5. Disperditur attritio primò in naturalem, quæ naturali, et supernaturalem, quæ supernaturali motivo innitur; illa autem, quæ divina firmatur fide, charitatis amore non indiget, ut supernaturalis sit, nam Alexander octavus thesism hanc proscripsit n. 15. „Attritio, quæ ex gehennæ, et pœnarum metu concipitur sine dilectione benevolentia Dei propter se, non est bonus motus, ac supernaturalis. „Ceterum quæ naturalis est insufficientis prorsus ad Sacramentum Penitentia ritè suscipiendum existimari debet, quia Venerabilis Innocentius undecimus propositionem istam similiter damnavit 57. „Probabile est, sufficere attritionem naturalem, modo honestam. „Secundò dividitur attritio in efficacem, et inefficacem: illa efficaciter voluntatem peccandi expellit, peccata ipsa detestatur, emendationemque proponit, hæc verò aut minime, aut inefficaciter id præstat. De efficaci, ac supernaturali attritione, de qua Tridentinum agere videtur, hic quoque est controversandum. Tertio attritionem discriminaant nonnulli in servilem, quæ metu, et iniziale, seu filialem, quæ timore simul, et charitatis dilectione progrediatur: ac omnibus divisio ejusmodi placere nequaquam potest, quoniam id, quod discipatur scribit, peccata ipsa detestatur, jamjam suppunit, amorem scilicet charitatis cum attritione quæ in homine mortifera labe consperso reperitur.

6. Ad timorem quod attinet, sic cum oportet definire: „Fuga à malo arduo futuro, quod nequit facile vitari: „malum enim, quod nullo negotio vitatur, vir fortis non timet. Desumitur definitio isthæc ex Sanctis Doctoribus Augustino, et Thoma: (5) nam prior

(4) Sess. 14. Cap. 4.

(5) S. August. in Psalm. 57. n. 2. D. Thom. 1. 2. q. 42. a. 3. c. & 3. Sent. d. 34. q. 2. a. 3. questio. 4. sol.

ait: „Fuga quippe animi est timor. „alter inquit: „Timor est de malo futuro arduo, quod non potest de facili vitari. „Malum, quod facile vinci, aut vitari potest, non timeas, sed odium tantum. „Quadruplicem timorem per ordinem ad Deum assignat, et explicat idem S. Thomas dicens (6). „De timore nunc agimus, secundum quod per ipsum aliter quo modo ad Deum convertitur, vel ab eo avertitur. Cum autem objectum timoris sit malum, quandoque homo propter mala, quæ timeat, à Deo recedit: et iste dicitur timor humanus, vel mundanus. Quandoque autem homo propter mala, quæ timeat, ad Deum convertitur, et ei inhæret: quod quidem malum est duplex, scilicet malum pœnæ, et malum culpæ. Si ergo aliquis convertatur ad Deum, et ei inhæreat propter timorem pœnæ, erit timor servilis. Si autem propter timorem culpæ, erit timor filialis: nam filiorum est, timere offensam patris. Si autem propter utrumque, est timor initialis.“

7. Timor mundanus, vel humanus semper malus est, quia neque ut vitemus mala, neque ut consequamur bona, à Deo recedere, nobis licet. Timor servilis, ita nuncupatus quia servi pœnæ metu potius, quam amore hero suo communiter obtemperant, et inserviant, si cum actuali affectu ad culpam sit, dicitur servilliter servilis, et rectus non est: si illa affectio ne careat, servilis absolute vocatur, et est innoxius. Deinde servilis timor, si naturali fidei, ac virtutis nitatur, ut in hæretico, naturalis; si supernaturali fidei, et auxilio, ut in catholico, supernaturalis erit. Quod si hunc etiam naturalem dixeris, improbam doctrinam trades, nam Alexander VIII. jam laudatus hanc quoque thesism, quæ de metu fide supernaturali innixo loquebatur, proscripsit: 14. „Timor gehennæ non est supernaturalis. „Timor filialis dicitur etiam castus, id namque charitas, ex qua ille oritur, præstat, ut et benignus pater, et castus sponsus Deus nobis sit. Unde ait D. Thomas (7). „Timor filialis, et castus ad idem pertinent; quia per charitatis amorem Deus pater noster efficitur, secundum illud Rom. 8: accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus, abba pater: et secundum eandem charitatem dicitur etiam sponsus noster, secundum illud 2. Cor. 11. despondi vos uni viro virginem castam exhibere Christo. Timor autem servilis ad aliud pertinet, quia charitatem in sui ratione non includit. „Timor servilis ad attritionem, filialis ad contritionem spectat, ipso Angelico Magistro dicente: (8) „Attritionis principium est timor servilis, contritionis autem timor filialis.“

8. Itaque supernaturalis, et fide divina innixus servilis timor esse debet, ut peccatoris cordi attritionem, quæ supra naturam similiter sit, incutiat; si enim humano tantum fulcitur testimonio, hanc naturalem, sed naturalem ipse efficit dolorem. Quocirca peccator jam resipiscens, Deum omnium hominum iudicem fore, fide magistra, dignoscit, eundemque sicuti gloriam suam probis, sic et pravis sempiternos ignes donatum ire, animo suo volvens, merito expavescit, ac de peccatis suis dolet: quamobrem et dolor ipsius, et timor, sicut fides ipsa, cui innituntur, supernaturalibus rebus jure adscribi debent. Servilem hunc timorem docet, ac præcipit Dominus in Evangelio dicens: (9) „Timeate eum, qui potest et animam, et corpus perdere in gehennam.“

9. Inferni metus, quamvis supernaturalis sit, dum in homine peccatore invenitur, servilis, sicut attritio ipsa nuncupatur. Hæc timoris servilitas, quemadmodum fidei informitas, in ipso peccato consistit, quia. (10) „Omnis qui facit peccatum, servus est peccati: et ideo non timoris sed timentis vitium est. (11) „Servilitas, inquit D. Thomas, non pertinet ad speciem timoris servilis, sicut nec informitas ad speciem fidei informis. Ideo timor servilis secundum suam substantiam bonus est, sed servilitas ejus est mala. „Eapropter servilitas à substantia timoris, sicut et informitas à substantia fidei secerni optime valet: et idcirco quemadmodum sine informitate fides, ita sine servilitate timor in homine, dum à culpa solvitur, manet: ac proinde ne dum peccatores, sed justi quoque homines Deum iudicem, æternosque cruciatus, vel quia de sua justitia certi non sunt, vel quia delinquere adhuc valent, et damnari, hanc inmerito, quando in hoc mundo suat, reformidant. Unde dicitur: (12) „De propitiato peccato noli esse sine metu. „Et: (13) „Beatus homo, qui semper est pavidus. „Ac propterea metuit Job, vocatur enim vir simplex, et rectus, ac timeas Deum, et recedens à malo, qui etiam aiebat: (14) „Verebar omnia opera mea, sciens, quod non par-

Bj

(6) 1. 2. q. 19. a. 2. c. (7) Ibi ad 1. (8) Suppl. q. 1. a. 3. c. (9) Matth. 10. 28. (10) Joann. 8. 34. (11) 2. 2. q. 19. a. 4. c. (12) Eccl. 1. 1. (13) Prov. 28. 14. (14) 2. 28.

„ jam unum est, non habet rationem ardui. Itaque spei amor respicit Deum ut bonum nobis arduum; dilectio autem charitatis ut bonum nobis jam unum: et exinde fit, ut arbitror, quod hæc nullatenus reperitur in peccatore; isti enim Deus est bonum, haud quidem unum, sed maxime separatim, arduum, et adeptu difficillimum.

13. Sed oro te, ne dum hic concupiscenciam, et concupiscenciam amorem sapius legeris, de ea me nunquam loqui existimes, quæ terrenarum rerum appetitio est: hæc enim pravam, atque scelestam sobolem in nobis plerumque enicitur, nam ut ait. B. Jacobus (30) „ Unusquisque tentatur à concupiscencia sua abstractus, et illicitus. Deinde concupiscencia cum conceperit, parit peccatum: peccatum vero cum consummatum fuerit, generat mortem.“ De istiusmodi concupiscencia, quæ peccati fomes etiam dicitur, hæc Tridentinum inquit: (40) „ Manere autem in baptizatis concupiscenciam, vel fomitentem, hæc sancta Synodus latetur, et sentit: quæ cum ad agonem relicta sit, nocere non consentientibus, sed viriliter per Christi Jesu gratiam repugnantibus non valet: quinimo qui legitime certaverit, coronabitur. Hanc concupiscenciam, quam aliquando Apostolus peccatum appellat, sancta Synodus declarat, Ecclesiam Catholicam nunquam intellexisse, peccatum appellari, quod verè, et proprie in renatis peccatum sit, sed quia ex peccato est, et ad peccatum inclinatur. Non ergo de hac, sed de illa concupiscencia hic affor, quæ celestium bonorum desiderium est, sive quæ bona ipsa, eorumque fontem Deum, nos amare facit, et concupiscere. De ista loquuntur David, et Salomon, dum ajunt: (41) „ Quam dilecta tabernacula tua Domine virtutum, concupiscit, et deficit anima mea in atria Domini... Concupivi Salutem tuam Domine... Concupiscencia itaque sapientie deducit ad regnum perpetuum.“

14. Postrema isthac, quæ apud orthodoxos casta concupiscencia vocatur, et fide, ac spe innoxia est, male audit apud Quietistas, qui Deum amore puro, hoc est, sine ullo ad nostrum commodum, et utilitatem respectu diligendum, eidemque absque ullius mercedis intuitu præcipiunt inserviendum: ac propterea concupiscenciam, seu concupiscenciam amorem probare nequeunt, qui in Deum tendat, uti bonum nostrum est, ac bonorum, quæ discipulus, fons, et origo. Atverò velut impia, atque Dei verbo dissentanea rejicienda est doctrina ista: nam de antiquis Patribus asserit D. Paulus, eos præ oculis habuisse mercedem: (42) „ Juxta fidem defuncti sunt omnes isti, non acceptis repositionibus, sed à longè eas aspicientes, et salutantes:“ celestem patriam desiderasse: „ Nunc autem meliorem appetunt, id est celestem:“ Moysen itidem remunerationem suspexisse: „ Aspiciebat enim in remunerationem.“ David quoque dixit: (43) „ Inclinaui cor meum ad faciendas justificationes tuas in æternum propter retributionem.“ Imò Christus Dominus non solum Deum diligere, verumetiam bona ab eo flagitare, nos docuit, ac in his regnum celeste investigare præsertim: (44) „ Quæritè primum regnum Dei, et justitiam ejus, et hæc omnia adjicientur vobis.“ Merito proinde Quietistarum dogmata ab Ecclesia proscripæ sunt: et idcirco omnes tam justis, quam peccatores Deum amare, eique servire possunt propter retributionem; hæc enim spes, et charitas aspiciunt, istarum autem ductum sequens virtutum, bene se quisque gerit. Charitas in viro justo desiderium æternæ felicitatis, seu vivendi cum Deo, ipsaque fruendi succendit, juxta illud: (45) „ Desiderium habens dissolvi, et esse cum Christo:“ hujuscæ vero desiderii causa dum agit iustus aliquid, bene, imò et meritorie agit. Unde ait Tridentinum: (46) „ Si quis dixerit, justificationem peccare, dum intuitu æternæ mercedis bene operatur, anathema sit.“ Peccator item, ac præcipue cum attritus est, etsi charitate careat, spei quoque afficitur ratione, celestium bonorum castam habet concupiscenciam: quocirca dum bona illa desiderat, et ut eâ indepiscatur, de peccatis suis dolet, Sacramenta suscipit, aur quid simile prestat, bene etiam, et laudabiliter operari dicendus est, nam Alexander VIII. has damnavit theses: 10. „ Intentio, qua quis detestatur malum, et prosequitur bonum, mere ut celestem obtineat gloriam, non est recta, nec Deo placens. 13.

(30) 2. 14. (40) Sess. 5. Decreto de peccato origin. (41) Ps. 81. et 128. v. 174. Sap. 6. 17. (42) 11. ad Hebr. 11. 26. 26. (43) Ps. 118. 112. (44) Matth. 6. 33. (45) Ad Philip. 1. 23. (46) Sess. 6. can. 31.

„ Quisquis etiam æternæ mercedis intuitu Deo famulatur, charitate si caruerit, vitio non caret, quoties, intuitu licet beatitudinis, operatur.“

15. Sciendum quoque, amorem spei, vel ad spem attinentem, de quo hactenus egi, ita spei copulari, ut hæc absque eo non consistat. Id luculenter tradit D. Thomas, dum ait: „ Non est spes nisi de bono desiderato et amato... Nunquam speratur aliquid bonum, nisi desideratum, et amatum.“ S. Augustinus spei quoque sic necit amorem: (47) „ Spes esse sine amore non potest... Nec amor sine spe est, nec sine amore spes, nec utrumque sine fide.“ Porro amor ita spei, ac fidei unitus et supernaturalis est, et justificationi præit, necnon charitati, ejusque dilectioni, sine quibus idcirco esse valet, sicut spes ipsa, ac fides: et cum insuper in objectum speratum vergat, quod est bonum nostrum, non charitatis amor, sed concupiscencia potius nancupari debet. Verum ita, quæ fide carent, habere etiam possunt amorem concupiscencie erga Deum; plurima enim ab eo postulant, sperantque bona consequi, et inde incipiunt amare ipsum: eorum tamen amor non est supernaturalis, quia non procedit à supernaturali fide, ac spe, sicut amor fidelium.

16. Scias itidem oportet, quod concupiscere et desiderare idem plerumque significat, et ideo concupiscencia amor frequenter etiam desiderium vocatur. Unde ait D. Thomas: (48) „ Ea quæ concupiscimus, simpliciter quidem, et proprie desiderare dicimus, non autem amare, sed potius nos ipsos, quibus ea concupiscimus.“ Hoc præcipue verum est respectu bonorum, quæ peccator attritus sibi concupiscit, uti sunt gratia, virtutes, et ipsa beatitudo; Deum tamen, à quo illa sperat, proprie etiam ut reor, amare ipse dicitur amore nimirum initiali seu incipiente. Per hoc enim quod aliquis reputat, per aliquem se posse, consequi aliquid bonum, incipit amare ipsum... Si autem quis desiderat pecuniam, amat propter hoc eam, à quo pecuniam recipit.“ Sed amor iste incipiens, quod Deum aspiciat, haud quæ in se bonum, sed quæ nobis beneficium, et quæ bona conferentem, concupiscencia est, et non charitas.

17. Jure itidem hæc P. Concina referre verba, quæ et memoratam sæpius amoris utriusque diaphoram, et alia quæ hic traduntur, amplius roborant: (49) „ Si Deum amas, quia te creavit, redemit, conservat, protegit, alit, uno verbo, quia tibi beneficus est, amor appellatur casta concupiscencia. Si illius amore flagras quia bonus, quia dignus est, ut omnes ejus amore ardeant, ut illi bonum velint, et ejusdem laudes pangant, ipsumque colant, amor est charitatis, et amicitie.“

(47) Cap. 8. Enchir. n. 1. (48) Lib. 1. cont. Gent. c. 91. (49) In Comp. lib. 3. dist. 2. c. 6. n. 124

CAPUT. III.

Charitatis etiam amor, necnon contritionis opus ad attriti hominis justificationem requiruntur.

1. DE amore charitatis permulci, ut supra monui, Tridentini verba illa accipiunt: „ Illumque tamquam omnis justitiae fontem diligere incipiunt:“ quibus cum ultro fuerim, modo ne prævis, sed concomitantibus adjudicent dispositionibus amorem istum: quandoquidem hæc unica ad formam, sed duplex extat preparatio, altera, quæ ipsam præcedit, quæ comitatur altera: attritio præit quidem gratia; hujus vero consors est dilectio charitatis, quæ esse revera inchoat, cum gratia datur, ita nimirum ut adulti homines tunc, id est dum gratiam accipiunt, ac justi fiunt, Deum incipiunt diligere. De dilectione ista commode enodari possunt supradicta Concilij verba; cum enim de impiorum justificatione ibi disserat, dilectionem in ipsa justificatione incipientem indigitare voluisse ajens: „ diligere incipiunt:“ recti quisque non immerito valebit. Dilectione hujusmodi, quæ perfecta reapse est, et perfecta item contritione, quæ simul cum illa id temporis incipiat, eget attritus homo ut remissionis gratia donetur. Verum per-

facta id genus opera, non quod intensa, sed quod absque mortali scelere ullo, imo eam gratia, et charitate sint, in presentia dicuntur.

2. Nec mirum tibi sit, quod homo attritus in ipso suae justificationis momento dilectionis, contritionisque actus praedictos, qui iustorum sunt, efficere valeat; quamvis enim peccati macula aspersus adhuc ad justificationem accedat, in ea tamen una cum divina gratia, charitatis, ac penitentiae virtutibus ornatur, quae in istiusmodi operatione statim erumpunt. (1) „ In eodem instanti, ait D. Thomas, in quo forma acquiritur, incipit res operari secundum formam, sicut ignis statim, cum est generatus, movetur sursum; est si motus eius esset instantaneus, in eodem instanti completeretur. Motus autem liberi arbitrii, qui est velle, non est successivus, sed instantaneus. Porro formae, quae in instanti justificationis acquiritur, sunt gratia, charitas, et penitentia: quocirca his iam tunc, ni adsit obex, incipit penitens operari, proptereaque dilectionem, et contritionem, quae eandem virtutem, atque arbitrii nostri opera sunt, efficiet in illo instanti. Efficacitate pari, ac promptitudine gratia, et charitas operatur in Angelis fuerit; ipsi enim in primo suae conditionis momento dilectionis Dei perfecterunt actum, quo aeterna beatitudine constituentur digni. (2) „ Omnes, inquit ille, in gratia creati in primo instanti meruerunt. Eadem vi, ac energia in Christo posita fuisse dona caelestia, idem ipse astruit docens, Dominum in ipso suae conceptionis momento actum meritorium, iam et beatificum, seu visionem beatam peregrisse: (3) „ In primo instanti suae conceptionis meruit Christus. . . In primo instanti suae conceptionis Christus, secundum quod homo, fuit beatus. Sanctificans igitur gratiae donum, ac gloriae lumen, quae a primo instanti habuit Redemptor noster, et beatificum opus tunc effecerunt; cum autem neque beatitudo, neque meritum sine amore Dei consistant, fit etiam, charitatis virtutem tam in Domino, quam in Angelis ejus a primo instanti Deum dilexisset. Unde si supernaturales formae istae ubi productae sunt, continuè operantur, gratia, charitas, et penitentia, quae attrito homini dum justificatur, conferantur, operationes suas, dilectionem videlicet, et contritionem in ipsa efficiunt justificatione, quam idcirco penitusquam antecedent, sed comitantur actus praefati.

3. Angelicus ipse Praeceptor in operibus huius pro impiorum justificatione exposcendis perpetuus est. De amore charitatis haec inter alia inquit: (4) „ Cum actu fidei in justificatione semper adiungitur actus charitatis: Haec actus enumerans, quibus justificationis opus peragitur, charitatis amorem locum tribuit quintum dicens: (5) „ Quorum actuum primum principium est Dei operatio convertentis eorum secundum illud Thren. ult: Convertite vos Domine ad te, et convertemur. Secundus actus est motus fidei. Tertius est motus timoris servilis, quo quis timore suppliciorum à peccatis retrahitur. Quartus actus est motus spei, quo quis sub spe veniae consequendae assumit propositum emendandi. Quintus actus est motus charitatis, quo alicui peccatum displicet secundum se ipsum, & non jam propter supplicia. Sextus actus est motus timoris filialis, quo propter reverentiam Dei aliquis emendam Deo voluntarius offert. De contritione similiter, quae penitentiae virtutis actus est praecipuus, haec astruit. (6) „ Effectus gratiae operantis est justificatio impii, in qua non solum est gratiae infusio, et remissio culpa, sed etiam motus liberi arbitrii in Deum, qui est actus fidei formata, et motus liberi arbitrii in peccatum, qui est actus penitentiae. Hi tamen actus humani sunt ibi, ut effectus gratiae operantis simul producti cum remissione culpa. Unde remissio culpa non fit sine actu penitentiae virtutis, licet sit effectus gratiae operantis. . . Actus penitentiae virtutis habet, quod sine eo non possit fieri remissio culpa in quantum est inseparabilis effectus gratiae. . . (7) In ipso motu contritionis justificatur penitens, sicut in ipso actu ablationis baptismalis justificatur puer baptizatus. Tunc autem aliquis justificatur, quando gratiam recipit: unde simul cum gratiae infusione, et justificatione est motus contritionis: sed motus attritionis praecedit quasi preparatorius. Nos autem nunc non loquimur de preparatorijs ad justificationem,

(1) 1. 2. q. 117. a. 7. ad 4. (2) 1. p. q. 67. a. 3. ad 4. (3) 1. p. q. 14. a. 3. et 4. c. (4) 4. Sent. de 12. q. 1. a. 3. quae. 1. c. ad 1. (5) 3. p. q. 87. a. 7. c. (6) Ibi, q. 86. a. 6. ad 2. et 3. (7) loco cit. Sent. 2. 4. quae. 1. solut.

sed de his, quae intrant substantiam ipsius. . . Sicut ad contritionis motum requiritur, quod adsit gratia, ita quod absit culpa, quia cum ea esse non potest.

4. Attritus igitur homo dum justificatur, trifariè liberum ejus movetur arbitrium, scilicet fidei formatae, charitatis, et contritionis actu: istiusmodi verò motus justificationi ipsi, ad quam desiderantur, minime praecunt, sicut attritio, sed comites sese adesse: sunt enim in ipsa justificatione, sunt producti cum remissione culpa, sunt cum infusione gratiae, sunt ipsius gratiae effectus, sunt ab ea inseparabiles, sunt opus in quo justificatur penitens, sunt intrantes justificationis ipsius substantiam, sunt demum, et efficiuntur praesente gratia, absente culpa: et idcirco liberi arbitrii motus isti non antecedentes quidem, sed gratiam ipsam, seu justificationem concomitantes dispositiones nuncupari debent. Idipsum saepe alias repetit Angelicus Magister. (8) „ Infusio gratiae, inquit, est in instanti, et in eodem instanti est remissio culpa, et motus liberi arbitrii, qui est quasi dispositio completa ad suscipiendam gratiam: et sic totum, quod ad justificationem requiritur, est in instanti: unde justificatio non est successiva, sed subita. Haec de causa motus liberi arbitrii supra recensiti, quos ad justificationem necessarii ab eo existimantur, in ipso justificationis momento sint oportet. (9) „ Liberrimum arbitrium, subdit, in justificatione impii movetur in Deum motu fidei, charitatis, et spei: oportet enim, justificatum in Deum converti, amando ipsum cum spe veniae. Ubi penitentem haud justificandum, seu ante justificationem, sed jam justificatum amare Deum oportere docet. (10) „ Contritio, addit quoque, est à libero arbitrio, et à gratia: secundum quod procedit, à libero arbitrio, est dispositio ad gratiam si nulli existens cum gratia, sicut dispositio, quae est necessitas simul est cum forma: sed secundum quod est à gratia, comparatur sicut actus secundus ad gratiam. Si contritio simul existit cum gratia, ipsiusque actus est secundus, non praevia ad ipsam, sed concomitans est dispositio. (11) „ Preparatio hominis ad gratiam habendam, hoc insuper stabilis, quaedam est simul cum ipsa infusione gratiae: et talis operatio est quaedam meritoria, sed non gratia, quae jam habetur, sed gloria, quae nondum habetur. Est autem alia preparatio gratiae imperfecta, quae aliquando praecedit donum gratiae gratum facientis, quae tamen est à Deo movente. Sed ista non sufficit ad meritum, nondum homine per gratiam justificato: quia nullum meritum potest esse nisi ex gratia. Preparatio meritoria et amor charitatis est, in eo namque meritum nostrum praecipue consistit, et etiam contritio, quae amorem secum habet indivulsè, quia est dolor de peccatis propter Deum summè dilectum assumptus: ob idque contritio, et amor non solum meritorij, sed etiam gratiae consortes, ac propterea concomitantes illam dispositiones sunt. (12) „ Tota justificatio impii, docet itidem, originaliter consistit in gratiae infusione: per eam enim et liberum arbitrium movetur, et culpa remittitur. Si ergo gratia ipsa, vel ejus infusio liberum movet arbitrium, hujus opera, quae in justificatione, ipso magistro inveniuntur, non ante gratiam, sed cum ea erunt.

5. Libuit haec quamquam sublonga Sancti Doctoris producere testimonia, ut charitatis, penitentiaeque virtutum actus, amorem scilicet, et contritionem, necnon fidei formatae assensum, omnibus conspicuum sit, desiderari quidem ad impiorum justificationem ipsam verò nullatenus antecedere, sed cum ea esse. Id autem ultra edisserit, dum rationem affert, quae attritus homo motus illos adhibere tenetur in sua justificatione, dicens: (13) „ Deus movet omnia secundum modum uniuscujusque, sicut in naturalibus videmus, quod aliter moventur ab ipso gravia, et aliter levia propter diversam naturam utriusque. Unde et hominem ad justitiam movet secundum conditionem naturae humanae. Homo autem secundum propriam naturam habet, quod sit liberi arbitrii. Et ideo in eo, qui habet usum liberi arbitrii, non fit motio à Deo ad justitiam absque motu liberi arbitrii; sed ita infundit donum gratiae justificantis, quod etiam simul cum hoc movet liberum arbitrium: ad donum gratiae acceptandum in his, qui sunt hujus motus capaces. Ad operationes itaque arbitrii nostri, quibus

(8) Ibidem à 5. quae. 1. solut. (9) de veritate q. 28. a. 4. c. (10) Ibi à 7. ad 1. (11) 1. 2. q. 111. a. 2. ad 1. (12) Ibi q. 111. a. 7. c. (13) Ibidem à 3. c.

libere suscipimus, acceptamusque sanctificantis gratiæ donum peragendas, haud ante, sed cum hoc nobis conferatur donum, à Deo ipso moveamur: et ideo non antecedentes sed concomitantes gratiam ipsam dispositiones sunt opera illa, nimirum fidei formatæ, et charitatis actus.

6. Edisserat similiter S. Doctor, quomodo arbitrij nostri motus prædicti, licet sint à gratia, et cum gratia, ad illam suscipiendam attritum aptare hominem, eamque propterea valeant ratione aliqua præcedere, ajens: (14) „ Aliquo modo gratiæ infusio, et culpa remissio præcedunt, aliquo autem modo prædicti motus: quod patet ex simili in generatione naturali, quæ est terminus alterationis. In eodem enim instanti terminatur alteratio ad dispositionem, quæ est necessitas, et generatio ad formam: et tamen secundum ordinem nature utrumque est prius altero aliquo modo: quia dispositio, quæ est necessitas, præcedit formam secundum ordinem causa materialis; sed forma est prior secundum ordinem cause formalis: et secundum hunc modum illa qualitas consummata est etiam formalis effectus forma substantialis, secundum quod forma substantialis est causa accidentalium: et ideo cum isti motus, qui sunt in ipsa justificatione impij, sint quasi dispositio ultima ad gratiæ susceptionem suo modo, præcedunt quidem in via cause materialis; sed sequuntur in via cause formalis: et ideo nihil prohibet eos esse formatos. Si autem arbitrij nostri motus prædicti, nempe fidei, charitatis, et contritionis actus, formati sunt, non prævia, sed concomitantes dici debent preparationes, siquidem quæ antecedenter disponunt, eandem extant informes.

7. Igitur contritio, et amor Dei impiorum justificationi concomitanter interessunt: et licet fervidissimi quandoque, ut in David, Magdalena, Petro, Saulo, aliisque penitentibus illustribus, ut reor, fuerint, illo tamen fervore, ut justificationi interveniant, minime egent: neque enim peccatores omnes, qui expiantur, amore Dei valde successi à culpa resurgunt. Nihilominus actus illi, etsi remissi, ac tepidi, semper dicendi sunt perfecti, non, ut patet, qui intensi, sed quoniam absque flagitij lethalis macula, necnon cum gratia, et charitate reperiantur.

8. Ad perfectos hac ratione actus hujusmodi non modò commonefaciendi, sed et obstruendi sunt peccatores: justificari quippe tenentur, quia ut docet D. Thomas: (15) „ Nec per modicum tempus lice: in peccato morari, sed quilibet tenetur, peccatum statim deserere secundum illud Ecclesiæ, 27: quasi à facie colubri fuge peccatum: amore enim appetit, et contritionem ad justificationem desiderari, probatum est. Quocirca ut peccatoribus jussi, et ad salutem ipsorum necessarij actus isti censendi sunt: et ideo, illis deficientibus, penitentes extra Sacramentum justificari accidit haud umquam: intra Sacramentum tamen evenire id aliquando posse, si sanè, qui attritionem sufficientem dispositionem præviã existimant, quorum mox sententiam amplectus ero, nequaquam inficias ibunt: etenim si homo verè attritus peccata sua sacerdoti patefaciat, et sub manu sensuum omnium usu privetur, tum sacerdotali adhibita absolutione, Sacramentum recipere, ac propterea gratiam quoque, et virtutes accipiet, quia nullum his suscipiendis obicem habet: amoris enim, et contritionis actus, qui necessarij concomitanter erant, et desunt, efficere propter animi deliquium non valet. Et in hoc Sacramenta nostra, quæ Dominica passionis virtute eisdem alixia minopere dicuntur, differunt ab antiquis, quæ adultis hominibus, si verè contriti, Deique amatores charitate, penitentiaque efficaciter, gratiam exhibebant numquam.

9. Huic alteram ex his, quæ Tridentinum tradidit, doctrinam subexam germanissimam: equidem integram peccatorum confessionem penitentibus ad justificationem necessariam esse, docet dicens: (16) „ Universa Ecclesia semper intellexit, institutam etiam esse à Domino integram peccatorum confessionem, et omnibus post Baptismum lapsis, jure divino necessariam existere: Et nihilominus memorato deliquio superveniente, sine hac integritate justificationis opus sæpissime in agris fieri, comperum cuique est. Veruntamen impedimento illo cessante, sicut confessionem integrare, ita etiam amorem, et contritionem adhibere, tenentur penitentes. Quinimo charitas ipsa, et penitentia, obice

(14) loco citato Sent. à 4. quæstiunc. 2. Solut. (15) 2. 2. q. 62. 28. c. (16) Sols. 14. cap. 3.

eo submoto, in actus hosce natura sua abripiuntur, eosque aditum eliciunt, sicut ignis, præpedimento, quo in imis detinetur, ablato, è vestigio ascendit.

10. Quæ superius allata sunt. B. Thomæ documenta, tritam illam veterum, recentumque Theologorum paræmiã, ex attrito videlicet contritum virtute Sacramenti hominem fieri, veram esse produunt: siquidem attritus homo Penitentia Sacramentum suscipiens justificatur, et in justificatione ipsa gratiam utique, et eas, quibus conteri confessum valet, virtutes, charitatem nimirum, et penitentiam, certum est ipsum nascisci: et ideo continuo, si obex abest, et eo ablato, si adest, contritionem elicit, seu contritus fit homo ille.

11. Verùm scias optaverim, contritionem, et amorem, qui charitatis, ac penitentia lætus jure dicuntur, ab attrito homine aliquando etiam alijs Dei auxilijs effici posse, haud esse improbabile: neque hinc deducere cuiquam fas est, nos absolute conteri, Deumque amare sine his quire virtutibus: cum enim earum robur, atque præstantia divinis inesse valcant auxilijs, virtutes profecto, haud permanentes, sed transeunt exhibita, auxilijs quibus id à nobis fiat, dicenda sunt. Doctrina isthac affini atque, quam tradidit Aquinas, roboratur, nam de divina omnipotentia loquens ait (17) „ Potest mentem ad hoc perducere, ut divina essentia uniat in statu viæ modo illo, quo unitur sibi in patria, sine hoc, quod à lumine gloriæ perlundatur: Mens autem hujusmodi Deum utique videt, sicut videtur in patria. Locum hunc sic Thomistæ exponunt suimet doctrina Magistri, (18) ut mens humana, quæ Deum in hac vita conspexit, gloriæ lumine, haud quidem per modum habitus, qui res permanens est, sed adinstar auxilijs, quod cito transit, certocertius honestetur. Num verò præter Christum aliquis sub sole adhuc degens Deum videt, questio adia phora nunc mihi est, à qua idcirco abstineo prorsus. Arramen si id aliquipiam datum, is profecto transeunte lumine peritus est: quod quidem veri, germanique luminis gloriæ perfectionem integram, permanentiam duntaxat excepta, habuisse reor: alioqui Dei visionem efficere nequiret. Hujusmodi autem lumen auxilium appellatur potius quam virtus, quoniam virtutes habitus quidam sunt permanentes: auxilium verò niladmodum durans, videlicet, dum opus, cui serviunt, consistit. Nihil ergo scitius contritio, et dilectio Dei, licet charitatis, ac penitentia actus sint, casu raro ali quo à transeunte item auxilio eas promanare posse, non inficiabor: ac auxilijs isthoc charitatis, penitentiaque perfectionem, si permanentiam similiter excipias, habere necessum est, ut illa efficiat opera, et ideo cum sanctificante gratia, et absque mortali scelere illo, sicut virtutes ipsæ sunt, proculdubio erit: atque idcirco dilectionem, et contritionem, quas enicitur, non prævias, sed consequentes gratiam ipsam preparationes dixerim.

12. Scias itidem amorem concomitantem, quem hactenus prosecutus sum, et impiorum justificationi interesse consitui, tradidit etiam à B. Augustino ajens: (19) „ Non enim reconciliamur illi, (Deo) nisi per dilectionem, qua etiam filii appellamur. Dilectio itaque ad reconciliationem necessaria est: sed dilectio, quæ reconciliationem ipsam, seu justificationem operatur, dilectio, qua filii Dei vocamur: hujusmodi autem non prævia ad reconciliationem, et cum peccato, sed eam concomitans, et cum gratia est: homo namque quamdiu gratia caret, et peccato subest, neque Deo reconciliatus, neque ejus est filius, sed potius inimicus.

(17) De veritate q. 10. à 11. c. (18) 2. 2. q. 176. à 1. ad 2. (19) lib. de fide, et simbolo c. 9. n. 12.

CAPUT. IV.

Quid ultra spei, et charitatis amorem jam expositum Anti-Attritionarij pro attriti hominis justificatione velint, exploratur.

1. Hactenus asserta propædia instar præmittere, æquum erat, ut ad graviora, difficilioraque orationem vertendi, aditum aperirent. Illis verò qualiterqualiter discussis, modò superest, cum præpotenti hoste pro attritionis sufficientia digladiari:

quandoquidem Anti-Attritionarij sufficientiam hujusmodi consorcio supercilio aversantes, attritum hominem prævii, seu antequam justificationis gratia honestetur, ex charitate amare Deum, obstridum esse, dicunt: et ideo attritionem, quæ omni Dei amore benevolæ vacua sit, inidoneam dicunt, ut penitentes prævii ad Sacramentum ritè suscipiendum comparet: qui idcirco præter concupiscentiam, speique antecedentem, et concomitantem charitatis, benevolentique dilectionem, de quibus supra actum fuit, alterum adhibere amorem Dei, ut justii fiant ligati erunt. Ceterum postremum hunc amorem, quem initialem vocant, quia remissus sit, imperfectus, et incipiens, Attritionarijs vitium est, inopportune, et absque necessitate pro penitentium ad gratiam dispositione prævia esse commentum, illamque propterea constantissimè rejiciunt; et inde inter eos lites, inde bella.

1. Controversia ista hæc, Theologicarum omnium, siqua alia celeberrima, ac difficillima, sapientes ita divisit, ut ejusdem gentis, ejusdem scholæ, ejusdem instituti viros, sicut in bello civili geri solet, alterutrinque certantes videas. Longum eorum, qui sive huc, sive illi parti adhaerescunt, syllabum texere, non vacat: utraque sanè egregij nominis Theologos pro se laudat, et utriusque assertores superiori sæculo, ac præsertim in Belgio, ea acrimonia, et perveracità dimicant, ut nedum dissidia, verùm et scandala inter fideles inde exorta sint non pauca. Quapropter Alexander Septimus Pontifex summus eorum paci, et quieti consulens, subsequens edidit decretum.

3. „ Die 5. Maji 1667. SS. Dominus noster Alexander Papa VII. cum accepisset non sine gravi animi moerore, Scholasticos quosdam acrius, nec absque fidelium scandalo inter se contendere, an illa attritio, quæ concipitur ex metu gehennæ, excludens voluntatem peccandi cum spe veniæ, ad impetrandam gratiam in Sacramento Penitentia requirit insuper aliquem actum dilectionis Dei, assentibus quibusdam, negativibus alijs, et invicem adversam sententiam censurantibus; Sanctitas sua enixè cupiens, pacis vinculum inter fideles servari, omnemque scissuræ fomitem extinguere, auditis votis Eminentissimorum, et Reverendissimorum D. D. Cardinalium Inquisitionum, necnon D. D. Consultorum, et Qualificatorum Sacra Congregationis ejusdem generalis Inquisitionis, hoc præsentis decreto in virtute sanctæ obedientiæ, et sub pena excommunicationis lætæ sententiæ huic Sanctæ Sedi reservatæ, alijsque penis ejusdem Sanctæ Sedis arbitrio taxandis, præcipit cunctis, et singulis fidelibus, quocumque gradu, ac dignitate, episcopali, et majori, imò et cardinalicia fulgentibus, ut si deinceps de materia attritionis præfatæ scribent, vel libros, aut scripturas edent, vel doceant, vel prædicabunt, vel alio quovis modo penitentes, aut scholares ceterosque erudiant, non audeant alicujus theologicæ censuræ, alteriusve injuriæ, aut contumeliæ nota taxare alteram sententiam, sive negantem necessitatem aliqualem dilectionis Dei in præfata attritione ex metu gehennæ concepta, quæ hodie inter Scholasticos communior videtur, sive assententem dictæ dilectionis necessitatem, donec ab hac Sancta Sede fuerit aliquid hæc in re definitum.“

4. Præceptum istud examissimè servandum est ab omnibus, quoniam adigendi vim nihil dum amisit, neque amittere, quoad lites ejusmodi pontificio oraculo finem habeat: etenim quanquam P. Concina jam à Sancta Sede de re hæc sentiat, lites definitum vel Summi ipsi Ecclesiæ Pastores, quæ jure credendum magis, oppositum doceant, ut dicam capite XXVIII. Integrum proinde cuius est, sive sufficientiam attritionis, sive amoris necessitatem propugnare: et ideo in hoc opusculo videndum, num attritio servillis sufficiat per modum dispositionis antecedentis, et proxime materiæ, ut dignè, et fructuosè Sacramentum Penitentia à fidelibus suscipiatur? An verò charitatis affectum illum, quem initialem, inchoatam, remissum, et imperfectum amorem dicunt, habere insuper secum debeat, quo Deus propter seipsum, amabiliter, benevolè, et super omnia, non quidem intensive, sed appetitive diligatur? Affectus autem istius, inquitur ejus Patroij, licet amor charitatis verè sit, peccatores justificandi ob ejus imperfectiorem vim non habet: istiusmodi enim virtus intenso dumtaxat, seu perfectò amori, ut tenetur illi, adest. Unde scelera quæque, licet gravissima, ac summam Deo injuriam irrogantia, cum ipsius Dei dilectione super omnia esse una quæ in peccatoris corde, non inficiabuntur.

4. Sed scire est, attritionem, ut supra monui, aliquando naturalem esse, ut contingit tum in Judæis, et Hæreticis, in quibus sicut fides, ita et dolor de peccatis supra naturam non est; tum in his catholicis, qui de peccatis dolent, non propter infernam vicendam, obviandumque gratiæ donum, sed propter infamiam, carcerem, exilium, aut similem penam temporalem, quam eorum causa patiuntur: aliquando non expellere affectionem ad peccata, ipsorumque desiderium, ut in magnis, et consuetudinariis peccatoribus accidere solet, dum sempiternas ob sua crimina penas dare pertimescunt, et à pravis nolunt, corruptisque motibus recedere; sive dum eorum timor est serviliter servilis. Nunc autem de his minime, sed de laudabili, et supernaturali attritione affor, quæ in homine attritio præter spem veniæ, et concupiscentiæ dilectionem, quas secum habet, supernaturalibus item fidei, et timoris actibus, necnon confitendi, satisfaciendi, ac de cetero non peccandi voto, atque alijs, quæ capite primo enodantur, dotibus tripata sit: ipsamque præterea non solum penas fugere, verùm et ad Deum confugere, ejus gratiam, amicitiam, gloriam concupiscere, et querere, ob idque ad Penitentiam accedere Sacramentum, ultra faciat.

6. Attritioni huic initialis ipse amor, uti ab aliquibus non imi subsellii Initialistis explanatur, intimè, ac indivulse videtur inesse: siquidem Natalis Alexander ait: (1) „ De desiderium amoris initium amoris est. „ Igitur et qui Deum vera, et sincera voluntate, te vult amare, ipsum amare incipit. „ Pater Concina hæc itidem monet: (2) „ Penitentis aut amet, aut amorem petat, et petendo, amare incipiat, ut Concilium definit. „ vit. Diligere incipit, qui desiderat, qui nititur, ut dilectionem habeat. „ Clerus quoque Gallicanus inquit: (3) „ Neque verò satis adimpleri potest utriusque Sacramento (Baptismo, et Penitentia) necessarium vitæ novæ inchoanda, ac servandi mandata divina, propositum, si penitens primi, ac maximi mandati, quo Deus toto corde diligitur, nullam curam gerat, nec sit saltem animo ita preparato, ut ad illum exequendum, divina opitulante gratia, se excitet, ac provocet. „ Hæc Anti-Attritionarij nobilissimi. Quocirca si amorem desiderare, ac petere, si ad illum possidendam niti, si se ad dilectionem excitare, et provocare, jamjam initialiter amare est, attritus homo, seu penitens attritione superius exposita percussus, initialem amorem, ejus gratia diutius, ac perveracius, quam præ Træcorum Helena pugnatum est, in se habeat; hæc enim omnia perquam accurate præter ille, siquidem amorem charitatis, sicut et charitatem ipsam, necnon sanctificantem gratiam, et dona cetera, quæ cum ea, et ab ea sunt, ardentè optat, queritque sedulo; horum quippe desiderio illeceus ad Penitentia Sacramentum accedit. Porro si dum homo attritus Sacramentum hoc recipit, jam Deum initialiter amat, lites nulla esse debet cum Initialistis, hi enim attritionem sufficientis dispositionis titulo, ac munere exaugurare pertentant, quod ad id officij ritè obeundum, præter attritionem ipsam, Dei quoque amorem super omnia, qui in illa subinde non erit, desiderari, arbitrentur: facessat ergo bellum, nullum deinceps eos inter, et Attritionistas dissidium sit.

7. Ast neque firmam, neque veram, sed fucosam potius, ac valde lubricam id generis pacem, proptereaque litem ab integro repetere necessum existimo; quandoquidem desiderium amoris amorem, sicut et gratiam gratia expectationem esse, inforti quisque poterit: nam desiderium absentis quidem, et nondum possessi boni est; hoc enim dum adest, non desiderium cit, sed gaudium, et ideo qui amare optat, amoris expertus est. Erga bona, quæ in nostra sunt potestate, parum à possessione abesse desiderium, lateor; sed circa dona illa, quæ in manu Dei magis, quam in nostra extant, uti est dilectio charitatis, et res quævis supernaturalis, longè distare censeo; quamquam enim ea desiderare, idem esse, ac habere, aliqui ex Sanctis Patribus dixerint, hoc unice ut summam erga homines bonitatem, ac munificentiam Dei laudarent, parati semper, nos cæli opibus, si eas dignè, et opportune petamus, sine mora locupletare, ab illis reor assertum: absolutè ve-

D f

(1) De Sacram. Penit. c. 4. à 7. reg. 1. (2) l. 1. de Sacram. Penit. diss. 1. c. 8. §. 6. n. 3.
 (3) vide infra c. 24. n. 1.

quandoquidem Anti-Attritionarij sufficientiam hujusmodi consorcio supercilio aversantes, attritum hominem prævii, seu antequam justificationis gratia honestetur, ex charitate amare Deum, obstridum esse, dicunt: et ideo attritionem, quæ omni Dei amore benevolæ vacua sit, inidoneam dicunt, ut penitentes prævii ad Sacramentum ritè suscipiendum comparet: qui idcirco præter concupiscentiam, speique antecedentem, et concomitantem charitatis, benevolentique dilectionem, de quibus supra actum fuit, alterum adhibere amorem Dei, ut justii fiant ligati erunt. Ceterum postremum hunc amorem, quem initialem vocant, quia remissus sit, imperfectus, et incipiens, Attritionarijs vitium est, inopportune, et absque necessitate pro penitentium ad gratiam dispositione prævia esse commentum, illamque propterea constantissimè rejiciunt; et inde inter eos lites, inde bella.

1. Controversia ista hæc, Theologicarum omnium, siqua alia celeberrima, ac difficillima, sapientes ita divisit, ut ejusdem gentis, ejusdem scholæ, ejusdem instituti viros, sicut in bello civili feri solet, alterutrinque certantes videas. Longum eorum, qui sive huc, sive illi parti adhaerescunt, syllabum texere, non vacat: utraque sanè egregij nominis Theologos pro se laudat, et utriusque assertores superiori sæculo, ac præsertim in Belgio, ea acrimonia, et perveracità dimicant, ut nedum dissidia, verùm et scandala inter fideles inde exorta sint non pauca. Quapropter Alexander Septimus Pontifex summus eorum paci, et quieti consulens, subsequens edidit decretum.

3. „ Die 5. Maji 1667. SS. Dominus noster Alexander Papa VII. cum accepisset non sine gravi animi mœrore, Scholasticos quosdam acrius, nec absque fidelium scandalo inter se contendere, an illa attritio, quæ concipitur ex metu gehennæ, excludens voluntatem peccandi cum spe veniæ, ad impetrandam gratiam in Sacramento Penitentia requirit insuper aliquem actum dilectionis Dei, assentibus quibusdam, negativibus alijs, et invicem adversam sententiam censurantibus; Sanctitas sua enixè cupiens, pacis vinculum inter fideles servari, omnemque scissuræ fomitem extinguere, auditis votis Eminentissimorum, et Reverendissimorum D. D. Cardinalium Inquisitionum, necnon D. D. Consultorum, et Qualificatorum Sacra Congregationis ejusdem generalis Inquisitionis, hoc præsentis decreto in virtute sanctæ obedientiæ, et sub pena excommunicationis lætæ sententiæ huic Sanctæ Sedi reservatæ, alijsque penis ejusdem Sanctæ Sedis arbitrio taxandis, præcipit cunctis, et singulis fidelibus, quocumque gradu, ac dignitate, episcopali, et majori, imò et cardinalicia fulgentibus, ut si deinceps de materia attritionis præfatæ scribent, vel libros, aut scripturas edent, vel doceant, vel prædicabunt, vel alio quovis modo penitentes, aut scholares ceterosque erudiant, non audeant alicujus theologicæ censuræ, alteriusve injuriæ, aut contumeliæ nota taxare alteram sententiam, sive negantem necessitatem aliqualem dilectionis Dei in præfata attritione ex metu gehennæ concepta, quæ hodie inter Scholasticos communior videtur, sive assententem dictæ dilectionis necessitatem, donec ab hac Sancta Sede fuerit aliquid hæc in re definitum.“

4. Præceptum istud examissimè servandum est ab omnibus, quoniam adigendi vim nihil dum amisit, neque amittere, quoad lis ejusmodi pontificio oraculo finem habeat: etenim quanquam P. Concina jam à Sancta Sede de re hæc sentiat, hujus definitum vel Summi ipsi Ecclesiæ Pastores, quæ jure credendum magis, oppositum docent, ut dicam capite XXVIII. Integrum proinde cuius est, sive sufficientiam attritionis, sive amoris necessitatem propugnare: et ideo in hoc opusculo videndum, num attritio servillis sufficiat per modum dispositionis antecedentis, et proxime materiæ, ut dignè, et fructuosè Sacramentum Penitentia à fidelibus suscipiatur? An verò charitatis affectum illum, quem initialem, inchoatam, remissum, et imperfectum amorem dicunt, habere insuper secum debeat, quo Deus propter seipsum, amabiliter, benevolè, et super omnia, non quidem intensive, sed appetitive diligatur? Affectus autem isthæ, inquitur ejus Patroñi, licet amor charitatis verè sit, peccatores justificandi ob ejus imperfectiorem vim non habet: istiusmodi enim virtus intenso dumtaxat, seu perfectò amori, ut tenetur illi, adest. Unde scelera quæque, licet gravissima, ac summam Deo injuriam irrogantia, cum ipsius Dei dilectione super omnia esse una quæ in peccatoris corde, non inficiabuntur.

4. Sed scire est, attritionem, ut supra monui, aliquando naturalem esse, ut contingit tum in Judæis, et Hæreticis, in quibus sicut fides, ita et dolor de peccatis supra naturam non est; tum in his catholicis, qui de peccatis dolent, non propter infernam vicendam, obviandumque gratiæ donum, sed propter infamiam, carcerem, exilium, aut similem penam temporalem, quam eorum causa patiuntur: aliquando non expellere affectionem ad peccata, ipsorumque desiderium, ut in magnis, et consuetudinariis peccatoribus accidere solet, dum sempiternas ob sua crimina penas dare pertimescunt, et à pravis nolunt, corruptisque motibus recedere; sive dum eorum timor est serviliter servilis. Nunc autem de his minime, sed de laudabili, et supernaturali attritione affor, quæ in homine attritio præter spem veniæ, et concupiscentiæ dilectionem, quas secum habet, supernaturalibus item fidei, et timoris actibus, necnon confitendi, satisfaciendi, ac de cetero non peccandi voto, atque alijs, quæ capite primo enodantur, dotibus tripata sit: ipsamque præterea non solum penas fugere, verùm et ad Deum confugere, ejus gratiam, amicitiam, gloriam concupiscere, et querere, ob idque ad Penitentiam accedere Sacramentum, ultra faciat.

6. Attritioni huic initialis ipse amor, uti ab aliquibus non imi subsellii Initialistis explanatur, intimè, ac indivulse videtur inesse: siquidem Natalis Alexander ait: (1) „ De desiderium amoris initium amoris est. „ Igitur et qui Deum vera, et sincera voluntate, te vult amare, ipsum amare incipit. „ Pater Concina hæc itidem monet: (2) „ Penitentia aut amet, aut amorem petat, et petendo, amare incipiat, ut Concilium definit. „ vit. Diligere incipit, qui desiderat, qui nititur, ut dilectionem habeat. „ Clerus quoque Gallicanus inquit: (3) „ Neque verò satis adimpleri potest utriusque Sacramento (Baptismo, et Penitentia) necessarium vitæ novæ inchoanda, ac servandi mandata divina, propositum, si penitens primi, ac maximi mandati, quo Deus toto corde diligitur, nullam curam gerat, nec sit saltem animo ita preparato, ut ad illum exequendum, divina opitulante gratia, se excitet, ac provocet. „ Hæc Anti-Attritionarij nobilissimi. Quocirca si amorem desiderare, ac petere, si ad illum possidendam niti, si se ad dilectionem excitare, et provocare, jamjam initialiter amare est, attritus homo, seu penitens attritione superius exposita percussus, initialem amorem, ejus gratia diutius, ac perveracius, quam præ Træcorum Helena pugnatum est, in se habeat; hæc enim omnia perquam accurate præter ille, siquidem amorem charitatis, sicut et charitatem ipsam, necnon sanctificantem gratiam, et dona cetera, quæ cum ea, et ab ea sunt, ardentè optat, queritque sedulo; horum quippe desiderio illeceus ad Penitentia Sacramentum accedit. Porro si dum homo attritus Sacramentum hoc recipit, jam Deum initialiter amat, lis nulla esse debet cum Initialistis, hi enim attritionem sufficientis dispositionis titulo, ac munere exaugurare pertentant, quod ad id officij ritè obeundum, præter attritionem ipsam, Dei quoque amorem super omnia, qui in illa subinde non erit, desiderari, arbitrentur: facessat ergo bellum, nullum deinceps eos inter, et Attritionistas dissidium sit.

7. Ast neque firmam, neque veram, sed fucosam potius, ac valde lubricam id generis pacem, proptereaque litem ab integro repetere necessum existimo; quandoquidem desiderium amoris amorem, sicut et gratiam gratia expectationem esse, inforti quisque poterit: nam desiderium absentis quidem, et nondum possessi boni est; hoc enim dum adest, non desiderium cit, sed gaudium, et ideo qui amare optat, amoris expertus est. Erga bona, quæ in nostra sunt potestate, parum à possessione abesse desiderium, lateor; sed circa dona illa, quæ in manu Dei magis, quam in nostra extant, uti est dilectio charitatis, et res quævis supernaturalis, longè distare censeo; quamquam enim ea desiderare, idem esse, ac habere, aliqui ex Sanctis Patribus dixerint, hoc unice ut summam erga homines bonitatem, ac munificentiam Dei laudarent, parati semper, nos cæli opibus, si eas dignè, et opportune petamus, sine mora locupletare, ab illis reor assertum: absolutè ve-

D f

(1) De Sacram. Penit. c. 4. à 7. reg. 1. (2) l. 1. de Sacram. Penit. diss. 1. c. 8. §. 6. n. 3.
 (3) vide infra c. 24. n. 1.

de colligerem, fidem ex consortio Sacramenti peculiarem disponendi hominem ad gratiam indispici rationem, quam ex se, et extra illud non habet; esseque propterea dum Sacramento unitur, sufficientem, et proximam dispositionem, nam remota, atque insufficientis se ipsa, ac sine Sacramento est. Et id certius inferretur, si fides Sacramenti ipsius pars foret, proximaque materia, si secum attritionis comites supra recensitis haberet, ac denique si reliqua de ea dici possent omnia, quae de eadem attritione hactenus stabilita sunt: tunc enim animus ab omni preoccupazione liber, et expeditus concludere, atque erudito vire, necnon Iuena (11) cuius est argutatio ista, respondere optime posset, fidem satis esse, ut impius gratiam in Sacramento reciperet. Verum cum res aliter se habeat, non sanè fides, sed attritio Sacramenti virtute fit dispositio proxima, sicut et illius fit proxima materia.

16. Nec Adversantium sensui doctrina hucusque tradita absimilis multum videtur, ipsi enim amorem initialem, pro quo firmissimè, eui pro aris, et locis pugnant, remotè dumtaxat extra Sacramentum, proximè vero, et ultimò intra illud homines ad gratiam docent parare: quanto igitur de attritione, quae Sacramenti pars est, quibus id satius asseverari? Equidem dolor, et amor, quamquam in Sacramento unà sint, haud aequè, sed ille magis ejusdem Sacramenti, et ad effectum ipsius, nempe gratia donum peragendum, proprius videtur; amor namque, si adsit, ad effectum Sacramenti dispositio tantum est; dolor vero non solum disponit, sed etiam Sacramentum conficit, gratiam efficit. Unde Sacramentum si amori, qui ad ipsum constituendum non pertinet, ut disponat proximè, potestatem tribuere valet, dolori satius, quod ejus pars, et materia sit intima, vim eandem præstabit. Amor certè, quamvis perfectissimus, dispositionis tantummodo, partis autem, aut materia haud unquam munia, sicut attritio, obire potest; quia penitentiae materiam dolorem quidem, non amorem Christus esse voluit: et idcirco Concilium adum ex his præcipium, qui hoc Sacramentum integrant, et conficiunt, non amorem sanè, sed animi dolorem, ac detestationem de peccato dixit: quapropter aptior videtur, dolor quam amor, ut Sacramenti influentiam, ab eoque vim accipiat, qua proxima fiat dispositio, sicut materia efficitur proxima. Parum aut nil fortasse amor accipit à Sacramento, siquidem nunquam fit pars illius; et praviam, ac sufficientem esse preparationem, insipienter Auctores complures: sed ambigendum minime, quin attritio Sacramenti virtute ipsius reddatur materia, et speciale disponendi, quam extra illud non habet, sortiatum rationem, ut cum Concilio supra statutum est: ob idque idonea magis, ut Sacramenti influxum, et ab eo idcirco vim aptandi proximè suscipiat, quam amor censenda est.

17. Denique de Penitentia agens Concilium, quae hominibus ad culpam abstergendam, necessaria est, inquit: (12) „Fuit quidem Penitentia universis hominibus, qui se mortali aliquo peccato inquinassent, quovis tempore ad gratiam, et justitiam assequendam necessaria; illis etiam, qui Baptismi Sacramento abluì petivissent, ut per versitate abjecta, et emendata, tantam Dei offensionem cum peccati odio, et pio animi dolore detestarentur. Unde Propheta ait (Ezech. 18.) Convertimini, et agite penitentiam ab omnibus iniquitatibus vestris, et non erit vobis in ruinam iniquitas. Dominus etiam dixit: (Luc. 17.) Nisi penitentiam egeritis, omnes similiter peribitis. Et Princeps Apostolorum Petrus peccatoribus Baptismo iniciandis penitentiam commendans dicebat: (Act. 2.) Penitentiam agite, et baptizetur unusquisque vestrum. Hic de dispositionibus praevis, quae Sacramenta ipsa præcedere debent, sermo est aperte, sicut etiam de penitentia, quae omnino sufficiat, nam peccatoribus suam salutem desiderantibus, et parentibus insufficienti à Sacra Synodo præscribi remedium, non nisi ipsius Synodi injuria dici valet. Loquitur item Concilium de penitentia, haud quidem initiali, sed servili, quia amoris non meminit, et Scripturae loca, quae laudat, de penitentia penae metu concepta asantur expressè. Id in Christi Domini, et Prophetae verbis planum est, nam penam ipsam ante oculos ponunt. Apostolorum Princeps de eadem ipsa penitentia similiter est elocutus; ut enim eos, qui salutari lavacro regnandi erant,

(11) Tom. 3. de Sacram. pag. 174. edit. Valentinae.

(12) Sess. 14. Cap. 1.

ad respicientiam provocaret, de extremo judicio prius concionem habuit dicens. „Sol convertetur in tenebras, et Luna in sanguinem, antequam veniat dies Domini magnus et manifestus.“ Postea penitentiam movit, eam videlicet, quae ex illius diei memoria, ac formidine nasceretur: unde additur. „Fiebat autem omni animi timor.“ Liberum ergo hinc est colique deducere, penitentiam, quam ut nos praviè ad gratiam assequendam aptemur, necessariam, ac sufficientem censuit Concilium, non ex amore, sed ex timore suboriri, proindeque haud initialem quidem, sed servilem esse attritionem. Certè mirum admodum foret, quod penitentiam amore orta necessariam praviè duxerit, et Scripturae testimonia proferat, quae non hujus, sed ejus, quam metus seraverit, necessitatem produunt.

18. Adversatores tamen ipsi inquirunt, amoris alibi meminisse Concilium, nimirum Sessione 6. in qua haec de penitentibus dixit. „Illumque tamquam omnis justitiae fontem diligere incipiant.“ Ita sanè: sed de concupiscentiae amore, vel de dilectione concomitante ipsum ibi affari, supra dictum est. Ast locis hic productis de attritione agit, ut praviè est ad Sacramentum Penitentiae dispositio; et cum in eis non de charitatis amore, sed de timore penae mentionem habeat, cum hoc, et sine illo attritionem satis aptare inuicem hysumque propterea in attritionis servilis sufficientiam potius, quam in amoris necessitatem proclinari videtur. Dilectionem Dei impiorum justificationi non interesset, Concilium aperte docet; quocirca de eorum justificationem generationis Sessione 6. dissetens, amoris signanter meminit: atvero ut indicet, haud antecedenter, sed concomitanter operi huic intervenire dilectionem, eam dum de pravijs ad Sacramentum dispositionibus pertractat, silentio præterit. Nec illius cum de Ninivitis eloquitur, recordatur, quamvis enim eorum conversio, quod Christi Sacramentis pravièrit, charitate, amoreque necessariè fuerit peracta, hic tamen, quia de preparatione, qua in eis gratiam antecessit, sermonem habeat, non dilectionem memorat, sed penitentiam unice, quam ex timore fecerunt. Nullum post hanc penitentiam, quae attritio ipsa est, neque charitatis, neque alterius virtutis assignat adum, quo praviè ad misericordiam obtinendam aptarentur, sed ait. „Ad Iona prædicationem plenam terroribus penitentiam egerunt, et misericordiam à Domino impetrarunt.“ Cur itaque peccator alius quilibet si ex terrore eidem penitentiam egerit, misericordiam non impetrabit? Num quia Deum adhuc non diligit? Sed neque Ninivitis ante misericordiam impetrationem dilexerunt, vel saltem Concilium hujusmodi amoris non commemorat: illi utique dilexere: at non antecedenter, sed concomitanter, et ideo Concilium quid ad Iona prædicationem ante justificationem egerint, narrans, eos non quidem amasse, sed terrore penituisse, ait, istiusmodi penitentiam inuenit, fuisse ultimam illorum dispositionem antecedentem. Si autem penitentia metu orta in Ninivitis ultima fuit dispositio praviè: cur in alijs peccatoribus non erit? Verum de mente Concilii circa attritionis sufficientiam plura infra dicenda supersunt, nempe capite xxv.

19. Interim commonescere hic est Lectionem, supernaturalia hominum opera, quae ante justificationem fiunt, cum gratia non connecti infallibiliter, neque eos idcirco ad illam suscipiendam proximè, ultimam, et omnino sufficientem vi sua aptare posse, ut capite xx. patefaciam. Hoc optime noscens benignissimus Redemptor noster, Penitentiae instituit Sacramentum Passionis suae virtute dives oppido, ac potens, quod astantim, quicquid ut gratiam immediate contingant, nostris deest operibus, videlicet proximitatem, sufficientiamque suppleret. Quapropter nulla lege, dum ad Penitentiam accedimus, dispositiones antecedentes, quae sua vi ultimæ, et sufficientes, seu cum gratia infallibiliter nexa sint, adhibere tenemur; sed satis est, remotas, et insufficientes afferre: ista namque licet non sufficiant ad justitiam obtinendam extra Sacramentum, huic tamen unitæ sufficiunt. Unde attritio, quae natura sua ad impetrandam culpam veniam solum remota est, Sacramenti virtute proxima, et ultima efficitur preparatio, ita nimirum ut post illam ulterior dispositio praviè necessaria non sit: quemadmodum enim à Deo sublimatur, et vim accipit, ut Sacramenti pars, et materia fiat, sic etiam virtutem ab eo recipit, ut proximè, et ultimò disponat. Et idcirco quoties illam peccatores ad gratiam in Sacramento suscipiendam sufficienter aptare dico, haud vi sua, sed divini

panibus, ego autem hic fame pereol Saragam, et ibo ad patrem meum. „Pissimus vero pater male de se meritum, et non amore erga ipsum, sed incita, ac scaturigine actum ad se redeuntem benignè filium excepit juxta illud: „Vidit illum pater ipseus, et „misericordia motus est, et accurrens cecidit super collum ejus, et osculatus est eum. „In genitore illo (12) „Pater misericordiarum, et Deus totius consolationis, qui „consolatur nos in omni tribulatione nostra: „in filio autem peccatoris elinchi, qui patrem istum deserentes, bona eximia de manu illius in Baptismo, aut justificatione suscepta fluxis, et inanibus, imò nocentibus valde rebus indulgendo, inoffensimè prodigunt, et amittunt, non obscure exprimentur: et ideo quis dubitare poterit, peccatorem, quamquam non amore, sed suppliciorum fugiendorum causa ad Patrem cælestem confugiat, misericordiam apud eum inventum ire abundantissimam?

7. Ceterum in his omnibus delinquentium hominum conversionibus, quas metu ætas asserui, licet temporalis dumtaxat supplicij expressa intentio habeatur, ob id tamen naturalem metum illius ne dixeris, nam cum à Deo ipso ad eorundem hominum respicientem, et justificationem fuerit incensus, supernaturalis esse debuit, res quippe naturalis perducendi, aptandive ad justitiam neminem, vi potitur. Quinetiam peccatores illi nedum temporariam, sed et æternam penam permississe, dicendi sunt, quoniam gehennæ metus ad justificationem necessarius est. Præterquamquod utramque penam illam Deus sordibus adhibet, et ut utriusque auctor vult timeri: quocirca dum ipse temporalis supplicij metum peccatori, ut justificetur, iniecerit, æternam quoque metus ille refugere censendus est; aliter namque justificationi non sufficeret, que ut mox dicebami, dolorem ex gehennæ formidine oram præviè exigite in penitentibus: tuncque proinde et metus à Deo incensus, et dolor de peccatis à metu illo profusus, supernaturalium rerum ordini adjudicandi sunt, quin opus sit, duplicem timorem stabilire, alterum videlicet naturalem, qui temporale, alterum supernaturalem, qui æternam fugit cruciammentum. Avenit si tibi duplex timor iste complaceat, illum pro vicibus tactor, ipse utique nullatenus obsistam, sed neque eum agnosco necessarium, quandoquidem fides, que peccatori ad ipsius justificationem à Deo item infunditur, supernaturalis est, et nedum æternas, sed et temporales, seu naturales veritates plures credit, que in Scriptura sunt. Caritas similiter supernaturalis, non solum Deum, sed creaturas etiam diligit. Haud igitur secus temporalis penæ timor, quamvis naturalis, ut plurimum sit, cum à Deo ipso reis hominibus, ut respiciant ac justi fiant, incutitur, et supernaturalis esse, et non tantum temporalem, sed sempiternam quoque penam refugere valebit.

8. Sciendum tamen, Deum plerumque velle, quod peccatoris conversio à temporale penæ alicujus formidine incipiat, fortasse quia temporale damnum prius, ac magis corda nostra movere multoties solet, et à culpa retrahere, quam æternam: sed ab hac formidine facile ad metuendum infernum peccator ipse transit, quando ejus timor, sive unicus sit, sive duplex, eidem, ut justificetur, à Deo provenit. Liqueat hoc in Ninivitis, quibus Jonas temporalem dumtaxat penam, nimirum urbis subversionem minatus est; illi enim nedum hanc, sed æternam quoque formidarunt; siquidem inferni metus percipi penitentiam ad veniam obtinendam sufficientem, hoc est, supernaturalem exigentem. Unde ait Tridentinum. (13) „Hoc timore (gehennæ) utiliter concussi Ninivite „ad Jonæ prædicationem plenam terroribus penitentiam egerant, et misericordiam à „Domino impetrarunt. „Distingendum etiam est occasioem inter, ac motivum penitentium: etenim penam temporalem non solum occasio, sed et motivum est nonnunquam, tumque penitentia est naturalis, et ad justificationem insufficientis; hujusmodi fuit penitentia Antiochii, quem non inferni supernaturalis timor, sed infirmitas, qua miserè torquebatur, compulsi ad penitentiam, et ideo misericordiam non est consecutus. Aliquando autem temporalis penam occasio est tantummodo penitentium, non motivum, ut in eo accidit, qui gravi morbo correptus occasionem inde sumit, ut infernum eximescat, et hoc timore adus supernaturalem penitentiam agat. Talis fuit Penitentia Ninivitarum, nam urbis subversio, quam Jonas minabatur, occasio illis fuit, ut gravi-

(12) 1. Cor. 1. 3.

(13) Sess. 14. Cap. 4.

terem sceletum suorum considerarent, necnon supplicium æternum, quod propter illam merebantur; cuius formidine commoti penitentiam egerunt, et misericordiam impetrarunt. Idemmodi esse quoque reor supernaturales impiorum hominum conversiones quænes, que à temporalis penæ metu exordiantur.

9. Sedenim tam Ninivitarum, quam ceterorum delinquentium conversiones, quas supra memoravi, quod Christi Sacramentis non sint effectæ, charitate perficij debuerunt. Laudata autem sacri Eloquii testimonia quid illi ante justificationem egerint, aut agere debuerint, tantum enarrant: et cum non amoris, sed timoris meminerint, hunc, et non illum, ob idque dolorem ex timore, et non ex amore egredientem, ut præviè ipsimet ad reconciliationem aptarentur, necessarios fuisse contectum. Veruntamen cum in ipsa reconciliatione gratiam, et charitatem acceperint, his continuo Deum dilexisse, nihil perspectum est. Quapropter integram, ac numeris omnibus absolutam impiorum justificationem extra Sacramentum novæ legis factam, et attritionem, seu penitentiam metu exortam, et charitatis amorem afferre secum, apertum videtur, ita tamen quod attritio antecedit, comitetur verò justificationis gratiam amor.

10. Itaque cum Scripturæ superius productæ non amorem, sed attritionem, vel penitentiam timore procreatam peccatoribus extra Sacramentum justificandis præscriperint; nil amplius ab his, qui ad Sacramentum suscipiendum disponunt, necesse est flagitare: quandoquidem virum impium facilius in Sacramento, quam extra illud justificari, constat ex Theologorum omnium sensus asserentium, Christum Dominum institutis à se Sacramentis salutiferam, ac prorsus inextimabilem passionis suæ vim inesse voluisse, quibus idcirco satius, quam lymphis corpora, impiorum animi ablunatur, et ab omni sode purgantur. Qua item ratione sine concomitante dilectione peccator in Sacramento expiari aliquando potest, ut jam dictum est; quod quidem extra Sacramentum nunquam fit.

CAPUT. VI.

Sufficientie attritionis Concilium Tridentinum færet.

1. Concilium istud sacrosandum, quamquam de controversia hac, ut apud eruditos prope omnes jam convenit, desinit nihil voluerit, nonnulla tamen, que attritionis sufficientiæ favere censeo, documenta nobis tradidit. Principio Sacramenti Penitentia partes assignat dicens. (1) „Sunt autem quasi materia hujus Sacramenti ipsius „penitentis actus, nempe contritio, confessio, et satisfactio. Qui quatenus in penitentia te ad integritatem Sacramenti, ad plenamque, et perfectam peccatorum remissionem „ex Dei institutione requiruntur, hac ratione Penitentia partes dicuntur. „Cur autem hujusmodi actus, seu partes, non absolute, sed quasi materia Sacramenti nuncupentur, ita edisserit ejusdem Concilij Catechismus: (2) „Neque verò hi actus quasi materia à „Sancta Synodo appellantur, quia vera materia rationem non habent, sed quia ejus generis materia non sint, que extrinsecus adhibeatur, ut aqua in Baptismo, et chrisma in Confirmatione. (3)

2. Igitur contritio, confessio, et satisfactio Penitentia Sacramenti partes sunt, ac materia. De illis actuum Concilium, à contritione ita exorditur: (3) „Contritio, que „primum locum inter dictos penitentis actus habet, animi dolor, ac detestatio est de „peccato commisso, cum proposito non peccandi de cetero. Fuit autem quovis tempore ad impetrandam veniam peccatorum hic contritionis motus necessarius; et in homine post Baptismum lapsò ita demum preparat ad remissionem peccatorum, si cum „fiducia divine misericordiae, et voto præstandi reliqua conjunctus sit, que ad ritè suscipiendum hoc Sacramentum requiruntur. Declarat igitur Sancta Synodus, hanc contritionem, non solum cessationem à peccato, et vitæ novæ propositum, et inchoationem, nem, sed veteris etiam odium continere. „Hæc de contritione generatim, quam postmodum in imperfectam, perfectamque partitur, inquit: „Docet præterea, cessi contri-

(1) Sess. 14. Cap. 3.

(2) 2. p. c. 5. n. 13.

(3) Eadem Sess. cap. 4.

tionem hanc aliquando charitate perfectam esse contingat, hominemque Deo reconciliare, priusquam hoc Sacramentum adiu suscipiat ipsam nihilominus reconciliatorem ipsi contritioni sine Sacramenti voto, quod in illa includitur, non esse adscribendam. Illam vero contritionem imperfectam, quae attritio dicitur, quoniam vel ex turpitudinis peccati consideratione, vel ex gehennae, et poenarum metu communiter concipitur, si voluntatem peccandi excludat cum spe veniae, declarat, non solum non facere hominem hypocritam, et magis peccatorem, verumetiam donum Dei esse, et Spiritus Sancti impulsus, non adhuc quidem inhabitantis, sed tantum moventis, quo poenitens ad iustitiam sibi ad iustitiam parat. Et quamvis sine Sacramento Poenitentiae per se ad justificationem perducere peccatorem nequeat, tamen eum ad Dei gratiam in Sacramento Poenitentiae impetrandam disponit: Hoc enim timore utiliter concessi Ninivitarum ad Jonae praedicationem plenam terroribus, poenitentiam egerunt, et misericordiam à Domino impetrarunt.⁴⁴

3. Hac verba sunt, quibus Synodus suffragari praecipue videtur attritionis sufficientiae. Agit praecipue de contritione indivisibili, eamque deinceps in imperfectam partitur, et perfectam, sive in illam, quae metu concipitur, et in eam, quae ex charitate procedit. Unde ambabus quae de contritione generatim astruit, convenire planum est; sicuti quae de fide dicuntur, tam formatae, quam informi congruunt, quae de homine, et viro, et puero conveniunt; quae de animali, cum perfecto ut leoni, cum imperfecto ut formicae aptari poenitus debent. Cum itaque contritionem partem, et materiam Poenitentiae, praeparationem quoque ad remissionem peccatorum, animi dolorem, ac detestationem de peccato commissio cum proposito non peccandi de cetero dixerit, ipsamque non solum cessationem à peccato, et vitae novae propositum, et inchoationem, sed veteris etiam odium continere, utriusque haec omnia, nempe tam perfectae, quae charitate, quam imperfectae, quae metu inoritur, tribuenda sunt: ac propterea nedum contritio, sed etiam attritio ad remissionem peccatorum in Sacramento obtinendam praeparatio erit, non quidem longinquae, et incongruae, sed congruae, et propinqua, neque enim de ineptis, aut insufficientibus dispositionibus, sed de sufficientibus, et omnino aptis Concilium affatur, siquidem bona ea, ac munia, quae recenset, cum his, et non cum illis reperiuntur. Praeterea assignata res ipsa, videlicet animi dolor, detestatio peccati, propositum non delinquendi, cessatio à culpa, vitae novae propositum, et inchoatio, necnon veteris odium, omnes in suo ordine completi sunt; igitur itaque praeparatio, de qua agit completa pariter, atque idonea in suo genere non erit? Praeterea cum hac omnia secum habeat praeparatio, de qua disserit; quomodo ergo insufficientis, et incompleta dici poterit? Sacramenti partes, quas itidem recenset sufficientes similiter sunt: cur igitur praeparatio, quam memorat, sufficientis quoque non erit? Numquidnam solum cum dispositiones notificat, de incompletis, remotis, et insufficientibus rebus censendum est, ipsum loqui? Et quis persuadere sibi quiverit, Sanctam Synodum, quae post traditam de impiorum justificatione doctrinam, de Sacramento Poenitentiae (4) „ exactiorem, et pleniorum definitionem“ hic exhibere testatur, non sufficientem, et congruam, sed incongruam, et insufficientem dispositionem invidere? Hoc sane haud pleniorum, et exactiorem, sed inexactam potius, et mutilam instructionem tradere, ac fallere subinde foret, quod de tanto Concilio nefas est suspicari. Quapropter satis, et honor illius consultius, meo iudicio, asseritur, ipsum dum attritionem vocat praeparationem, de completa, proxima, et ultima loqui; ac propterea non solum perfectam, sed imperfectam, etiam contritionem, seu attritionem Sacramenti et materiam, et dispositionem esse sufficientem; atque hoc inter eas comperiri discriminis, quod illa sine Sacramento actu suscepto impium justificet, secus autem ista. Et hinc alterum differentiae caput exoritur, scilicet quod prior accedens ad poenitentiam consilio sit, posterior vero praecipue, nemo enim Sacramentum iustus recipere tenetur, et ideo contritionem ante illius susceptionem adhibere, supererogare est; at attritionem autem justificationem allici, prorsus adigitur peccator.

4. Huic haud absimilem ex eodem Concilio erueri doctrinam quisque poterit: quem-

(4) In principio ejusdem Sessionis.

admodum enim contritionem in imperfectam, et perfectam, sic etiam confessionem in publicam dividit, et secretam: (5) cum autem confessionem Sacramenti materiam similiter dixerit, utramque id habere muneris, certum est; ita nimirum, ut confessio quavis, sive secreta, sive publica, Sacramenti materia extet omnino in linea confessionis sufficientis, et solum in hoc ille inter se differant, quod secreta praecipue sit, supererogationis vero publica. Pari itaque ratione cum contritionem, quam poenitentiae partem, seu materiam astruit, in imperfectam, et perfectam discriminaverit, ex his qualibet in contritionis genere satis erit ad Sacramentum, ita tamen quod imperfecta ad praecipuum, et ad supererogationem perfectam spectet.

5. Contritione igitur imperfecta, si perfecta non adsit, poenitens ad Sacramentum accedens esse affectus debet; et cum ex timore, secus autem ex charitate ortum suum imperfecta trahat, sine charitate, aut amore apta dispositio ad Sacramentum suscipiendum, ipsiusque materia erit idonea. Hac forsitan de causa Concilium licet de eadem contritione imperfecta, vel attritione in ordine ad Poenitentiae Sacramentum agat, de charitate, et amore silet prorsus; et inde conjeturari est, attritionem in ordine ad hoc Sacramentum illis nullatenus indigere. Attritionem ipsam ex gehennae metu ortam, donum Dei, ac Spiritus Sancti impulsus esse, et cetera, quae in homine attritio ad Sacramentum propterante habere debet, luculentissime declarat, ast dilectionis praevia consortio eidem opus esse, non dixit; quomodo ergo amorem praeteriret, si hic, ut ad Sacramentum sufficienter attritio, necessarius foret? Neque de contritione indiscriminatim, sive antequam dividatur, neque de attritione ipsa praetradens, charitatis mentionem facit; et illis dumtaxat, dum de contritione perfecta loquitur, meminit: quis itaque hinc non coniciat, charitatem nec ad contritionis generatim, nec ad attritionis rationem, sed unice ad contritionem perfectam attingere? Dum de contritione affatur, non timorem servilem, sed tantum charitatem memorat, et inde quis recte colligere, absque timore illo contritionem sufficere ad Sacramentum, sicut reapse sufficit in visis iustis: cum igitur attritionem explicans, non de amore, sed de formidine verba faciat, illam similiter sine dilectione ad Sacramentum satis esse dixerit. Ex turpitudinis peccati consideratione, ex gehennae, et poenarum metu attritionem ipsam progredi, aperte, et dilucide fatetur: at vero ex divina bonitatis meditatione, quae dilectionis est securigo, aut ex ipso charitatis amore etiam proficisci, numquam asserit; neque attritionem hujusmodi originem, dum Poenitentiae inservit, habere, de Poenitentia ipsa disserens affirmavit: Qui itaque posset, praclarum hunc, si ex eo scaturiret, attritionis fontem reticere, cum ceteros, haud ita illustres memoraverit?

6. Concilium dum contritionem in perfectam dispertitur, et imperfectam, illam asserens charitate perfici, hanc vero metu concipi, satis innuit, neque charitatem ad imperfectam, neque ad perfectam metum pertinere. Quapropter sicuti dum hominem in album dividit, et nigrum, nec nigritudo ad album, nec albitudo ad nigrum attingit, sic contritione in illam, quae charitate, et in eam, quae metu oritur, divisa, neque ad priorem metus, neque charitas ad posteriorem spectabit: et ideo quemadmodum perfecta contritio, licet metu poenae aliquando stipata sit, cum tamen non exigat, ita et imperfecta, quamvis cum charitate esse interdum valeat, nec semel unquam, et idcirco neque dum Sacramento inservit, illius flagitat consortium. Imò de ipsa imperfecta contritione, seu attritione, ut est dispositio ad Sacramentum, et pars illius, agit Concilium, quin charitatis, aut amoris recordetur; et ideo neque sic inspecta huius opus habet.

7. Contritione jam explanata, ac divisa, de attritione singulatim accepta disserit, et ait Sacra Synodus: „ Donum Dei esse, et Spiritus Sancti impulsus, non adhuc quidem inhabitantis sed tantum moventis, quo poenitens ad iustitiam sibi ad iustitiam parat. Et quamvis sine Sacramento poenitentiae per se ad justificationem perducere peccatorem nequeat, tamen cum ad Dei gratiam in Sacramento Poenitentiae impetrandam disponit. Hoc enim timore utiliter concessi Ninivitarum ad Jonae praedicationem plenam

E

(5) Ibid. Cap. 5.

teritoribus penitentiam egerunt, et misericordiam à Domino impetrarunt. Verbis hæc attritioni aliquid in Sacramento, quod extra illud non habet, certum est attribui: cum autem sine Sacramento ad gratiam disponat remotè haud sanè ita, sed proximè ad eam in Sacramento præparabit. Attritionem remotè saltem dispositionis officium extra Sacramentum exercere, docet aperte, astruens, viam ad justitiam parare, sed sine Sacramento peccatorem ad justificationem non perducere: quapropter subdens illico, ad Dei gratiam in Sacramento impetrandam disponere, indicare videtur, non remotè quidem, quam ex se jam habet, sed nobiliorè, ac propterea proximè disponendi rationem eidem ipsi Sacramenti consortium afferre. Denegari prorsus attritioni extra Sacramentum debet, quod intra illud, et ipsius causa ei conceditur: cum autem orbi nequeat, aptandi remotè munere extra Sacramentum, non istud sanè, sed proximè disponendi officium illi conferatur, cum dicitur ad Dei gratiam in Sacramento impetrandam disponere. Id asserens Concilium, de eo præparationis genere abs dubio agit, quod absque Sacramenti ope, societateque minime habet attritio: cum verò à Sacramento distincta remotè præparet, haud de isto certè disponendi modo pertrahat: ac si de præparatione remotà non loquitur, de qua alia, nisi de proxima intelligenda sunt verba illius? Vel Natali Alexandro Anti-Attritionario ipsi acerrimo hæc adeo perspicua visa sunt, ut de dispositione sufficienti, quæ proxima, et ultima est, Concilium affari, probe noverit, et dixerit: (6) „ Contritio perfecta non est necessaria ad justificationem peccatoris in Sacramento Penitentia: sed imperfecta, quæ vocatur attritio, cum Sacramento sufficit. Id colligitur ex Concilio Tridentino Sess. 14. cap. 4. ubi declarat, contritionem imperfectam, quæ attritio dicitur, quamvis sine Sacramento Penitentia per se ad justificationem perducere peccatorem nequeat, tamen eum ad gratiam in Sacramento Penitentia impetrandam disponit. Nil autem magis haberet cum Sacramento conjuncta, et per se spectata sine Sacramento, nisi sufficeret ad justificationem peccatoris, conjunctus cum Sacramento conjuncta est. Nam et per se spectata sine Sacramento ad gratiam impetrandam disponit. ”

8. Nec mirum, quod attritio dispositionis sufficientis partes, quamvis per se id non valeat, Sacramenti auxilio compleat: magna enim, ac præstantissima vis novæ legis hæret Sacramentis, quæ ex latere Christi manantur, et operatur ejusdem passionis virtute, et efficacia, quas eidem ad nostram salutem inesse, misericorditer ipse voluit: (7) „ Agunt, ait D. Thomas, in virtute passionis Dominica, et ipsam passionis virtutem in nos quodammodo transfundunt. ” Et addit: (8) „ Quia ex latere dormientis in cruce Sacramenta fluxerunt, quibus Ecclesia fabricatur, ideo in Sacramentis Ecclesie efficacia passionis nostras mirificè juvant, et elevat: atque idcirco dolor de peccatis, seu attritio validior redditur, ac efficacior, hominesque propterea ad gratiam aptare poterit, haud insufficienter, et remotè, quod per se ipsa præstat, sed proximè, et sufficienter, alioqui nil ei præberent virtus illa, et efficacia. Præterea Sacramentum Penitentia vel potest, vel non potest, viam disponendi proximè, et sufficienter attritioni conferre? Si quis, non est, cur eam reapse non tribuat: Si nequit, virtus passionis Christi haud ita mirabilis apparebit. Verumtamen, quis impotentia hujusmodi Sacramentum dehonestare audebit? Numquid his majora, ac difficiliora non efficit? Attritio natura sua dispositio ad gratiam est, Sacramenti pars, et materia non est: ipsam tamen sacramentalis, seu passionis Christi virtus operatur, materiamque ipsius Sacramenti constituit: et eam, ut proximè disponat, idoneam efficere non valet? Nonne facilius est, dispositionem remotam reddere proximam, quam materiam, partemque Sacramenti id constituit, quod neque materia, neque pars illius ex se est? Deinde nobilissimam creaturam sanctificantem gratiam, necnon difficillimum justificationis opus Sacramentum edere, et potestate carebit, ut dispositionem remotam, quod facilius est, proximam faciat? Vel naturales res ipsas, quæ nulla ex sese Sacramenta integrandi, efficiendique gratiam

(6) De Sacram. Penitentia Cap. 4. art. 3. prop. 2.

(7) 4. Sent. d. 18. q. 2. a. 1. questione. 1. Sol.

(8) 3. Sent. d. 19. q. 2. a. 1. questione. 1. ad 4.

aptitudinè gaudent, ut utrumque præstent, potentes reddit sacramentaria vis, ut patet in aqua, et in oleo, in ablutione, et unctione, quæ Baptismi, et Unctionis extreme materia sunt, gratiaque subinde causa: et attritioni, quæ supernaturalis est, atque ad gratiam dispositio, ut proximè ad eam parat, energiam non valet elargiri? Num ineptior ad hoc attritio, quam ad id naturalis res? Attritionem ipsam vis illa proximam constituit materiam, et proximam item dispositionem nequit eam efficere?

9. Attritio ex mente Concilii demum præparat ad remissionem peccatorum, viam ad justitiam parat, ad Dei gratiam impetrandam disponit, præparat ad gratiam. Hæc omnia dicere, et ita inculcare, ut solius remotæ ac insufficientis dispositionis munus attritioni attribuat, indeprehensibile videtur: nam supernaturalibus rebus alijs officium illud congruit appropinquare, donantur enim peccatoribus, ut eos ad resipiscendum, et conversionem excitent, moveant, adjuvent, idque attritio sine Sacramenti consortio, snapte natura optimè præstat: et ideo verborum iteratio illa præparat, parat, disponit eam intra Sacramentum peculiarem aptandi homines rationem habere innuit, quam nec ipsa, nec supernaturales res alia ex sese habent: ea autem habent utique quod remotè disponant, aliter igitur attritio, nimirum proximè præparat in Sacramento. At injuria, ut reor, an attritio cum Sacramento proximè ad gratiam comparet peccatores, disceptatur: quandoquidem culpæ dolorem adinstat materia proxima, ultimæque dispositionis in id genus hominibus, ut eisdem gratiam conferat, Penitentia omnino exigit: hujusmodi autem dolor nulla lege perfectus esse debet, quia perfectam contritionem Sacramento prætere, necessarium non est. Satis ergo, quod dolor ille imperfectus sit, sive attritio, quæ idcirco in attrito homine Sacramentum suscipiente et materia proxima, et ultimæ dispositionis partes explebit.

10. Insistunt nihilominus in eo Initialistæ plures, quod non de sufficienti, et proxima, sed de remotà, ac insufficienti præparatione loquatur Concilium. Sed adduci nequeo, ut id illis assentiar: quia Concilium potissimum agit contra Lutherum attritionem reprobantem, et ideo de attritione eo sensu affari censendum est, quo Lutherus ipse de illa fuerat præfatus: hic autem de attritione, haud quidem remotè, sed proximè disponente prolucetur est. Hæresiaracha hujus opera nec libuit, nec licuit videre: et ipsius verba, quæ doctrinam à Concilio damnatam continent, hic transcribam, prout in N. Liberio à Jesu reperitur. (9) „ Contritio, inquit, sic enim cepit vocari potest, nitentia interior, duplici via paratur. Primo per discussionem, collectionem, detestationem peccatorum, quæ quis, ut dicunt, recogitat annos suos in amaritudine animæ suæ, ponderando peccatorum gravitatem, damnum, foeditatem, multitudinem, deinde amissionem æternæ beatitudinis, ac æternæ damnationis acquisitionem, et alia, quæ possunt tristitiam, et dolorem excitare, spe satisfaciendi per bona opera. Hæc autem contritio facit hypocritam, imo magis peccatorem, quia solum timore præcepti, et dolore damni id facit, et tales omnes indignè absolvantur, et communicantur. Et si libere deberent (remoto præcepto, et minis poenarum) confiteri, certè deberent dicere, certè dicerent, sibi non displicere eam vitam præteritam, quam sic coguntur displicere confiteri: imo quo magis timore poenæ, et dolore damni sic conteruntur, eo magis peccant, et afficiuntur suis peccatis, quæ coguntur, non autem volunt odiosè. Et hæc est illa contritio, quam ipsi vocant extra charitatem, non meritoriam: alij vocant attritionem proximè disponentem ad contritionem, sic enim ipsi opinantur, quam opinionem errorem ego judico. Secundo paratur per intuitum et contemplationem speciosissimæ justitiæ, quæ quis in pulchritudine, et specie justitiæ meditatatur in eam ardescit, et rapitur, incipitque cum Salomone fieri amator sapientiæ, cujus pulchritudinem viderat, et facit verè penitentem, quia amore justitiæ id facit: et hi sunt digni absolutione. Ita Lutherus contritionem, et attritionem explicat, ipsiusque verba conspiciunt produnt, eum de ea attritione loqui, quæ proximè disponit ad contritionem, ac proinde ad gratiam, cujus est sociæ contritio. Hanc attritionem hæreticè ipse

(9) Tom. 4. Controv. 1. p. disp. 1. art. 2. n. 13.

damnat: Concilium verò haresim istam improbare, attritionemque probare intendit: unde colligere proclive est, attritionem eodem prorsus modo, ac Lutherus ipse, considerasse, egisseque propterea de illa, ut proximè ad contritionem, atque ad gratiam disponit. Et cum Lutherus quod attritionem metu, et non amore ortam reprobarat, attritus homines absolutione indignos censebat; Concilium attritionem tam probans, et homines, quos illa affecerit, absolvi dignos, et ipsam idcirco sufficientem ad Sacramentum dispositionem indicat.

11. Initialista alij de dispositione proxima, et sufficienti Concilium loqui, non infrentur: addunt tamen, attritionem dispositionis hujusmodi munus obire, si amore aliquo remisso saltem, et initiali ornetur; secus autem si ornatu illo careat. Unde Concilij verba non de mere servili, sed de sua initiali attritione intelligunt. At Lutherus de illa attritione fuit affatus, quæ extra charitatem, vel sine charitate, et absque justitiæ amore concipitur, soloque timore præcepti, dolore damni, ac pœnæ metu nascitur: attritio verò isthæc non initialis, sed servilis est: quocirca cum Concilium Lutherum damnare intendat, de servili potius, quam de initiali agere, credi potest. Imò dum impij hujus hominis apertius proscribit doctrinam, attritionem servilem probat quidem, charitatis verò amorem nullatenus exigit. Audi canonem quintum: „ Si quis dixerit, eam contritionem, quæ paratur per discussionem, collectionem, et detestationem peccatorum, quæ quis recogitat annos suos in amaritudine animæ suæ, ponderando peccatorum suorum gravitatem, multitudinem, fedtatem, amissionem æternæ beatitudinis, et æternæ damnationis incursam cum proposito melioris vitæ, non esse verum, et utilem dolorem, nec præparare ad gratiam, sed facere hominem hypocritam, et magis peccatorem, demum illam esse dolorem coactum, et non liberum, ac voluntarium, anathema sit. “ Sic attritionis naturam, motiva, munia, comites luculenter declarat. At ubi Dei bonitatis cogitatio, quæ divini amoris ignem inflammet? Ubi charitas? Ubi dilectio Dei super omnia? Mirum sanè, quod proluxe adeo prædicta omnia referat, et solius amoris obliviscatur, qui ob suam præstantiam, præ cæteris, si necessarius esset, exponendus erat. Cum autem Concilium in hoc canone Lutherum damnet, qui ipsdem fere verbis attritionem solo metu, et sine amore justitiæ ortam improbat, de ea sic inspecta loquitur proculdubio. Insuper Sessione 14. in qua est canon iste, de attritione in ordine ad Sacramentum Pœnitentiæ, quod ibi edisserat, pertractat; quæ propter ipsam in ordine ad hoc Sacramentum non egere amore justitiæ, de quo silet, conjiciam, sine quo proinde homines ad illius susceptionem satis aptare.

12. Ipsamet Sancta Synodus non de initiali, sed de servili attritione se loqui, satis innuit inquirens. „ Hoc enim timore utiliter concessi Ninivite &c. “ Ubi non dixit: hoc amore, sed hoc timore, perspicue in hoc ostendens, se de timore pœnæ, qualis fuit in Ninivitis, ac propterea de attritione ex illo orta agere; non verò de amore, nec de attritione ex eo progenita. Deinde non ambiguis, sed conceptis, dilucidis, et expressis verbis de attritione illa affatur, quæ „ vel ex turpitudinis peccati consideratione, vel ex gehennæ, et pœnarum metu communiter concipitur: “ hujusmodi autem attritio servilis est, formidolosa est: atvero de attritione initiali, quæ ex divina bonitatis contemplatione, Deique dilectione super omnia proveniat, nec verbum habet: et nihilominus de hac, non de illa ipsam loqui, credendum est? Si dum disserit signanter de contritione, quæ charitate perficitur, illam quis de contritione timore exorta interpretari audeat, irrisul merito sapientibus foret: et ut ipsam de attritione ex turpitudinis peccati consideratione, vel ex gehennæ, et pœnarum metu nata expressè loquentem, non de ista, sed de alia, quæ amore exoritur, cujus ne mentit quidem, explicare licebit? Si de attritione ex divina bonitatis memoria, quæ Dei amoris illicitum est, concepta loqueretur Synodus, non de servili, sed de initiali profari ipsam, Initialista omnes jure conclamarent: cum ergo de attritione ea loquatur; quæ ex metu pœnarum, aut ex turpitudinis peccati consideratione nascitur, et motiva hæc non initialem inducant, sed servilem, de hac, non illa ejus verba accipienda sunt.

13. Aliquid Auctores præfati initiali suo amori, quod Sacramentum denegant, tribuere videntur, vim scilicet, ut attritionem servilem constituat proximam, et sufficientem

preparationem; id quippe, ex eorum sententiâ, nunquam sine amore facit Sacramentum Christi: proptereaque amor hujusmodi, quem illi remissum, et imperfectum dicunt, validior, atque efficacior Sacramento ipso censi poterit. Præsertim quia, ut dicam cap. x. n. 10. ipsimet docent, initialem amorem non semel attritum hominem justificare sine Sacramento: renunt tamen concedere, quod Sacramentum id unquam efficiat sine amore initiali. Fatentur quidem, amorem hunc cum voto Sacramenti, justificationem interdum operari: eunt vero inficias, quod illam Sacramentum paratam cum voto amoris perfecti, sive desiderio, quod habet attritus homo, assequendi gratiam, et charitatem, ut Deum perficere diligat. Nonne autem doctrina ista plus amori initiali tribuit, quam Sacramento? et hoc Sacramentorum Auctori, necnon divinæ virtuti, quæ ex ipsius latere truci lancea perforato cum eis, et ad ea profuit, injuriam non est? Veritatis ut minimum dissentaneum quit existimari, cum potentissima sit passionis Christi virtus, quæ datur, et operatur Sacramentum. Istud præterea gratiæ confinium est, ac propius, quam amor initialis; is namque sine gratiâ, et cum peccato reperiri posset juxta ejus defensores: at cum peccato, et absque gratiâ ullo tempore Sacramentum esse, inficiabuntur eorum plurimi, et videlicet, qui Pœnitentiæ informem non probant. Ex quibus facile deducitur, quod attritio nedum potentior, sed et vicinior, ac propinquior gratiæ ipsi virtute Sacramenti efficitur, quam tali amore, subindeque proximis cum illo quam cum hoc paratè ad justitiam homines poterit. Quid igitur, ut eisdem paratè satis, amorem comminisci, opus est?

14. Sed ut hæc luculentius adhuc pateant, modus, quo attritio homines ad justitiam preparat, accuratè est excutiendus. Ac in primis eos non disponit sicut fides, quæ ad Sacramenta omnia, quin pars ullius sit, pertinere, dignoscitur: non ut spes, et charitas, quæ cuncta etiam Sacramenta, quin materia sint alicujus, utiliter comitari possunt: non ut reliqua Dei dona, et auxilia, quæ compendiosè itidem Sacramentorum receptioni, quin ad eorum speciem integritatem, intervenire valent; non, inquam, ratione hæc dispositionis munus gerit attritio; sed ut pars Sacramenti, et materiæ proxima illius. Quid ergo proximus, quid propinquus? Num materia proxima, quæ non exterior est, sed interior, proxima item preparatio esse nequibit? Num Sacramenti partes, quæ in corde sunt, remotè dumtaxat Sacramenti fructum efficiunt? Num quasi à longe tantum ad præcipium ejus effectum disponunt? Num remotæ potius, quam proxima Sacramenti materiæ, si ita aptarent, dici non deberent partes illæ? Et quid proxima, et sufficientis dispositionis titulo gaudebit, si hic interius Sacramenti partibus denegatur? Ablutio res est quadam exterior, Baptismi tamen virtute proxima fit materiæ illius; et ideo ita corpus tangit, ut simul cor abluat: et attritio, quæ intus in anima est, ubi gratiâ recipitur, Sacramenti Pœnitentiæ ope proxima ad gratiam ipsam dispositio fieri nequit? Ablutio licet insufficientis, ac omnino impotens ad causandam gratiam, Sacramenti virtute ad id potens, ac sufficiens redditur; pari itaque modo attritio licet insufficientis dispositio ad eam suscipiendam sine Sacramento sit, sufficiens cum illo erit. Profecò Sacramentum ad hoc potentius non apparet, ut suimet materiæ, causamque gratiæ id constituat, quod neque causa, neque materiæ est, quam ut dispositionem remotam efficiat proximam, siquidem facilius videtur effectus hic posterior: et ut verius loquar, uterque factus æquè facilis Sacramento est, operatur enim Dominica Passionis virtute, quæ majora prestare potest, et mirabiliora.

15. Istiusmodi doctrina everti valet, ut reor, argutior quædam, quam Cabadesius efformat, egregius ceteroquin Theologus dicens: (10) „ Si de fide sic locuta fuisset: (Synodus Tridentina) Et quamvis sine Sacramento Pœnitentiæ fides per se ad justificationem peccatorem perducere nequeat, tamen ad Dei gratiam in Sacramento Pœnitentiæ imperandam disponit: nemo inde concluderet, fidem satis esse, ut impij gratiam in Sacramento recipiat: et nemo igitur, qui præoccupatum non habeat animum, concludere debet, quod attritio sufficiens sit, ex quo ad gratiam in Sacramento recipiendam disponat. “ Hæc ille. Atverò si ita elocuta esset Synodus, incontinenter in-

(10) Institut. Theologicæ, l. 1. c. 2. §. 5.

ro plura optamus quandoque, et à Deo poscimus, quam habemus; peroptat sane peccator jam respiciens culparum suarum veniam, et nondum obtinere, alioquin non peccator, sed justus foret: justus item viator coelestem patriam anhelat, et ab ea exulare adhuc cogitur, secus namque non viator esset, sed comprehensor. Nihil aliter attritus homo, qui peccatorum suorum labe etiam dum aspergitur, etsi charitatis dilectionem gerat, sicut et justificationis gratiam, earum expertus est: et ideo disceptare licet, utrum prater amoris desiderium, amorem ipsum, quo Deum ex charitate, benévole, et super omnia diligit, habere etiam, cum ad Sacramentum Poenitentiae prae paratur, lege aliqua abstrictus sit.

8. Verum hic te monitum velim, attritionem neque ut dispositionem, neque ut partem Sacramenti, sufficientem esse omnino, quia supernaturales actus alij et dispositionum, et partium una cum ea munus obeunt: et ideo dum sufficientem eam voco, de sufficientia afor in genere duntaxat doloris. Ac demum ne eadem sapius iterare verba cogar, rogo te, ut gratia, amoris, contritionis, Sacramenti, et peccati nomine, gratiam sanctificantem, amorem charitatis, contritionem perfectam, Sacramentum Poenitentiae, et peccatum mortale deinceps intelligas.

CAPUT. V.

Sufficientia attritionis Scripturae Sacrae testimonijs ostenditur.

1. **F**undamenta in hoc, et subsequentibus capitulis disquirenda sunt nullatenus, quae apodixim in praesenti controversia constituant, aut dilucide, evidenterque attritionis sufficientiam evincant: in re namque theologica implexa admodum, ac perdifficili veritas ostendi non potest geometricis; sed demonstrationum, quae desunt loco, probabilia utique momenta excipienda sunt. Quomobrem quae prolaturus sum argumenta, non omnia aequè, sed quaedam conjectatorie, et verisimiliter, alia verisimillius, demonstrativè nulla sufficientiam illam comprobabunt. Et hujusmodi satis esse Ledori debent, de rebus istis instrui cupido: quod si demonstrationes unice amaverit, neque attritionisticas, neque initialisticas dissertationes evolvat, sed Matheseos adpat disciplinas. Igitur à primo veritatis fonte, qui Deus ipse est loquens in libris sanctis, priores petenda sunt probationes.

1. Dum peccatores ad poenitentiam hortatur Deus in Scriptura, non amoris, sed timoris oculis eorum coram plerumque incitacula ponit: haud bonitatem suam, ut diligant, sed iram, furorem, minas, ut pavent, eis ostentat, terrorem ipsi, quo eorum corda flectat, emolliat, frangat, prius incutit, ut poenarum metu perterriti, ad ipsum confugiant, veniam flagitent, gratiam impetrent: unde attritionis, quam terror isthuc revelat enititur, non amor, ut praevidè ad justificationem comparentur, sufficientiam inferam.

3. Verum utriusque Testamenti conversionem, seu poenitentiam, non ex amore, sed ex timore peragendam noxijs hominibus suadentis concordet intar se voces auscultate, equum erit. Sanctissimus Rex, et Propheta David haec ait. (1) „Nisi conversi fueritis gladium suum vibrabit: arcum suum tendit, et paravit illum: et in eo paravit vasa mortis, sagittas suas ardentibus effecit.“ Ecclesiasticus inquit: (2) „In peccatores respicit ira illius. Non tardes converti ad Dominum, et ne differas de die in diem: subito enim veniet ira illius, et in tempore vindictae disperdet te.“ Ezechiel ita loquitur: (3) „Convertimini, et agite poenitentiam ab omnibus iniquitatibus vestris, et non erit vobis in ruinam iniquitas.“ Praecursor Domini sic Pharisaeos, Sadduceosque objurgabat patiter, et monebatur (4) „Progenies viperarum quis demonstravit vobis, fugere à ventura ira? Facite ergo fructum dignum poenitentiae. Jam enim securus ad radicem arborum posita est. Omnis ergo arbor, quae non facit fructum bonum excidetur, et in ignem mittetur.“ Et haec de Christo loquens addidit: „Cujus ventilabrum in manu sua, et permundabit aream suam, et congregabit triticum suum in horreum, paleas autem comburet et igni inextinguibili.“

(1) Ps. 7. 23. (2) Eccl. 5. 6. (3) Ez. 18. 30. (4) Matth. 3. 7.

Ipse etiam Dominus Dixit: (5) „Si poenitentiam non egeritis, omnes similiter peribitis.“ Sanctus Paulus sic coram Arcopagitis peroravit: (6) „Deus nunc annuntiat hominibus, ut omnes ubique poenitentiam agant, eo quod statutum diem, in quo iudicaturus esset orbem.“ Beatus Joannes Evangelista Dei jussu ita Asiae Episcopis, quos Angelos vocat, scribebat: (7) „Angelo Ephesi. . . Charitatem tuam primam reliquisti. Memor es, to itaque, unde excederis, et age poenitentiam, et prima opera fac. Sin autem, venio tibi, et movebo candelabrum tuum de loco suo, nisi poenitentiam egeris. . . Et Angelo Pergami Ecclesiae scribe: haec dicit, qui habet rompham utraque parte acutam. . . Similiter poenitentiam age: si quo minus veniam tibi dero. . . Et Angelo Thyatirae Ecclesiae scribe: haec dicit, Filius Dei, qui habet oculos sicut flammam ignis. . . Dedi illi (Lezabel) tempus, ut poenitentiam ageret: et non vult poenitere à fornicatione sua. Ecce mittam eam in lectum, et qui mechantur eum ea, in tribulatione maxima erunt, nisi poenitentiam ab operibus suis egerint. . . Et Angelo Ecclesiae Sardis scribe. . . esto vigilans. . . et poenitentiam age. Si ergo non vigileris, veniam ad te tanquam fur, et nescies, qua hora veniam ad te.“

4. Testimonia haec, et id genus sexcenta, quae in divinis Scripturis reperies, non ex amore, de quo silent, sed ex metu poenitentiam, quam ob oculos ponunt, et ex timore Domini, quem uti severum iudicem exhibent, ac vindicem, optant in Deum ipsum conversionem, poenitentiamque à peccatoribus exigunt. Quapropter tunc demum homo ea omnia peregrisse, credendus est, quae ante justificationem facere tenetur, cum Dei, ac suppliciorum formidine idus poenitentiam agit, seu de peccatis dolet, et ad Dominum convertitur: Id autem cum attritione perficiat, ipsam quidem, si do praevis dispositionibus sermo fiat, plene sufficere, ut ad culparum suarum veniam nasciscendam aptus satis, atque idoneus appareat, mihi perspicuum est: et si res secus foret, coelestis Medicus, qui ut ait. B. Gregorius (8) „Singularis, quibusque vitijs obviavit adhibet medicamentum: poenitentiam metu genatam toties peccatoribus praescribens, ineptam, et insufficientem remedium adhibuisse censeretur, quod nefas est dicere.“

5. Nec aliter saepius ad justificationis redispicendam gratiam peccatores sese comparare, quam attritione, sive dolore ex metu profuscente, haud pauca ostendunt exempla. Quid enim protoparentes nostros Adamum, et Evam ad respiciendam movit, nisi terribiles mortis, ac laborum minae, quas, post peccatum scelus, à Domino auscultarunt? Quid Hebraeorum populum muneri suo, et fidei crebiter deficientem, ad Deum suum, quem impiè, et ingratisimè deserebat, iterum atque iterum redire coegit, nisi dura belli, famis, pestis, captivitatisque incommoda, quae ob sua delicta, obnoxius multoties fuit? Quid Juda, et Israel gravissimorum criminum patratore reges in se demum fecit reverti, nisi aut prophetarum comminationes, aut horribilia, quae identidem experti sunt, mala? Quid Ninivitas ad jejuniū, ceteraque poenitentiae opera compulsi, nisi minitans sermo ille Jona: (9) „Adhuc quadraginta dies, et Ninive subvertetur.“ Quid Saulum, cum adhuc spirans minarum, et caedis in discipulos Domini insaniret, ab impio suo inscituro impulsi abire, nisi ingens formido illa, qua (10) „tremens ac stupens“ factus est? Nullum in his, quibus conversiones hujusmodi peractae sunt, operibus charitatis indicium, nullum amoris benévoli specimen; metum contra omnia indicant, pavorem redolent, terrorem sapiunt, ut respicientes rei ipsi non dilectionis, sed formidinis ergo poenitudini operam dedisse credantur.

6. Et ut alia mittam, quae peccatorum conversionem timori potius, quam amoris adscribendam produunt quid denique inconsultum illum, ac pessime feriatum juvenem, qui relicto patre, et vivendo luxuriose, prodegit patrimonium, bonae se frugi dedere fecit, Quid meliora de se cogitare, docuit? Quid ad saniora sectanda consilia perduxit? Num erga patrem, quem impiè deseruit, charitas? Minime omnium, sed egestate, et fame incredibili, quibus miserè, et ad necem torquebatur, in domum remigrare paternam, compulsus est; dicebat enim: (11) „Quanti mercenarij in domo patris mei abundant

(5) Luc. 11. 32. (6) Act. 17. 30. (7) Apoc. 2. et 3. (8) Hom. 22. in Evangelia. (9) Jon. 3. 4. (10) Act. 9. 6. (11) Luc. 15. 17.

virtute, quam ex ipsius Sacramenti suffragio, et consortio eidem accrescit, id præstare intelligas. Extra Sacramentum vero nil prorsus reperio, quod sufficientiam, proximitatem, infallibilemque cum gratia nexum attritioni præbeat; neque ad id initialis, ipse autor opportunus videtur, quia remota quoque esset preparatio. Exinde tamen est, quod attritus homo Sacramentum suscipiens justificatur, quia dispositionem cum gratia conexam habet, nempe attritionem à Sacramentali virtute sufficientiam, proximitatem, nexumque cum gratia recipientem. At extra Sacramentum id attritio non habet, et ideo peccator, quamquam veram habeat attritionem, non statim gratiam obtinet, sed quando Deus eam vult misericorditer impartire, tuncque attritio ultima dicitur preparatio, non quia sufficiat, sed quia Deus justificare impium absolute volens, hanc ab eo, et non aliam gratia annexam exigit dispositionem præviam. *Aramen* videsis supra dictum Capitulum xx. à. n. 10.

CAPUT. VII.

Peccandi voluntatem excludit attritio.

1. **U**T peccanti viam ad justitiam attritio pareat, voluntate peccandi exuere illum debet, juxta Tridentini præscriptum illud: „ Si voluntatem peccandi excludat, cum spe veniæ, declarat, non solum non facere hominem hypocritam, et magis peccatorem, verum etiam donum Dei esse, et Spiritus Sancti impulsus, non adhuc quidem inhabitantis, sed tantum moventis, quo penitens adjutus, viam sibi ad justitiam parat. “ Sedenim quia conditionate hic agitur videtur Sacra Synodus, Antiquitatis plures attritioni vim, qua peccandi pellat voluntatem, adimere conatur. Attritionarij tamen contra eadem ipsi vim illam constanter, et jure merito tribuunt: nam Concilium verbis hæc attritionem interdum præfatam excludere voluntatem, supponit aperte, alioqui de re impossibili serio egisse convinceretur, quod tanto Concilio indignissimum reor: quis enim crediderit, gravissimam, ac sanctissimam Synodum, cui nil profecto, quam damnari damnanda, ut ipsa ait (1) et probanda probari exoptavit fuit, in definitivo, quid in hypothesis impossibili fieret, operari ludere voluisse? Eodem prorsus modo, seu dicendi formula utitur paulo ante, cum de contritionis motu agit inquit: „ Si cum fiducia divinæ misericordiæ, et voto præstandi reliqua conjunctus sit, “ Conditionalis autem formula ista loquendi nullatenus innuit, contritionis motum nunquam fiduciam divinæ misericordiæ secum habere, sed potius plerumque saltem, si non semper, hujusmodi ornari fiducia, perspicue significat. Cur igitur insamem loquendi formula, cum de attritione paulo inferius agitur, non eadem, sed diversa omnino significatione donanda est? Conditionate vero eo loci potuit agi, quia attritiones omnes voluntatem peccandi non excludunt, cum eam potius qua aut iustificat, aut naturales, aut serviliter serviles sunt, secum habere soleant: aut supernaturalem, de qua agit, et ipse ex ejus doctrina jam descripsi, id præstare posse, mihi compertum est.

2. Concilium (2) „ Hoc sibi perpetuo ante oculos proponens, ut sublatis erroribus, puritas ipsa Evangelij in Ecclesia conservetur: “ res illas, de quibus Hæretici cum Catholicis vitiligabant, clare, ac distinctè explicare voluisse, credendum est, ut quid tenendum, quidve dammandum esset, scirent conspicere omnes: ac propterea decisionibus à se factis, minime quid in hac, aut alia hypothesis res ille forent, sed quid revera sint, ipsam dilucidare existimo. Hoc autem, si adversa standam sententiæ, verum esse non posset, quia non absolute, sed sub hac conditionata formula „ si voluntatem peccandi excludat “ de attritione agit: unde si voluntatem peccandi non excludit, ea omnia, qua de illa annuntiat, eidem ipsi, ut est, non conveniunt, convenirent tamen, si eam pelleret voluntatem. Quocirca non Ecclesie dogmata, sed meram hypothesesim, hoc

(1) Sess. 1. (2) Sess. 4.

est, puram putamque figmentum docuisse censeretur, cum neutiquam quid reapse attritio sit, sed quid in illa hypothesis attritio foret, unice declararet. Idcirco quamquam attritionem donum Dei, Spiritus Sancti impulsus, et ad justitiam esse viam, Concilium definisse adversus Heterodoxos Catholici communiter credant, falli in hoc misere viderentur, quia ita ut ipsi existimant, est, vel erit attritio, si voluntatem peccandi, ut inquit illud, excludat: quapropter si eam non expellit, ut Advetsarii asserunt, donum Dei, Spiritus Sancti impulsus, et via non erit ad justitiam. Neque Lutherum, similesque tenebriones asserentes attritionem, gehennæque formidinem res esse improbas, quis hypocrita, et magis peccator homo sit, explorare ejusdem Synodi decreto damnatos dicere oportebit, quia hujusmodi vitij expers similiter erit attritio, si præfatam eliminet voluntatem: si autem, incertum, ac indefinitum manet, an hominem revera hypocritam constituat, et magis peccatorem. Verumenimvero si hæc ita sensisset, voluissetque docere Concilium, ludere, vel illudere, et nugæ potius, ac tricas, quam fidei dogmata tradidisse videretur. Propterea decreta hujusmodi, quæ res, et casus impossibiles concernant, eidem assingere, impium, et sacrilegum, meo judicio, est: quis namque, nisi Religione posita, œcumenicam Synodum in Spiritu Sancto congregatam puerilibus hæc præcisionibus, atque præstigijs, quisquillive in rebus fidei tradendis usam crediderit? (3) „ Quid indignius ejus gravitate, ajunt Nostri Salmanticenses Scholastici, „ quam ubi agitur contra Lutherum impugnantem attritionem, quæ ex metu gehennæ, communiter concipitur, atque ideo etiam ab omnibus in hoc sensu obvio apprehenditur, recurrat Concilium ad eventum impossibilem, illique elogia deferat, sed conditione simpliciter repugnante? Sic etiam posset dicere, attritionem esse impulsus Spiritus Sancti, et disponere ad gratiam justificationis, si præcedat ab homine habentibus alas. Hæc non instructionem, et correptionem Hæreticorum pararent, sed irrisionem, nec ita Sacram Synodum se gesisse, ullus Catholicorum debet admittere, sed planè fateri, supposituisse, admissisque Concilium possibilitatem alicujus attritionis, quæ voluntatem peccandi, sive omne actuale peccatum excludat. “

3. Voluntas peccandi et actualis, et habitualis esse potest: habitualis ipsamet habitualis peccatum est; hoc autem gratia, et charitate, quæ in ipsa justificatione homini conferuntur, unice excluditur. Secum etiam plerumque habet voluntas isthæc vitiosos habitus nonnullos, consuetudines pravas, propensionem, et facilitatem ad malum, necnon difficultatem, et repugnantiam ad bonum. Hæc verò omnia evanescunt quidem, ac continuo non extinguuntur per gratiam, sed post ipsius infusionem remanere solent in homine, sicut fomes peccati, qui inclinatio quædam est ad culpam, manet ex Tridentino (4) ad agonem in tenatis. Nec affectiones hujusmodi omnino in viro justo curantur, usque dum ipse iteratis oppositarum virtutum actibus virtutibus ipsis assuefiat; sunt namque peccatorum reliquæ, et eæ in homine manent post justificationem, quamvis mens illius intime jam Deo unita sit, eique fideliter, et etiam delectabiliter inserviat. Unde B. Paulus dicebat: (5) „ Condelector enim legi Dei secundum interiorem hominem. Video autem aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ. “ Et D. Thomas similiter ait: (6) „ Quandoque post primum actum penitentis, qui est contritio, remanent quædam reliquæ peccatorum, scilicet dispositiones ex prioribus actibus peccatorum causatæ, ex quibus præstatatur difficultas quædam penitenti ad operandum operam virtutum: sed quantum est ex ipsa inclinatione charitatis, et aliarum virtutum, penitens opera virtutum delectabiliter, et sine difficultate operatur: sicut si virtuosus per accidens difficultatem pateretur in executione actus virtutis propter somnum, aut aliquam corporis indispositionem. “ Hæc itidem docet S. Doctor: (7) „ Difficultas ad bonum, et pronitas ad malum inveniuntur in baptizatis, non propter defectum habitus virtutum, sed propter concupiscentiam, quæ non tollitur in Baptismo. “

4. Hinc conjicere fas, Initialistas quosdam inopportune in peccatoribus ante eorum

F

(1) Tr. 24. de Penit. disp. 7. dub. 1. n. 25. (2) vide supra 6. 3. n. 14. (3) Rom. 7. 21. (4) 1. p. 9. 32. à. 1. ad 3. (5) ibi q. 62. à 4. ad 3.

justificationem amorem Dei super omnia, quo repugnantiam ad bonum, et inclinationem ad malum vincant, desiderare, attritionique, quod eas non superet, officium sufficientis preparationis adimere: iste enim, et ceteræ peccatorum reliquias, non quidem ante, sed post justificationem à gratia medijs virtutum adibus devincuntur. Quod et Concilium de satisfactionibus agens, quæ post susceptum Penitentia Sacramentum à fidelibus fiunt, satis innuit dicens: (8) „ Proculdubio enim magnopere à peccato revocant, et quasi freno quodam coercent hæc satisfactoria pœna, cautioresque, et „ vigilantiores in futurum penitentes efficiunt: medentur quoque peccatorum reliquijs; „ et vitiosos habitus malè vivendo comparatos, contrarijs virtutum actionibus tollunt.“ Idipsum docet item Angelicus Magister, qui tamen peccati reliquias aliquando in justificatione aufert concedit, nimirum dum gratia admodum perfecta justificationem ipsam operatur. (9) „ Nihil prohibet, inquit, quin remissa culpa, remaneant dispositiones ex „ præcedentibus adibus causatæ, quæ dicuntur peccati reliquias: remanent tamen de „ bilitate, et diminuta, ita quod homini non dominantur: et hoc magis per modum „ dispositionum, quam per modum habituum; sicut etiam remanet fomes post Baptismum. . . Quandoque tanta commotione convertit (Deus) cor hominis, ut subito peccatis „ fecit consequatur sanitatem spirituales, non solum remissa culpa, sed sublatis omnibus „ peccati reliquijs, ut patet de Magdalena Luc. 7. Quandoque autem prius remittit culpam per gratiam operantem, et postea per gratiam cooperantem successivè tollit „ peccati reliquias.“ Profecò si inclinatio ad malum, repugnantia ad bonum, aut alia peccatorum reliquias ante justificationem, vel in justificatione ipsa semper pellerentur, superfluum videretur Sacramentum Extreme Unctionis, siquidem institutum est, ut ægrotantes homines, post indeptam remissionis gratiam, à reliquijs illis munderentur, ut colligitur ex Tridentino sic Sacramenti hujus effectum explicante: (10) „ Unctio de „ licia, siquæ sint adhuc expianda, ac peccati reliquias abstergit.“ Igitur attritio neque habituales peccandi voluntatem, seu peccatum ipsum habituales, neque supradictas peccati reliquias expellere debet, neque dispositionis sufficientis munere, propteraquod illas non excludat, orbanda est.

5. Actualis voluntas peccandi nil nisi actuale peccatum esse videtur, hoc autem attritione excludi, ambigere, non possum. Ceterum exclusionem hanc attritio, non quidem naturalis, sed supernaturalis efficit, illa nimirum, quæ donum Dei, Spiritus Sancti impulsus, vique ad justitiam dicitur à Tridentino, et paratur per discussionem, collectionem, et detestationem peccatorum, quæ quis recogitat annos suos in amaritudine animæ suæ, ponderando peccatorum suorum gravitatem, multitudinem, fœditatem, amissionem æternæ beatitudinis, et æternæ damnationis incursum, cum proposito melioris vitæ. De attritione hujusmodi sermo est in præsentiarum, de eaque agit Concilium, ut constat ex verbis illius præcedenti capite productis. Porro quis amabo te, dicere audebit, attritionem, quæ dotibus hæc saluberrimis ornatur, ad impediendum peccatum actuale, non sufficere? Quis credere valebit, memorata officia, quæ penitens, Spiritu Sancto ipsum excitante, movente, et adjuvante, exequitur, actualem voluntatem peccandi non excludere? Enimverò cum voluntas isthæc peccatum actuale sit, si attritione illa non pelleretur, fieret utique, quod penitens in amaritudine animæ suæ peccata deploraret, de illis supernaturaliter doleret, ea detestaretur, meliorem vitam proponeret, seipsum ad gratiam præpararet, ac cetera opera illa perficeret, et simul actu peccaret. Quis vero evenire hoc ita posse, asserit? Quis peccatum actuale cum moribus his, ac præcipuè cum supernaturali dolore de peccato, ejus detestatione, et proposito melioris vitæ, seu emendationis poterit copulare? Nemo, ut arbitror, hujusmodi unionem unquam efficit: et ideo penitens dum supernaturaliter attritur, ac dolere de peccatis, nullum peccatum actuale, ac proinde nec actualem peccandi voluntatem secum habet. Homo sanè dum criminibus indulget, non dolore propter culpam, sed oblectamento potius affici, dicendus est; nec detestari delicta, sed amare; nec meliorem vitam proponere, sed deteriorem effecere; ac demum nec ad gratiam disponi,

(8) Sess. 14. cap. 8. (9) 3. p. q. 86. à f. c. et ad 1. (10) Sess. 14. cap. 1. de Extrema Unctione.

sed indisponi quam maximè, cum ad eam majus peccato impedimentum nullum sit.

6. Nec dixeris, attritionem, non servilem, sed initialem, quæ amore Dei concipiatur, superis illis motibus stipari, ac de ipsa affari Concilium, dum tot encomia attritioni defert. Pergratum quidem Initialistis, ac non, ut reor, pro Tridentini mente feceris, si id affirmaveris; siquidem præsertim ibi agit contra Lutherum, cum autem hic attritionem servilem ex solo timore profectam improbaret, sicuti superiori capite visum est, de ea similiter, me judice, Concilium loquitur. Ipsum quidem de attritione ex turpitudinis peccati consideratione, vel ex gehennæ, et penarum metu, vel ex amissione æternæ beatitudinis, et æternæ damnationis incursum concepta expressè affatur, quæ servilis est proculdubio; attritionem verò quæ ex Dei amore proveniat, silentio omnino præterit: et ideo non de hac, sed de illa agere, mihi perspicuum est. Profecò si de attritione amore nata loqueretur, frustra, et inutiliter conditionatam eam clausulam adhiberet: „ Si voluntatem peccandi excludat: „ initialis quippe attritio, seu quæ dilectioni Dei super omnia innitatur, semper voluntatem illam pravam expulsaret, juxta Adversarios. Præterea attritio quamquam amoris consortio destituta sit, supernaturalis est; et idcirco thesis hæc, quæ oppositum annuntiabat, Vaticani fulmine fuit confixa. „ Attritio, quæ ex gehennæ, et penarum metu concipitur sine dilectione benevolentia „ Dei propter se, non est bonus motus, ac supernaturalis.“ Deinde melioris vitæ propositum attritioni sociatur in canone Concilii, quem præcedenti capite n. 11. produximus, et ibi hæc de initiali, sed de servili attritione sermo est. Imò propositum istud amori debet præire, pertinet enim ad spem, quæ amore prior est: is namque, qui à Deo veniam, et æternam beatitudinem sperat, firmiter statuere obstringitur, à culpis in posterum abstinere, alioquin vana erit spes illius. Unde D. Thomas de operibus agens ad justificationem necessariis, supradictum propositum ante amorem charitatis recenset, illudque spei attribuit dicens: (11) „ Quartus actus est motus spei, quo „ quis sub spe veniæ consequendæ assumit propositum emendandi. Quintus actus est „ motus charitatis.“ Idipsum tradit Catechismus Romanus inquitens: (12) „ Accedit „ spes impetrandæ à Deo misericordiæ, quæ eredi vitam, mores emendare constituit „ mus. Postremò charitate corda nostra accenduntur.“ Cum autem attritio, de qua nunc, spei motu ornetur, et emendationis proposito decorabitur, Porro si attritio servilis ante charitatis amorem, est supernaturalis, et secum habet emendationis propositum, habere similiter poterit cessationem à culpa, peccatorum detestationem, aliosque motus salutaris supra assignatos.

7. Demum peccatum actuale attritione servili præpediri, non jam conditionatè, sed absolutè tradunt Patres Tridentini agentes: (13) „ Si quis dixerit, gehennæ metum, per „ quem ad misericordiam Dei de peccatis dolendo confugimus, vel à peccando abstinere, nemus, peccatum esse, aut peccatores peiores facere, anathema sit.“ Dolor itaque de peccatis ex gehennæ metu ortus, id est attritio ipsa servilis, nos à peccato abstinere, et ad misericordiam Dei confugere facit. Insuper ex eodem Tridentino ostensum est cap. I. et VI. attritionem secum habere cessationem à culpa, detestationem peccati, propositum non peccandi, inchoationem novæ vitæ, veterisque odium hæc vero cuncta omnimodis actuale peccatum aversantur. Quibus inspicis, peccandi actualem voluntatem, si actuale hæc sit peccatum, attritione concelli, Tridentinorum Patrum sensus esse videtur.

(11) 3. p. q. 85. à f. c. (12) p. 2. c. 5. n. 3. (13) Sess. 6. can. 8.



justificationem amorem Dei super omnia, quo repugnantiam ad bonum, et inclinationem ad malum vincant, desiderare, attritionique, quod eas non superet, officium sufficientis preparationis adimere: istæ enim, et ceteræ peccatorum reliquias, non quidem ante, sed post justificationem à gratia medijs virtutum adibus devincuntur. Quod et Concilium de satisfactionibus agens, quæ post susceptum Penitentia Sacramentum à fidelibus fiunt, satis innuit dicens: (8) „ Proculdubio enim magnopere à peccato revocant, et quasi freno quodam coercent hæc satisfactoria pœna, cautioresque, et „ vigilantiores in futurum penitentes efficiunt: medentur quoque peccatorum reliquijs; „ et vitiosos habitus malè vivendo comparatos, contrarijs virtutum actionibus tollunt.“ Idipsum docet item Angelicus Magister, qui tamen peccati reliquias aliquando in justificatione aufert concedit, nimirum dum gratia admodum perfecta justificationem ipsam operatur. (9) „ Nihil prohibet, inquit, quin remissa culpa, remaneant dispositiones ex „ præcedentibus adibus causatæ, quæ dicuntur peccati reliquias: remanent tamen de „ bilitate, et diminuta, ita quod homini non dominantur: et hoc magis per modum „ dispositionum, quam per modum habituum; sicut etiam remanet fomes post Baptismum. . . Quandoque tanta commotione convertit (Deus) cor hominis, ut subito peccatis „ fecit consequatur sanitatem spirituales, non solum remissa culpa, sed sublatis omnibus „ peccati reliquijs, ut patet de Magdalena Luc. 7. Quandoque autem prius remittit culpam per gratiam operantem, et postea per gratiam cooperantem successivè tollit „ peccati reliquias.“ Profecò si inclinatio ad malum, repugnantia ad bonum, aut alia peccatorum reliquias ante justificationem, vel in justificatione ipsa semper pellerentur, superfluum videretur Sacramentum Extreme Unctionis, siquidem institutum est, ut ægrotantes homines, post indeptam remissionis gratiam, à reliquijs illis munderentur, ut colligitur ex Tridentino sic Sacramenti hujus effectum explicante: (10) „ Unctio de „ licia, siquæ sint adhuc expianda, ac peccati reliquias abstergit.“ Igitur attritio neque habituales peccandi voluntatem, seu peccatum ipsum habituales, neque supradictas peccati reliquias expellere debet, neque dispositionis sufficientis munere, propteraquod illas non excludat, orbanda est.

5. Actualis voluntas peccandi nil nisi actuale peccatum esse videtur, hoc autem attritione excludi, ambigere, non possum. Ceterum exclusionem hanc attritio, non quidem naturalis, sed supernaturalis efficit, illa nimirum, quæ donum Dei, Spiritus Sancti impulsus, vique ad justitiam dicitur à Tridentino, et paratur per discussionem, collectionem, et detestationem peccatorum, quæ quis recogitat annos suos in amaritudine animæ suæ, ponderando peccatorum suorum gravitatem, multitudinem, fœditatem, amissionem æternæ beatitudinis, et æternæ damnationis incursum, cum proposito melioris vitæ. De attritione hujusmodi sermo est in præsentiarum, de eaque agit Concilium, ut constat ex verbis illius præcedenti capite productis. Porro quis amabo te, dicere audebit, attritionem, quæ dotibus hæc saluberrimis ornatur, ad impediendum peccatum actuale, non sufficere? Quis credere valebit, memorata officia, quæ penitens, Spiritu Sancto ipsum excitante, movente, et adjuvante, exequitur, actualem voluntatem peccandi non excludere? Enimverò cum voluntas isthæc peccatum actuale sit, si attritione illa non pelleretur, fieret utique, quod penitens in amaritudine animæ suæ peccata deploraret, de illis supernaturaliter doleret, ea detestaretur, meliorem vitam proponeret, seipsum ad gratiam præpararet, ac cetera opera illa perficeret, et simul actu peccaret. Quis vero evenire hoc ita posse, asserit? Quis peccatum actuale cum moribus his, ac præcipuè cum supernaturali dolore de peccato, ejus detestatione, et proposito melioris vitæ, seu emendationis poterit copulare? Nemo, ut arbitror, hujusmodi unionem unquam efficit: et ideo penitens dum supernaturaliter attritur, ac dolere de peccatis, nullum peccatum actuale, ac proinde nec actualem peccandi voluntatem secum habet. Homo sanè dum criminibus indulget, non dolore propter culpam, sed oblectamento potius affici, dicendus est; nec detestari delicta, sed amare; nec meliorem vitam proponere, sed deteriorem efficere; ac demum nec ad gratiam disponi,

(8) Sess. 14. cap. 8. (9) 3. p. q. 86. à f. c. et ad 1. (10) Sess. 14. cap. 1. de Extrema Unctione.

sed indisponi quam maximè, cum ad eam majus peccato impedimentum nullum sit.

6. Nec dixeris, attritionem, non servilem, sed initialem, quæ amore Dei concipiatur, superis illis motibus stipari, ac de ipsa affari Concilium, dum tot encomia attritioni defert. Pergratum quidem Initialistis, ac non, ut reor, pro Tridentini mente feceris, si id affirmaveris; siquidem præsertim ibi agit contra Lutherum, cum autem hic attritionem servilem ex solo timore profectam improbaret, sicuti superiori capite visum est, de ea similiter, me iudice, Concilium loquitur. Ipsum quidem de attritione ex turpitudinis peccati consideratione, vel ex gehennæ, et penarum metu, vel ex amissione æternæ beatitudinis, et æternæ damnationis incursum concepta expressè affatur, quæ servilis est proculdubio; attritionem verò quæ ex Dei amore proveniat, silentio omnino præterit: et ideo non de hac, sed de illa agere, mihi perspicuum est. Profecò si de attritione amore nata loqueretur, frustra, et inutiliter conditionatam eam clausulam adhiberet: „ Si voluntatem peccandi excludat: „ initialis quippe attritio, seu quæ dilectioni Dei super omnia innitatur, semper voluntatem illam pravam expulsaret, juxta Adversarios. Præterea attritio quamquam amoris consortio destituta sit, supernaturalis est; et idcirco thesis hæc, quæ oppositum annuntiabat, Vaticani fulmine fuit confixa. „ Attritio, quæ ex gehennæ, et penarum metu concipitur sine dilectione benevolentia „ Dei propter se, non est bonus motus, ac supernaturalis.“ Deinde melioris vitæ propositum attritioni sociatur in canone Concilii, quem præcedenti capite n. 11. produximus, et ibi hæc de initiali, sed de servili attritione sermo est. Imò propositum istud amori debet præire, pertinet enim ad spem, quæ amore prior est: is namque, qui à Deo veniam, et æternam beatitudinem sperat, firmiter statuere obstringitur, à culpis in posterum abstinere, alioquin vana erit spes illius. Unde D. Thomas de operibus agens ad justificationem necessariis, supradictum propositum ante amorem charitatis recenset, illudque spei attribuit dicens: (11) „ Quartus actus est motus spei, quo „ quis sub spe veniæ consequendæ assumit propositum emendandi. Quintus actus est „ motus charitatis.“ Idipsum tradit Catechismus Romanus inquitens: (12) „ Accedit „ spes impetrandæ à Deo misericordiæ, quæ eredi vitam, mores emendare constituit „ mus. Postremò charitate corda nostra accenduntur.“ Cum autem attritio, de qua nunc, spei motu ornetur, et emendationis proposito decorabitur, Porro si attritio servilis ante charitatis amorem, est supernaturalis, et secum habet emendationis propositum, habere similiter poterit cessationem à culpa, peccatorum detestationem, aliosque motus salutaris supra assignatos.

7. Demum peccatum actuale attritione servili præpediri, non jam conditionatè, sed absolutè tradunt Patres Tridentini agentes: (13) „ Si quis dixerit, gehennæ metum, per „ quem ad misericordiam Dei de peccatis dolendo confugimus, vel à peccando abstinemus, peccatum esse, aut peccatores peiores facere, anathema sit.“ Dolor itaque de peccatis ex gehennæ metu ortus, id est attritio ipsa servilis, nos à peccato abstinere, et ad misericordiam Dei confugere facit. Insuper ex eodem Tridentino ostensum est cap. I. et VI. attritionem secum habere cessationem à culpa, detestationem peccati, propositum non peccandi, inchoationem novæ vitæ, veterisque odium hæc vero cuncta omnimodis actuale peccatum aversantur. Quibus inspicis, peccandi actualem voluntatem, si actuale hæc sit peccatum, attritione concelli, Tridentinorum Patrum sensus esse videtur.

(11) 3. p. q. 85. à f. c. (12) p. 2. c. 5. n. 3. (13) Sess. 6. can. 8.



peccato habituali consistit: de ea namque loquitur, quam tollit charitas justificans; et hac habitualem auferit, non actualem quia dum ipsa simul cum gratia venit, habitualem culpam competit in anima, ac minime actualem; secus enim homo actu peccans justificaretur, quod fieri nequit omnino, et quia ante justificationem habere debet dolorem de peccatis, propositam emendationis, dispositionesque alias, quae cum actuali culpa non conveniunt, et quia iuxta Tridentinum debet etiam excludere peccandi voluntatem utique actualem, nam habitualis in justificatione ipsa expellitur gratia, charitatisque infusione. Fit quoque, Initialistas haud recte ex Augustino deducere necessitatem charitatis initialis ad excludendum peccandi voluntatem, quoniam non de initiali, sed de justificante ipsa loquitur: quin potius conficiendum, timorem satis esse ad actualem peccandi voluntatem auferendam; nam ideo non sufficeret, quia Augustinus ad id charitatem poenitentiae: aut quam petit charitas, nec initialis, sed justificans est, nec actualem, sed habitualem, quam in nobis invenit, expellit peccandi voluntatem.

10. In testimoniis adductis de supernaturali metu inferni sermo est, de eo videlicet, qui in Evangelio praecipitur, et ad dilectionem, charitatem, ac iustitiam preparat; unde asserendum videtur, quod timor iste excludit, aut impedit omnia peccata actualia tam externa, quam interna, et consequenter actualem quoque voluntatem peccandi, si impune liceret, aut si Deus non videret, nam vere est peccatum voluntas ista dicente eodem Augustino: „Mala voluntas iam sola peccatum est, etiamsi deus sit effectus: in ipsa intus voluntate peccat: in ipsa voluntate intus est reus:“ is nempe, qui peccaret, si impune liceret, aut si Deus non videret, Quamobrem cum voluntatem peccandi timentis attribuit, de eo, qui homines potius, quam Deum formidat, vel de illo affari censeo, qui Deum metuit quidem, sed metu aut naturali, aut serviliter servili, aut temporales solummodo poenas refugiente; secus autem de poenitente, qui timore supernaturali, gehennae afficitur ad eius justificationem ordinato: si vero huic etiam voluntatem illam adjudicet aliquando, aut de interpretativa, aut de habituali id accipias oportet; minime autem de actuali, quae actualis culpa sit. Similiter interpretatur Augustinum S. Bonaventura docens, ut dicam n. 19. in timente manere voluntatem peccandi, non semper in actu, sed in habitu, et radice. Enimvero timentis supernaturaliter qui voluntatem peccandi tribuerit, qua intus delinquit, et coram Deo reus fiat, Quaesnellum sapere videbitur, cui nullatenus suffragari, sed refragari omnimodis, firmiter statuendum est, Augustini doctrinam. Quaesnelli asserta damnata infra n. 20. reperies. Vide etiam cap. XXI n. 7.

11. His itaque pro Beatissimi Praesulis mente inspicenda enucleatis, sic illius, quae obiecta sunt, testimonia singularim solvo. In primo de metu tractat, qui non spiritalis, nec supernaturalis est, sed naturalis, et carnalis. Unde addit: „Mallet enim licere, et non dolere non licere, quod lex vetat, quia non spiritaliter delectatur ejus bono, sed carnaliter malum metuit, quod minatur.“ In secundo de timore naturali, ac temporalis supplicii metu eloquitur, uti lupi, leonis, et latronis, quibus neitur, produunt exempla: ille enim non aeternam, sed temporariam poenam naturaliter formidantes, rebus alienis impiis, ac rapaces adhibere manus metu ipso interdum officiantur, quamquam interitus earundem fruendarum ingenti ardeant desiderio. Augustinum profecto, timorem de quo, disceptatur, pro oculis tibi non habuisse, verba illa ostendunt. „Quid magnum est, potius timere, quandoquidem timor praestat magnum revera quid, ac mirabile est, mirum rex spiritualis, et supernaturalis praestantissimis, quos jam memoravi, comitibus stipata, quae Spiritus Sanctus, peccatores ad suam gratiam preparat accipiendam. In tertio, et quarto non de huiusmodi, sed vel de timore hominum, vel de naturali metu Dei agitur. In quinto de temporalium bonorum desiderio, ac metu ipsa amittendi, non vero de aeternis bonis, et malis affatur: tibi enim de Hebraeis disserit, de quibus haec ait. „Sola quae tibi (in veteri testamento) Deus pollicetur terre,“ quae promissa servantes, et quae pro novo Testamento ea ipsa significant, ignorantem,

eorum adipsendorum amore, et amittendorum timore, Dei praeccepta servabant.“ 12. Atverò expulsionem culpae, voluntatisque peccandi inferni metu peccata acquiescere renuit Sapientissimus Berti, et tam ideo ita evertere conatur: (29) Ut positive aliquid excludatur, opus est, ut inter utrumque, excludens scilicet, et exclusum pugna sit, et insociabilis oppositio. Ita enim fides infidelitatem excludit, ac non intemperantiam, quia non huic, sed illi adversatur: Unde et persaepe contingit, ut quis credat, et intemperans sit. Ad hunc ergo modum timor periculosis est, nam coercet contumaciam animi imperterriti minas, ac tormenta spernentis, nam huic contumacia opponitur semetipso. Verum quod timor excludat voluntatem peccandi secundum se, et in quantum est Dei offensam, id fieri non potest, quoniam peccato secundum hanc rationem non opponitur, nec habet cum eo repugnantiam. Sic ille.

13. Sedenim etiam contumaciam in eo peccatore coercet timor, qui non contumacia, nec minarum, et tormentorum despectu, sed ex mera fragilitate, aut ignorantia delinquit? Peccata igitur, quae ex his fontibus effluunt, timore non poterunt expelli quia timor id expellit, cui semetipso opponitur, et ita opponitur, contumacia: ignorantia autem, et fragilitas contumacia non sunt. Hoc autem Scripturae, et Patribus maxime congruere, non video, peccata, quin ullum excipiant, metu excludi, asserentibus. Nec strictim seu directe, quod ajunt, peccato, ut illud pellat, opponi debet timor, sicut colligitur ex hac Praeceptoris Angelici doctrina: (30) „Timor Dei operatur ad vitiationem cuiuslibet peccati, quia ut dicitur Prov. 15. Per timorem Domini declinat omnis à malo.“ Et ideo timor facit, negligentiam vitare: non tamen ita quod directe negligentiam timori opponatur, sed in quantum timor excitat hominem ad actus rationis. Timor itaque quia operatur ad vitiationem cuiuslibet peccati, vitare facit peccatum negligentiae, quamvis inter utramque nulla sit directa oppositio. Quamcumque igitur actualem culpam aliam, proptereaque actualem etiam peccandi voluntatem, quae ut com D. Augustino jam dixi, peccatum actualem internam est, hac ipsa ratione vitare similiter facit timor, etsi directe non opponatur ipsis. Id ipsum de virtute poenitentiae disserens docet his verbis: (31) „Qualibet virtus specialiter expellit habitum vitij oppositi, sicut albedo expellit nigredinem ab eodem subjecto: sed poenitentia expellit omne peccatum effectivè in quantum operatur ad destructionem peccati, prout est remissibile ex divina gratia, homine cooperante.“ Cum ergo timor etiam operetur ad destructionem cuiusvis culpa ita remissibilis, omnia similiter peccata expellere debet, licet eis formaliter non opponatur. Et hoc maxime in attrito homine praestat, in quo attritionem excitat, quae vera poenitentia est, et Sacramento adjuncta universa delet crimina.

14. Ceterorum veram aliquam cum omni peccato actuali oppositionem habet timor, ob quam illud repellere debet; Idque momentis hisce ostenditur: (32) „Timor Domini odit malum“ ut ait Salomon: odium autem vera est oppositio, aut oppositionem secum affert erga rem ipsam, quam odio habemus. Ipse infernalium poenarum metus his omnibus sese opponere censendus est, quae nos poenas illas mereri faciunt eas verò merendi culpa omni lethifera ratio est proculdubio. Timor dispositio ad gratiam est, ac peccatoribus, ut de flagitiis suis dolerent, et justificentur, à Deo ipso incutitur; et ideo rebus illis adversari debet, quae gratiam destruunt, justificationemque impediunt: hoc autem ita potenter praestat peccatum actuale grave, quodcumque illud sit, ut gratiam semper evertat, et nemo unum actu peccans justificetur; alioquin gratia, et peccatum simul essent, quod impossibile est. Profecto supernaturalis metus à Deo incussus valde peccato actuali reluctari, et cum eo esse nequit ob id saltem videtur, quod aliter flagitiosus homo ob sua scelera Deum supernaturaliter timeret, et insimul peccaret; quod cuique inverisimile erit, nam ferialis noxa, quod maximam Deo inferat injuriam, praestantissimo timore illo quemque indignum reddit. Quis ergo credi-

G f

(29) lib. 74. de Theolog. Disciplinis Cap. 1. propos. 1.

(30) 1. 2. q. 54. a. 2. ad 4.

(11) 1. p. q. 85. a. 2. ad 1.

(12) Prov. 8. 13.

S. Bernardus ita de timore ad Sororem loquitur: (14) „Nulla res nos sic ab omni peccato custodit immunes sicut timor inferni, et amor Dei. Deum timere est nulla mala facere, et nulla bona, quae facienda sunt, praeterire. Timor Domini est fons sapientiae. Timeat Dominum bene erit in extremis, et in die mortis suae benedictur. Soror venerabilis, bonum est nobis, timere Deum, quia timor Domini expellit peccatum. Timor Domini semper emendat. Timor Domini reprimat vitium. Timor Domini cautum facit hominem, atque sollicitum. Ubi verò timor non est, ibi perditio est animae. Ubi timor non est, ibi dissolutio vitae est. Ubi timor non est, ibi est abundantia peccatorum.“ Angelicus Praeceptor ait: (15) „Primum enim propter quod aliquis maxime incipit peccatum vitare, est consideratio poenae inferni, et extremi iudicii: et ideo dicitur Eccli. 1. 16. Initium sapientiae timor Domini: et ibidem 37. Timor Domini expellit peccatum. Licet enim ille, qui ex timore non peccat, non sit justus, inde tamen incipit justificatio.“ Et inter actus, qui justificationi intersunt, timori nos à culpa revocanti sic locum tribuit: (16) „Tertius est motus timoris servilis, quo quis timore suppliciorum à peccatis retrahitur.“ S. Laurentius Justinianus ita de timore disserit: (17) „Sicut enim securitas est ad lapsum facilis, ita timor à lapsu protegit, quia odit vitia, virtutes custodit, cor sedula vigilantia observat, ab ingressu ejus noxiae cogitationes repellens clava terribili, videlicet memoria aeternae poenae. Timor hominum peccandi differt facultatem, et operationem; non autem auferit, sed retinet voluntatem, donec habeat opportunitatem, vel occasionem: unde et quos suspendit à crimine, avidiores reddit ad crimen, et astat animo, quousque perficiat quod malum cogitat. Solus enim Dei timor est, qui nocentes corrigit, fugat crimina, et perpetuum confert bene agendi voluntatem.“ Ubi discrimen in hac concertatione summopere opportunum tradit, nimirum quod timor hominum non auferit, sed differt peccandi voluntatem; Dei verò timor nedum illam auferit, sed confert etiam bene agendi voluntatem. Deum S. Athanasius sic Magni Antonii cum Diabolo confictus, et amica, quibus eum superabat describit: (18) „Ille per noctes in pulchrae mulieris vertebatur ornatum, nulla omittens signenta lasciviae; hic ultrices gehennae flammis, et dolorem vermium recordans ingesta sibi libidini opponerat. Ille lubricum adolescentiae iter, et ad ruinam facile proponebat: hic aeterna futuri iudicii tormenta considerans, illasam animae puritatem per tentamenta servabat.“ Deinde hac tanquam veteranus, ac experientissimus miles discipulis suis tradebat documenta S. Abbas: „Cessabit mulierum amor, libidinis extinguetur incendium, invicem nobis debita nostra donabimus, ante oculos semper habentes ultimae retributionis adventem: quia major formido iudicii, et peccatorum timor horridus, simul et lubricae carnis incentiva dissolvit, et ruentem animam quasi ex aliqua rupe sustentat.“

6. Una viri hujus mirandi auctoritas, quamquam alia fundamenta deessent, satis superque erat, ut timor inferni actuale peccandi voluntatem, seu actualia omnia delicta propulsaret, aut praepedire crederetur. Verum Scripturae, et Patrum luculenta adeo, ac decretoria sunt testimonia, ut de hoc amplius ambigere, nefas mihi sit. Excludit itaque gehennae metus à Spiritu Sancto in ordine ad justificationem incensus ea crimina, quae actu animam inficiunt, aut polluere tentant: idque haud negativè, ut inquitur plerique, sed positivè praestat, illis videlicet obsistendo, ac repugnando. Ad ipsa utcumque, vel negativè vitanda, sufficit objecti noxii oblitio, cessatio pravi operis, mentis divagatio, cogitatio alterius rei, somnus, studium, aliudve negotium: ceterum vitatio hujusmodi nec est supernaturalis, nec disponit ad gratiam, nec impijs, ut justi fiunt, à Spiritu Sancto confertur, nec secum habet supernaturalem dolorem de peccatis, illorum odium, detestationemque, propositum emendationis, seu mellioris vitae, ac spem veniae, et erga beatitatem, beantemque Deum concupiscentiae amore: cum autem attriti homi-

(14) De modo bene vivendi. Serm. 4. de timore Dei. Opus autem istud Bernardi plures abundant. (15) de duobus praecipis charitatis, et decem legis praecipis, in prologo. (16) 1. p. q. 85. 2. c. (17) in ligno vitae, de timore c. 2. (18) Cap. 4. et 5.

nis metus, de quo agitur, habeat haec omnia, haud negativè, sed positivè peccatum expellere, dicendus est. Profectò si timor hic inferni negativam dumtaxat culparum efficeret expulsionem, Scriptura, et Patres magnificis adeo laudationibus eum nullatenus exornarent; nam qui dormitionis ergo, aut oblivionis noxam omittit, nullam ob id laudem meretur; et ideo neque timor feret laudabilis, si culpam perinde ac oblitio, aut dormitio praepediret. Atverò qui attentius Scripturae, et Patrum allata inspicit documenta, agnoscat protinus, quod nobiliori, ac utiliori ratione inferni timor, quam is, qui aut somno oppressus, aut rei illicitae inmemor, aut varijs distentus est curis, et negotijs, crimina repellit, videlicet eisdem resistendo, et resistentia hac homines ad gratiam comparando. Quocirca merito inquit S. Bernardus: (19) „Timor Domini, ut ait Scriptura, expellit peccatum, sive quod jam admissum est, sive quod tentat intrare. Expellit sane illud quidem panitendo, hoc resistendo.“ Homo timore panitendo, ad gratiam preparatur, et eodem timore peccato resistendo, illud expellit positivè: penitentia, seu preparatio ad gratiam, quam timor efficit, positiva est: à cur itaque resistentia illa, expulsioque peccati positivè non erunt?

7. Ajunt tamen Initialistae, timorem inferni, licet supernaturalem, et perutilem, peccatum, et peccandi voluntatem ipsius hominis timentis causa non excludere, qui rei pravae desiderium fruenda, saltem si impune liceret, in corde suo servare soleat: unde praefata voluntatis improba conservatio non timoris, sed timentis vitium est, dicunt ipsi. Ceterum hoc etiam cum veritate pugnare existimo, siquidem voluntas, et desiderium peccandi peccatum rejeta sunt, nam ut ait Augustinus: (20) „Mala voluntas jam sola peccatum est, etiam si desit effectus, id est, si non habeat potestatem.“ Cum verò peccata timore expelli, Scriptura, et Patres clementer, ipso quoque desiderio, et voluntate peccandi debent excludi. Deinde homo timens, de quo nunc, is nempe, qui supernaturali metu percussus, et attritus est, peccatum fugit, odit, detestatur, de culpa dolet, à peccando abstinet, ad misericordiam Dei confugit, emendationem proponit, novam vitam inchoat, veniam sperat, ad gratiam preparatur, et ut à cunctis iniquitatibus suis expietur, Deoque gratus, atque ejus amicus fiat, ad Penitentiae Sacramentum accedit: quomodo ergo actu simul peccabit? Quomodo voluntatem, ac desiderium peccandi in corde suo una fovebit? Qua id ratione fieri valeat, poenitentis ignoro, et ab alijs elucidari satis, non video. Sanè Dei bonitas, et justitia, ut nos à malo coerceant, potentissimè sunt: bonitas dum amatur, tam absolutam, quam conditionatam peccandi voluntatem à nobis auferit: cur itaque eam non tollet etiam justitia, dum timeatur? A criminibus et vir justus amando, et homo attritus timendo abstinent: ille ni amaret, ad illicita facile raperetur, sicut iste, si timeret: prior tamen dum culpam amando vitat, nec voluntatem peccandi, nec peccati desiderium in corde servare dicitur: cur igitur alter servare censendus est, cum scelera timendo cavet? Imò et si certum sit, quod justus, deficiente amore eum frenante, delinqueret, ob id tamen dum amat, gratiae possessione non est indignus: similiter ergo quamquam attritus homo, excluso timore illum compescente, peccaret, non est indigne, dum timeat, ad gratiam in Sacramento obtinendam indispositus, sicut esset revera, si adhuc peccatum desideraret. In neutro proinde est positiva peccandi voluntas, sed interpretativa dumtaxat in humana fragilitate consistens, quae praecipis in malum ruet, nisi in altero colli-beatur amore, et timore in altero. Ast luculentius est id edisserendum. Qui conditionate ait: „peccarem, si infernus non esset:“ delinquendi voluntatem in corde suo adhuc fovet: eam tamen à se omnino excutit, qui absolute dicit: „nolo peccare, quia est infernus, vel quia infernum timeo:“ et hic quidem, secus vero ille attriti hominis sensus est. Praeterea attritus homo inquit: „nolo peccare, quia timeo Deum ju-“ dicem, et quia eum amo bonum mihi:“ contritus autem: „nolo peccare, quia me-“ tuo Deum Patrem, et quia eum diligo in se bonum:“ uterque sane, ni ita amaret, ac metueret, delinqueret: contritus nihilominus peccandi voluntatem non habere asseritur: qui igitur eam habebit attritus? Denique vel rigidiores ipsi Initialistae fateri solent, timo-

(19) Serm. de diversis affectibus animae. (20) lib. de Spiritu et littera, c. 31. B. 144

rem, dum voluntatem peccandi non excludit, opus esse pravum: id ipsum statuit quoque S. Bonaventura n. 19. referendus: cum autem ex doctrina Ecclesie cap. I. stabilita, timor, de quo nunc, actus bonus sit, ac supernaturalis, ab eo voluntatem illam destrui, dicendum est. Vide cap. xxvi. n. 2. et xxix. n. 27.

8. Adversarii vero præclarissimum Ecclesie lumen, ac decus Augustinum pro sua esse sententia contendunt: quod ut evincant, plura ipsius testimonia consarcinante amant, quam scrutari vacat: præcipua hæc videtur. Primum: (21) „Timor namque iste, quo non amatur justitia, sed timetur pœna, servilis est, quia carnalis est; et ideo non crucifigit carnem. Vivit enim peccandi voluntas, quæ tunc apparet in opere, quando speratur impunitas.“ Secundum: (22) „Qui timore pœnæ non concupiscit, puro quia concupiscit. Terrore ingenti armorum, atque telorum, et circumdantis forsitan multitudinis, vel obviam euntis, etiam leo revocatur à præda: et tamen leo venit, leo redit: prædam non rapuit, non malitiam posuit. Si talis es, adhuc justitia est, quæ justitia tibi consultis, ne torquearis. Quid magnum est, pœnam timere? Quis eam non timet? Quis latro? Quis sceleratus? Quis nefarius? Sed hoc interest inter timorem tuum, timoremque latronis, quod latro timet leges hominum: et ideo facit latrocinium, quia sperat, se fallere leges hominum: tu autem leges ejus times, ejus pœnam times, quem fallere non potes. Nam si fallere posses, quid non fecisses? Ergo et concupiscentiam tuam malam, non amor tollit, sed timor premit. Ad ovile venit lupus: latratu canum, et clamore pastorum, ab ovili reversus est lupus: ipse tamen semper est lupus.“ Tertium: (23) „Sub lege est enim, qui timore supplicij, quod lex minatur, non amore justitiæ, se sentit abstinere ab opere peccati, non dum liber, nec alienus à voluntate peccandi. In ipsa enim voluntate reus est, quæ mallet, si fieri posset, non esse quod timeat, ut liberè faciat, quod occultè desiderat.“ Quartum. (24) Potuit enim esse intus in affectionibus pravis prævaricator legis, et tamen conspicua opera legis implere, vel timore hominum, vel ipsius Dei; sed pœnæ formidine, non dilectione, et delectatione justitiæ. Aliud est enim voluntate benefaciendi benefacere, aliud autem ad malefaciendum sic voluntate inclinari, ut etiam faceret, si hoc posset impune permitti. Nam sic projecto in ipsa intus voluntate peccat, qui non voluntate, sed timore non peccat.“ Quintum: (25) „Sic autem præcepta qui facit (nempe timore) proculdubio invitatus facit, ac per hoc in animo non facit: magis vult enim, omnino non facere, si secundum ea, quæ cupit, et metuit, permittatur impune. Ac per hoc in ipsa voluntate intus est reus, ubi ipse, qui præcipit, inspicit Deus.“ Hæc S. Doctor, in quibus aperte docere videretur, neque voluntatem peccandi, neque interiorem malitiam, ac propterea neque internam peccata actualia pœnæ timore excludi. Alia ipsius consulto testimonia mitto, quæ Adversantium aliqui proferunt, et timorem pœnæ, aut malum, aut invitum probant; hæc enim ad rem non esse censeo, quia bonum, et liberum timorem gehennæ, de quo hic, Tridentinum, ut ex dictis constat declaravit: qua propter de eo Beatum Antistitem affari, ne ipsum Ecclesie sensui refragari credatur, nefas est affirmare.

9. Videndum igitur, antequam opposita solvantur, quid de supernaturali inferni metu senserit ipse. Ac primò ait: (26) „Audistis cum Evangelium legeretis. Ubi verbum corum non morietur, et ignis eorum non extinguetur. Audiunt hæc homines; et quia verè futura sunt impijs, timent, et continent se à peccato. Habent timorem, et per timorem continent se à peccato. Timent quidem, (sed non amant justitiam, (amore charitatis) Cum autem per timorem continent se à peccato, fit consuetudo justitiæ, et incipit, quod durum erat, amari, et dulcescit Deus, et jam incipit homo propterea juste vivere, non quia timet pœnas, sed quia amat aternitatem. Exclusus est ergo timor à charitate, sed successit timor castus.“ Gehennæ itaque metu peccatum homines vitant, quin ullo ad id charitatis actu, vel amore egeant, quia „timent

(21) Serm. 25. in ps. 118. n. 7. (22) Serm. 169. al. 15. de verbis Apostoli. c. 6. n. 8.
 (23) de natura, et gratia contra Pelagium. c. 57. n. 67. (24) l. 1. contra duas Epist. Pelagianorum, c. 9. n. 15. (25) lbi lib. 3. c. 4. n. 9. (26) Enarrat. in Psalm. 117. n. 7. et 8.

quidem, sed non amant justitiam: amore utique charitatis. A timore peccata vitante ad initialem, seu incipientem transeunt amorem: „quia incipit quod durum erat amari: verum amor iste, licet incipiens, et initialis, justitiam jam secum affert, siquidem cum eo „incipit homo juste vivere.“ Atvero expositione aliqua indigere existimo verba hæc, quæ addit: „Timore facit, quicquid boni facit, non timore amittendi bonum illud, sed timore patiendi illud malum: non timet, ne perdat amplexus pulcherrimi sponsi, sed timet, ne mittatur in gehennam. Bonus est et iste timor, utilis est, non quidem permanebit in sæculo sæculi: sed nondum est ille castus permanens in sæculo sæculi.“ Hæc, inquam interpretanda sunt, quandoquidem cum amissio beatitudinis attritionis motivum sit, ut ex Tridentino statui cap. I. qui hæc de causa atteritur, etsi nondum habeat timorem castum, vere timet, ne æternum bonum perdat, amplexusque divini sponsi: et ea propter supra dicta verba de eorum accipienda, qui non gloriæ iacturam, sed corporale dumtaxat cogitat ignis cruciamentum. Atvero iterum audiendus est S. Doctor: (27) „Sunt homines, qui propterea timent Deum, ne mittantur in gehennam, ne forte ardeant cum diabolo in igne æterno. Ipse est timor ille, qui introducit charitatem; sed sic venit, ut exeat. Si enim adhuc propter pœnæ times Deum, nondum amas quem sic times. Non bona desideras, (charitatis desiderio) sed mala caves. Sed ex eo, quod mala caves, corrigis te, et incipis bona desiderare.“ Timor mala caver, et introducit charitatem, idque sine amore pravio, et quia „nondum amas quem sic times:“ et quia de hoc timore subdit: „Non enim venit ex amore Dei.“ Denique ait: (28) „Serviliter times, formido est mali, nondum dilectio boni. Sed time tamen, ut ista formido custodiat te, ut perducat ad dilectionem. Timor enim iste, quo gehennam times, et ideo mala non facis, continet te; et sic volentem peccare animo interiorem non sinit. Est enim quidam custos timor quasi prædagogus legis: litera est minans, nondum gratia juvenans. Custodiat tamen te timor iste, dum non facis timendo, et venit charitas, intrat in cor tuum, et quantum illa intrat, tantum timor exit... Iste timor ille servilis est, custos quidem malorum, et abstinere se à malis, et abstinendo digni sint, ad se admittere charitatem.“ Ubi non solum peccata externa, sed interna quoque, seu quæ interior animus committit, metu cohiberi, satis aperte indicat: et id similiter absque amoris ope, quia „formido est mali, nondum dilectio boni.“ Unde peccatores sine amore, ac propterea cum solo timore sic abstinere se à malis, ut digni, seu dispositi ad charitatem reddantur: indispositi autem efficerentur, atque indigni dum timent, si peccandi actu haberent voluntatem, quoniam voluntas ista peccatum quoddam est. Et observet æquum erit, S. Doctorem charitatem quidem, seu dilectionem exigere, ut peccandi voluntas arceatur; ac justificantem, seu gratiæ consortem, non initialem, et culpæ sociam: et est ratio: quia charitas, quam ad id postulat, servilem pellit timorem, hic namque „sic venit ut exeat:“ et „quantum charitas intrat, tantum timor exit:“ et „exclusus est ergo timor à charitate.“ Quamobrem astruit, hominem serviliter timentem adhuc non habere charitatem, sive dilectionem: „Timent quidem, sed non amant justitiam... Nondum amas, quem sic times... Formido est mali, nondum dilectio boni.“ Ubi eversa in antecessum videtur Initialitatum sententia opinantium charitatem, seu dilectionem una cum servili timore peccatoribus inesse, dum recte ad Penitentiam comparatur. Porro timor servilis non pellit charitatem initiali, quoniam hæc, si quando existeret, prævia foret ad justificationem dispositio; et ideo manere posset cum habituali peccato, ac proinde etiam cum timore servili hic enim cum peccato eo semper, et in peccatore dumtaxat reperitur, Idcirco quod licet bonus sit ipse, ejus servilitas est mala, sicut cap. I. num. 9. dixi cum D. Thomæ: quapropter ea excluditur charitas, quæ peccatum illud expellit, et hujusmodi non initialis, sed justificans est. Vide cap. XIII. num. 14. Exinde fit, Augustinum, dum timenti attribuit peccandi voluntatem non de actuali, quæ actualis culpæ est, affari, sed de habituali, quæ iū

G

(27) Tract. 9. in Ep. Joan. n. 7.

(28) Serm. 161. al. 18. de verbis Apostoli c. 8. et 12.

Inferni timor pellit etiam peccandi voluntatem.

1. **V**oluntas peccandi, juxta nuper asserta, si habituale est peccatum, per sanctificantem dumtaxat gratiam excluditur: si in repugnantia ad bonum, facilitate ad malum, aut alia simili ex peccati reliquiis consistat, virtutum actibus post justificationem in valentibus, et Unionem Extrema abstergitur in aegrotis: si peccatum sit actuale, ut verisimile videtur, attritione metu exorta superatur. Initialista tamen vim ad hunc effectum prestandum, gehennae metus, et ex eo nata attritioni demunt. Id verò Tridentini canoni in fine precedentis capituli laudato nil admodum congruente, crediderim, in quo gehennae metu nos à peccato abstinere pronuntiatur. Sed ut illorum doctrina amplius oppugnetur, et timore illo expelli, aut impediri ostendatur actualis peccandi voluntas, seu actuale peccatum, de quo timore predeat attritio, et agatur hic, explanare est.

2. Itaque haud unus omnibus memenda sibi gehennae et modus, et ratio suppetit, alius enim inutiliter, utiliter alius timet. Contremiscunt Demones, sed tremor eorum inanis, quia perniciosa Dei odio federe copulatur aeterno. Timent et Acaholici, sed incassum trem, quoniam ipsorum timor, perinde ac fides, naturalis est. Inutiliter quoque ex Orthodoxis metuant complures, si nimirum, qui à vitis, et peccatis desecti nolunt, in quibus idcirco Inferni timor et naturalis similiter, et serviliter servilis est. Horum omnium timor ne dum habituale, sed actuale etiam peccandi voluntatem, et erga peccata ipsa amorem, vividamque affectionem servare potest: quapropter ut ineptus ad Christi Sacramenta rejici debet in praesens. Verum est alius ab hoc quammaximè distans: aeternarum poenarum metus, qui est supernaturalis, et impii hominibus, ut justificentur à Spiritu Sancto incutitur. Hujusmodi timor in eorumdem impiorum cordibus formidolosam excitat attritionem, et ideo intimum de peccatis dolorem, eorum odium, ac detestationem, propositum melioris vitae, ceterosque salubres motus, quos attritionis comites superiori etiam capite dixi, secum pariter habet: cum aliquo insuper amore jungitur in homine attrito Sacramentum accipiente; hic enim non solum à poenis Inferni liberari, sed etiam eorum Deo justificari, ipsiusque in gratiam, et amicitiam redire, atque aeternae vitae dignus fieri optat, et satagit: ac propterea ipsam caelestem beatitudinem, necnon beatam, seu remunerantem Deum concupiscentia amore eidem prosterni cognoscitur.

3. Talis est in homine attrito infernalium poenarum timor, quo peccatum actuale, proindeque actuale peccandi voluntatem à se repellit: cum his enim timor ille non consistit, quia si attritio supradictis actibus munita peccati illius, et voluntatis nullatenus fert consortium, neque id timor, quod modibus ipsidem ornetur, perferre modo ullo poterit. Verum quoniam Adversantes doctrinae suae fidenter insistunt, eam amplius, fortiusque impugnare, ac metu peccata vitari, perspicuum reddere, opere non vix pendunt. Sed ante omnia quid de timore Scriptura pronuntiat, audendum est.

Cum decalogus inter tonitrua, et fulgura promulgatus fuit, Hebraei maximo pavore concussi sunt: Moyses verò, quo eos erigeret, dixit: (1) „Nolite timere, ut enim probare vos, venit Deus, et ut terror illius esset in vobis, et non peccaretis.“ Terror itaque à Deo inensus, adversus peccata, seu ad illa impedienda praesens est remedium. Rex Salomon inquit: (2) „Per timorem autem Domini declinat omnis à malo.“ A peccandi ergo voluntate actuali, si mala, aut actuale peccatum est, omnes, qui timent Dominum, declinant. Ecclesiasticus similiter ait: (3) „Timor Domini expellit peccatum, nam qui sine timore est, non poterit justificari.“ Ubi loquitur de timore justificationem praeviente, qui servilis est, et subdit: (4) „Qui timent Dominum, custodiunt mandata illius, et patientiam habebunt usque ad inspectionem illius, dicentes: si penitentiam non egerimus, incidemus in manus Domini, et non in manus hominum.“ Hic similiter de timore servili, sicut de servili penitentia

(1) Exod. 10. 20. (2) Prov. 15. 27. (3) 1. 27. (4) 1. 21. 22.

sermo est apertissimè; et timori hujusmodi ad impedienda peccata virtus tribuitur, quia si timentes Deum mandata illius custodiunt, ipsam nullatenus offendunt, omnis quippe Dei offensa mandati alicujus transgressio est, juxta illud Apostoli: (5) „Ubi enim non est lex, nec praevicatio.“ Adde Insuper Ecclesiasticus: (6) „In omnibus operibus tuis memorare novissima tua, et in aeternum non peccabis.“ Ubi memoria Inferni, qui inter novissima computatur, ipsum nos reformidare, et à peccato coluberi, ostenditur. Fortissimus aequè, ac Sanctissimus senex Elazarus ejusdem Inferni metu à noxa inique comessionis sese immunem custodivit, dicens: (7) „Ergo in praesenti tempore supplicij hominum cripiar, sed manum Omnipotentis nec visus, nec defundus effugiam.“ Et cum postmodum dirissime torqueretur, sic exclamavit: „Domine qui habes sanctam scientiam, manifeste tu scis, quia cum à morte possem liberari, (peccando scilicet) duos corporis sustineo dolores: secundum animam verò propter timorem tuum libenter haec patior.“ Quibus verbis clarè ostendit, gehennae metum non solum ad vitanda peccata sufficere, verumetiam eam hominibus virtutem praebere, ut truculentam mortem optetere, imò et libenter subire possit, quam peccare, interdum metuentes ipsi constituunt. Christus Dominus nos etiam gehennae metu à peccato revocat, dum inquit: (8) „Si oculus tuus scandalizat te, eji- ce eum: cum bonum est tibi luscum in rore in regnum Dei, quam duos oculos habentem mitti in gehennam ignis: ubi vermis eorum non moritur, et ignis non extinguitur.“ Hinc metum gehennae, seu immortalis vermis, et ignis inextinguibilis, qui damnatos omnes miserimè, ac aeternaliter excarnificabunt, presentaneum adversum peccata remedium dicere oportet; neque enim Servator noster noxae vitandae, redispiciendaeque saluti inopportuna, et inefficacia medicamenta praescripsisse nobis, censendus est. Innumera fere alia Scripturae divinae loca hanc ipsam roborant veritatem, et illa in primis, quae nos ad penitentiam metu faciendam inducunt: timor enim, nisi culpam impediat, veram non efficit penitentiam; quis namque verè penitentem eum dixerit, qui actu delinquit? At omnia ea pratero, ut aliqua etiam Sanctorum Patrum, quae illam similiter muniant, testimonia proferam.

5. S. Basilii haec ait: (9) „Sicut clavis transfixi membra corporis immobilia habet ad actionem, sic quibus divinus timor animam occupavit, omnem ex peccati affectionibus vexationem effugiunt. Qui verò perfectum timorem assumpsit, et omnia propter metum formidat, nihil peccabit.“ Postea extremi judicij horrorem, ac inferni cruciamenta describit, et ita concludit: „Hae time, et hoc timore eruditis animam à concupiscentia ad mala velut freno quodam relide.“ S. Hieronymus inquit: (10) „A malis per suppliciorum formidinem recedamus. Deus omnipotens sciens differentiam filii, et servi, à filio gloriam, à servo timorem expetit, principium enim sapientiae timor Domini, ut de timore servorum ad filiorum gloriam transeamus.“ Supplicij ergo timor à peccato nos segregat, aptaque proinde ut de servis ad filii statum, id est de culpa ad gratiam transeamus. S. Joannes Chrysostomus ait: (11) „Non potest cogitare peccatum, qui supplicium cogitando veretur. Formido supplicij abolitio est peccati. (12) „Quid gehenna gravior? Sed hujus metu nil utilius. Gehenna namque timor regni nobis offert coronam. Ubi timor est, livor non est: ubi timor est, pecuniarum amor non vexat: ubi timor est, extinctus furor est; cupiditas improba correpta, omnis irrationalis passio exterminata. Nihil enim tantum peccata quidem consumit, virtutem verò crescere facit, et germinare, quantum continui timoris natura. Propterea qui non vivit in timore, recte illum agere, non est facile: sicut vicissim cum timore viventem est impossibile peccare.“ S. Prosper de aeternis cruciamentis agens ait: (13) „Haec, et multa similia cogitare, nihil est aliud, quam vitis omnibus repudium dare, et omnia blandimenta carnalia refrenare.“

(1) Rom. 4. 15. (2) 7. 40. (3) Machab. 6. 26. 10. (4) Marc. 9. 26. (5) In psalm. 111. (10) In cap. 1. Malachia. (11) Serm. super illud Isaie 1. Si volueritis, etc. (12) Hom. 15. ad Popul. Antiochenum. (13) Lib. 1. de vita contempl. et 21. Sed libet iste tribuitur etiam Juliano Pomerio.

derit, quod homo ille dum graviter Deum offendit, eum supernaturaliter formidet. Quis dicere audebit, quod Deus saluberrimum timorem huic eidem illi tum conferrat, quando ab eo atrociter lacessitur injuria? Homo certe nunquam Deum metuere minus ostendit, quam cum illum peccando offendit. Præterea timor ille utpote à Spiritu Sancto impiis hominibus ad eorum justificationem illatus opportuna est ad gratiam dispositio: peccatum contra indispositio omnium maxima: quocirca si impij ipsi peccarent simul, et timerent, dispositi ad gratiam, et indispositi unâ efficerentur: quod admodum difficile mihi est. Timor insuper fuga est à malo futuro: infernum fugit, qui infernum timet. Culpa è diverso gehennæ nos addicit, et ad eam facit propinquare. Quapropter si peccatum, et timor nec inter se oppositionem, nec ut convenient, habent repugnantiam, is qui infernum timet, et simul peccat, ad ipsum peccato appropinquabit, ab eoque auferget timore. Hoc verò aquè arduum apparet, ac Mexico recedere, unâque ad ipsam accedere. Unde quemadmodum istiusmodi accessus, et recessus sibi invicem adversantur, et simul esse nequeunt, ita, meo saltem iudicio, non bene conveniunt, nec in una sede morantur peccatum, et timor. Deinde supernaturalis gehennæ formido dolorem de peccatis in attrito homine secum semper habet: dolor verò isthic non consistit cum peccato, siquidem ut pius aquè, ac doctus Cardinalis Hosius inquit (33) „ Dolere de peccatis nemo potest, nisi prius ab illis cessaverit: idque plurimis evincit Scripturæ documentis, quæ tamen ipse prætereo, quod res patentissima videatur. Præsertim quia ultra dolorem huic, culpe detestationem, propositum melioris vitæ, salutareque motus alios, quos attritionis comites dixi, attriti hominis formido secum etiam habet: quomodo ergo simul ipse peccabit? Numquam propositum illud, detestationem culpæ, et dolorem de peccatis peccato attexere valebit? Is sanè, qui in proxima delinquendi occasione versatur, aut prava consuetudine laborat, neque verum de peccatis dolorem, neque firmum emendationis animum habere existimatur, et ideo sacramentalis absolutionis beneficio jure merito privatur. Quomodo itaque ille, qui actu peccat, propositum non peccandi, et dolorem habebit de peccatis? Numquid peccandi occasio, et consuetudo magis, quam culpa ipsa dolori, et proposito reluctatur? Nemo id asseverare audebit, proptereaque neque verus de peccatis dolor, ac detestatio, neque firmum emendationis, sive non peccandi propositum in hominè, qui actu peccat, vel dum actu delinquit, comperiri valebunt. Cum ergo homo attritus Deum iudicem, seu gehennam supernaturaliter formidans, dolore, detestatione, et proposito prædictis afficiatur, ipsum nullatenus tum peccare, seu nullum habere actuale peccatum, aperte cognoscitur. Interdum homines, quamquam christiani non sint, vel humani iudicis temporalem minantis penam naturali formidans, aut amicorum consiliis, aut propter honorem, utilitatem, aliudve naturale motivum à malo firmiter recedere, et peccatum, peccandique voluntatem penitus excludere conspiciuntur: cur igitur idipsum facere non poterit Christianus homo ob supernaturalem divini iudicis æternos ignes minitantis formidinem? Cur ob spem veniæ, dolorem, et detestationem peccatorum, justificationis, ac beatitudinis concupiscentiam, aliosque salubres valde motus, qui eum sic formidantem, Dei misericordia afficiunt? Vel noxi ipsi homines ob animi nostri inconstantiam peccata nonnulla, quæ eis admodum ante placuerant, postmodum aversantur, et odio habent maximo, sicut odit Amnon sororis consuetudinem. Quare itaque peccator jam respiciens, ob inferni metum, spem veniæ, beatitudinis desiderium peccata sua exosa habere, ac dimittere, non poterit? Extremum is, qui finem vult aliquem obtinere, media, quibus acquirendus est, velle etiam, et exequi convincitur: homo autem timens, præcipue dum atteritur, et ad Sacramentum accedit, justificari vult: et ideo media ea velle, et exequi censendus est, quæ ad id desiderantur: ast peccati, peccandique voluntatis expulsio medium est ad justificationem necessarium. Fundamina isthæc satis probare opinor, timorem inter, et peccatum veram extare oppositionem, repugnantiamque, et una idcirco esse non posse: compertis tamen eorum insociabilitatem prodant, quæ superius laudavi, Scripturæ, et Pa-

(33) Confessione catholice fidei. c. 46. de contritione.

trum testimonia. Præterquamquod inferni timorem, sicut et recensita alia, quæ eum comitantur, supernaturalia opera, haud virtute sua attritus homo, sed peculiari Spiritus Sancti motu agit, et adiumento: nullumque propterea dum illa exercet, delictum perpetrat, quia ut ait D. Thomas (34) „ Quamvis aliquis sequitur motionem Spiritus Sancti, non peccat: sed quando resistit, tunc peccat. Et etiam ait: (35) „ Alia (pena) est, pro cuius vitiatione numquam fit peccatum, sed magis vitatur, sicut pena, quæ erit post hanc vitam, et hanc penam fugit timor servilis. Homo itaque non peccat, sed magis peccatum vitat, dum serviliter timet, et fugit penam æternam: quinimò hanc nec fugeret, nec vitaret, si tum delinqueret, cum sceleris ergo ea dignus redderetur.

15. Exolutio hinc ad ea, quæ de fide ajebat Berti, nascitur: etenim fides nec intemperantiam opponitur, nec de illa dolorem, ac detestationem, nec propositum eam vitandi habet secum: si autem credens hujuscemodi haberet adus erga intemperantiam, excluderet illam proculdubio. Timens vero, de quo nunc, cum de peccatis suis dolear, ea detestetur, ab ipsisque emergendi, et meliorem vitam suam efficiendi firmum habeat animum, illa expellere à se prorsus debet.

16. Sed allato testimonio illo Augustini: „ Qui timore penæ non concupiscit, puto, quod concupiscit: inquit Auctor perdoctus: (36) „ Nimirum non concupiscit peccatum, ut inferi æternum exitium, concupiscit illud tamen, quatenus peccatum est: quemadmodum leo, dum ingenti terrore revocatur à præda, hanc utique non rapit, ne relo confodiat, at non deponit malitiam, qua prædam ipsam, ut præda est, appetebat. Atque hoc etiam exemplum profert eo loco Augustinus. Hinc vides illud, quod timore agitur, non esse extortum, et coactum, sed esse liberum, et voluntarium, habere tamen, et compati secundum se repugnantiam in voluntate eo propositus modo, ne omittam vulgare exemplum, quo mercator, etiamsi velit merces proferre in mare, projecitque reipsa, ut naufragium evadat, merces tamen ipsas in se spectatas amat adhuc, easque servare vellet, modo posset absque vitæ discrimine. Hucusque ille: ubi neutiquam de habituali, sed de actuali affatur concupiscentia prava, quæ amore Dei super omnia ante justificationem, ipso iudice, acceri debet: et idcirco homo dum timet supernaturaliter infernum, actu concupiscit peccatum quatenus peccatum est, proptereaque actu peccat, quia actualis concupiscentiâ rei illicitæ, uti est peccatum, quatenus peccatum, vera culpa est, juxta illud: (37) „ Audistis, quia dictum est antiquis: non machaberis. Ego autem dico vobis: quia omnis, qui videt mulierem, ad concupiscendum eam, jam machatus est eam in corde suo. Igitur non solum macha ipsa, sed et concupiscentia illius peccatum est, ac proinde flagitij alterius cujuscumque concupiscentiâ culpa similiter erit. Unde si is, qui infernum timet, concupiscit adhuc peccatum, quatenus peccatum est, sine dubio peccat. Et hoc ipsum clarè innuit Auctor præfatus, dum astruit, quod peccator timens perinde se habeat, ac leo, qui etsi à præda metu abstinat, non deponit malitiam, qua prædam, ut præda est, appetebat: et sicut mercator, qui etiamsi merces timore naufragij in mare proficiat, merces tamen in se spectatas amat adhuc: quod idem est, ac dicere, peccatorem supernaturaliter infernum formidantem, interiorè malitiam non deponere, sed peccatum, quatenus peccatum est, et in se spectatum adhuc velle, adhuc amare, adhuc appetere: hoc vero interius est peccare, quia ut ait D. Thomas: (38) „ velle mala, malum est. Sed indeprehensibile videtur, quod homo inferni penas, quarum peccando factus fuerat dignus, supernaturaliter pertimescat, fugiatque, et simul peccati actum efficiat, quo penas illas condignè sibi promereat. Scripturæ id minimum, Tridentino, et Patribus pugnant censi poterit, vim timori concorditer tribuentibus, ut culpas universim pellat, quin excipiant internas, ac præsertim Augustino affirmanti, interiora peccata metu præpediri, necnon Chrysostomo dicenti: „ cum timore viventem est impossibile peccare. Nec leonis, mercatorisque exempla, quæ ubi

(34) De virtut. q. 1. a. 11. ad 8.

(37) Matth. 5. 27.

(35) 1. Sent. d. 34. q. 1. a. 1. questio. 1. c.

(38) 2. Sent. d. 32. q. 1. a. 2. c.

(36) ubi supra.

tur, timoris inferni, et peccati evincunt unionem, nam illorum metus naturalis est, preparatio ad gratiam non est, fidei, spei, et supernaturalium operum aliorum consortio honestatus non est. Insuper in mercatore, et leone prædæ, merciumque amor negotium morale præsertim nullam, et ideo nil mirum, si cum metu in illis coeat: atverò amor, seu concupiscentia peccati peccatum est: et propter nequitiam convenit cum timore inferni hominis attriti, qui supernaturalis, dispositio ad gratiam, et cum peccati ipsius detestatione, aliisque actibus supernaturalibus est.

17. Hæc itidem captu difficilia mihi sunt ejusdem Auctoris verba: (39) „Tamen si timor servilis bonus sit, præparet locum charitati, frenet vetustam consuetudinem, cohibeatque etiam interiorem animum, ne peccare velit, ad gehennam vitandam: attamen non excludit voluntatem peccandi, prout peccatum consideratur in se, sed cum hujuscemodi timore stare potest, quod in voluntate perseveret concupiscentia peccati, et repugnantia ad ipsam penitentiam, quam ideo amplectitur, ne damnetur: imò quod voluntas timeat penam tamquam principale malum, hominem verò, cui peccatum infligitur, amet tamquam finem ultimum.“ Hic denovo timoris cum actuali peccato societatem admittit, nam voluntas peccandi, et concupiscentia peccati in se prospecti criminales utriusque sunt. Similiter actus, quo quis amat hominem tamquam finem ultimum, peccatum est. Item de pena loquitur, quam ignis efficit, et sensus dicitur, adducit enim verba illa Augustini: „Nec peccare metuit, sed ardet;“ is nempe, qui pena formidine percussus est: hanc autem penam ut principale malum timere, vitium quoque videtur ut cap. 1. n. 11. insinuavit: pena enim damni, quæ in æterna separatione à Deo remuneratore consistit, potissime formidari debet, quia est omnium gravissima. (40) „Inter omnes penas, ait D. Thomas, attenditur ordo malitiae secundum quantitatem nocentis: et ideo cum hoc sit maximum nocentium, quo maximum bonum privatur, erit inter penas maxima, separatio à Deo.“ (41) Maxima ergo afflictio damnatorum erit ex eo, quod à Deo separabitur.“ Quocirca peccator attritus dum utramque penam fide considerat, haud quidem infernalis ignis cruciamentum, seu ardere, sed præfatam separationem præcipue reformidat: ejus quippe timor utpote à Spiritu Sancto injectus, ordinatissimus est: inordinatus autem foret, si ea inferius malum aliquod in primis, et magis formidaret. Nec ob id timor peccatoris dicendus est castus, nam peccator ipse actu à Deo separatus est, et hoc cum casto pugnat timore. Unde cum ille supernaturali metu afficitur, præsentem separationem horret, et æternam pertimescit: imò vir timens, et attritus, de quo disceptatur, ne separatio, in qua jacet, æterna fiat, ad Sacramentum accedit, gratiam quaerens, et charitatem, quibus Deo copuletur: Atverò qui castum habet timorem, Deo per charitatem unitus est; timet tamen, ne ab eo in posterum peccati alicujus causa divellatur: sicut casta uxor, quæ viro suo juncta est, nil formidat amplius, quam ab eo segregari. Innuitur nihilominus, peccatorem supernaturali metu percussum gehennales flammam tamquam principale malum timere, et aliis, quæ mox recensui, maculis deturpari. Ceterum si hoc ita est, quomodo dicitur, quod is, qui timet, peccare nolit, ad gehennam vitandam, et penitentiam amplectatur, ne damnetur? Nonne peccat ipse cum modo à Betti descripto timet? Potest autem dici, quod dum delinquit, penitentiam amplectitur, ne damnetur? Nonne rei potius tum incumbit, quæ damnationem meret? Potest item affirmari, quod gehennam vitat, cum Deum offendit, amans nimirum hominem ut finem ultimum? Nonne ex adverso gehennæ incendis dignus tunc efficitur? Deinde timor ipsius quomodo præparet locum charitati, si tot culpamque socius existit? Nonne obex potius eidem erit? Quomodo frenat vetustam peccandi consuetudinem saltem internam? Nonne eam magis fovere, dicendus est, si dum ipse adest, tor effugitur? Quomodo cohibet interiorem animum? Nonne habenas illi laxare, aut saltem non adducere, censei ipse poterit, si interius non aufert peccandi desiderium? Hæc nimirum sunt, quæ haud bene percipiuntur. Repugnantia autem ad penitentiam, dum hæc jubetur, si actualis, deliberata, libera, et penitentiam ipsam impediens fuerit, actualis est peccatum,

(39) ubi supra.

(40) q. Sent. d. 17. q. 2. §. 3. quæstione. et ad. 4.

(41) Quæst. de Anima d. 1. c.

quod attritione sicut alia crimina superatur: si vero quasi habitualis, nobis congenita, et minime spontanea sit, culpa vacat, proptereaque in justis etiam hominibus reperitur, sicut fuit in D. Paulo dicente (42) „Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ.“ Et hujus repugnantie rationem affert ipse ajens (43) „Caro enim concupiscit adversus spiritum; spiritus autem adversus carnem; hæc enim sibi invicem adversantur.“ Repugnantiam verò hujusmodi ante justificationem metu, aut amore profligandi, jus nullum est; quamobrem licet reapse non vincatur, neque timoris, et attritionis insufficientia ad expellendum peccatum, ac peccandi voluntatem, neque ad hoc amoris necessitas inde valet deduci.

18. Verum ex his aliud conficitur argumentum: etenim concupiscentia, seu desiderium peccati in se spectari, et ut est offensa Dei, actualis voluntas peccandi, repugnantia ad penitentiam, contumacia animi, similesque defectus, qui timenci, et attrito homini gratis conceduntur, si non sunt peccatum, justificationi minime officiant, et ideo neque timore, neque attritione, neque amore ante justificationem ipsam necessario extinguentur; sicut noxios habitus, et mores, quod gratia suscipienda impedimento non sint, ante ejus infusionem evellere non tenemur. Quocirca timor, et attritio, quam defectus illos haud extirpent, dispositionis sufficientis titulo, et re orbari hæc de causa non possunt. Si autem defectus hujusmodi peccatum dixeris, aut actualis erit, aut habituale: si habituale, non ante gratiam, sed gratia infusione unice exterminabitur. Si actualis, ante justificationem utriusque delendum est; et revera pellitur timore, atque attritione; aut cum his saltem nequit coire: nam præter hucusque dicta, actualis peccatum in id genus defectibus consistens, vel peccatori semper inest, aut secus? Si autem ergo peccator actu semper peccat, quod est impossibile: si inficeris; igitur deest illi interdum. Porro si peccator absque peccato illo semel esse potest, nunquam, certe id continget congruentius, quam cum timet, attrititur, et ad Sacramentum aptatur; tunc enim credit etiam, veniam sperat, gratiam quaerit, novam seu meliorem vitam proponit, mandatorumque custodiam. Quando itaque gentium ab actuali culpa abesse longius censebitur? Numquid dum salutifera opera ista exercet, sine prædicto peccato esse non potest, et potest dum illa non exercet? Numquid harum operationum præsentia infirmior, ac debillior est, ad peccatum illud profligandum, quam earum absentia? Nescio, an recte id dicere quispiam valeat, quia peccator supradictos actus efficiens, peccata sua odio habere creditur: atverò dum actu peccat, et velle, et amare culpam convincitur, siquidem nolois nemo delinquit. Et momento isto evertitur, ut reor, aliud Initialistarum responsum asserentium, timorem expellere peccatum, quatenus istud est inducivum gehennæ, secus autem quatenus est offensa Dei: nam peccatum sub hac posteriori ratione si non est peccatum, (quod implicat) justificationi non obest: si habituale peccatum est, gratia excluditur: si actualis, timore, et attritione. Deinde peccatum in eo præsertim consistit, quod sit offensa Dei, non autem in eo, quod gehennæ inducivum sit; et ideo homicidium, verbi causa, quamquam gehennæ non extaret, peccatum revera foret, quia adhuc esset offensa Dei: cum ergo Scriptura, et Patres doceant, peccatum timore expelli, hoc de peccato, ut Dei offensa est, accipiendum præcipue videtur. Præterquamquod homo timens, et attritus peccatum vitat, ut est offensa Dei iudicis, et vindicis; sic enim cum timet, quatenus gehennam timet: illud etiam vitat, ut est offensa Dei remuneratoris; ita namque respicitur à spe, qua affectus est illi: ipsum demum vitat, dum Sacramentum accipit, ut est offensa Dei summe boni: cum Deus hoc pacto sit objectum charitatis, vitatio isthac non prævia, sed concomitans est dispositio, sicut et charitas ipsa.

19. Liber tamen subtexere auctoritatem quamdam Doctoris Seraphici S. Bonaventuræ, quæ etsi sublonga, vim illi tribuit, quæ hæcenus stabilivi. Ait ergo: (44) „Cum dico timorem servilem, duo dico, videlicet ipsum habitum, quo anima disponitur ad timendum Deum, ut punientem eos, qui prævaricantur: et ulterius nomine servilitatis importatur deformitas peccati, quæ annexa est illi habitui in eodem homi-

(42) Rom. 7. 23.

(43) Gal. 5. 17.

(44) 1. Sent. d. 34. p. 2. d. 2. q. 2.

48.
 ne, ratione cuius ille homo dicitur esse servus peccati, et timor in eo existens dicitur esse timor servilis. Per hunc etiam modum cum dico, aliquem timere serviliter, duo dico, videlicet actum ab illo habitu egredientem, et voluntatis servilitatem, sive deformitatem concomitantem. Sed attendendum, quod hoc potest esse dupliciter, aut ita quod deformitas illa voluntatis concomitatur quantum ad habitum, aut quantum ad actum. Si concomitatur solum quantum ad habitum, sic potest esse, quod aliquis serviliter timeat, et tamen motu illo non peccabit: quia si ex recogitatione peccatorum aliquis abhorret offendere Deum, hoc potest esse prater omne peccatum. Si autem concomitatur in actu, quamvis ipsum timere de se non sit malum, tamen ratione deformitatis actualiter annexae depravatur: sicut aliquis, qui timet poenas, et timendo dolet, quod tales poenae infliguntur pro culpa, et actu etiam concupiscit peccare, si non esset illa poena: et hoc modo timere serviliter, est peccatum, et malum: hoc autem non est semper, cum quis movetur timore servili; alioquin per usum illius domi magis se homo à gratia elongaret, quam prepararet, quod plane falsum est. Et ideo concedendum est, quod usus timoris servilis potest esse bonus, licet non sit bonus bonitate meriti, sed magis bonitate preparante, vel ordinante ad meritum, quae simul stat cum peccato. Timor ergo existere valet in eo, qui est servus peccati, et deformitatem habitualem, hoc est peccatum habituale habet cum vero deformitas, vel culpa actualis, et actualis concupiscentia peccati, seu actualis voluntas peccandi, si poena non immineret, insunt timentis, ejus insunt timorem, qui idcirco non bonus, sed malus erit, atque peccatum, et non dispositio ad gratiam, sed potius indispositio: quapropter cum timor, de quo agitur, bonus sit, supernaturalis, et ad gratiam dispositio, homo dum illo afficitur, neque deformitatem, seu culpam actualem, neque actualem concupiscentiam peccati, neque voluntatem actualem peccandi, si impune liceret, habere dicitur. Cum Doctore Seraphico sentire videntur nonnulli Initialista, nam ut dicam cap. xxvi. n. 2. et cap. xxix. n. 27. fatentur, quod timor, et attritio, cum voluntatem peccandi non excludunt, mala sunt opera: hinc tamen fit, attritionem, ac timorem, de quibus nunc est sermo, et voluntatem illam propulsare, quia non mali, sed boni sunt actus, sicut ex doctrina Ecclesiae cap. i. constitutum est; et sufficere ad gratiam in Sacramento consequendum; id namque constanter illi negitant, quod existunt, voluntatem eam timore, et attritione non expelli. Imo attritio, (id ipsum de timore dixerim, quod illius origo sit, ac socius) etsi absit amor benevolus, peccandi extinguit voluntatem, quia etiam tunc est motus bonus, ac supernaturalis, ut constat ex damnatione thesisi cap. praecedenti n. 6. relata. Sed hic premi queunt auctores praedicti: nam attritio, amore deficiente, vel expellit voluntatem peccandi, vel secus? Si ajunt; attritio sine amore dispositio est sufficiens, quod ipsi abnuunt: si insuntur; attritio sine amore mala est, et hoc damnat Ecclesia. Quocirca aut sibi, aut Ecclesiae adversum dogma stabilire, meo iudicio, coguntur. Et addit S. Bonaventura: „ Ad illud vero quod primo objicitur in contrarium, quod in timore servili vivit voluntas peccandi, et quod dolet de eo, quod lex vetat. Dicendum, quod illud verbum Augustini non intelligitur, quod semper quando timet, dolet actu, et similiter quod voluntas peccandi semper sit in actu: sed hoc dicit, quia manet in habitu, et in radice. „ Igitur peccator aliquando timet, quia actu habet voluntatem peccandi, sed solum in habitu, et in radice, nempe vel in peccato habituali, vel in habitu vitioso, vel in concupiscentia seu fomite: id autem non accidit, dum timor est depravatus; contingat ergo necessum erit, dum probus est ac supernaturalis. Doctrina ista, quae satis est perspicua, complura solvit Initialistarum argumenta, quandoquidem cum saadere aggrediuntur, attritum hominem habere adhuc peccandi voluntatem, respondendum est, habere quidem, at in habitu, et radice, non in actu; et sic intelligenda esse Augustini loca, quae laudant.

20. Denique ut finem huic capiti faciam, solum adjiciam, opinionem adversam aliquantillum Quesnelli doctrina assimilari, quae in thesibus à Clemente XI. in percelebrata Bulla *Unigenitus* Del filius proscriptis continetur, nimirum.

60. „ Si solus supplicii timor animat poenitentiam, quo haec est magis violenta,

„ eo magis ducit ad desperationem. „ Igitur nec violenta est, nec ad desperationem ducit poenitentia solo timore animata: at si ad veniam in Sacramento obtinendam insufficientis dicatur, desperandi occasio esse poterit alicuiquam: quid enim peccatori attritionista, qui supernaturali metu poenitet, agendum superest ad salutem? Deum, inquit, amet super omnia. Remedium tamen istud anceps admodum; imò sibi impossibile pro statu peccati, cui subest adhuc, arbitratur ille; et ideo de sua salute desperare potest, sicut ager, cui aut impossibilia, aut valde dubia praescribuntur remedia.

61. „ Timor non nisi manum cohibet, cor autem tandiu peccato addicitur, quamdiu ab amore justitiae non ducitur. „ Timor in adversa sententia externum vitat peccatum, ac proinde manum cohibet; cor autem timentis, nisi justitiam, seu Deum amet, peccato additum est, quia in eo vivit adhuc peccandi voluntas actualis, et desiderium peccati secundum se, et ut est Dei offensa considerati.

62. „ Qui a malo non abstinere, nisi timore poenae, illud committit in corde suo, et jam est reus coram Deo. „ Id quoque accideret in illa sententia, nam etsi peccator timore poenae à malo externo abstineret, illius desiderium intus servaret, quo reus coram Deo efficeretur, Praesertim quia exterior actus nequitiae nil interiori addit: (45) „ Externum opus, ait Berti, nihil per se addit decoris, aut turpitudinis interiori voluntati in rem honestam, iniquamve deliberatè vergenti: nec pensatur apud Deum ex officio, sed ex animo, praemii dignitas, vel supplicii. „ Quocirca peccator ille, utpote desiderium peccati in voluntate retinens, integram peccati malitiam animo suo amplectatur; et ideo coram Deo, qui non officium, sed animum pensat, jam reus est.

63. „ Baptizatus adhuc est sub lege sicut Judaeus, si legem non adimpleat, aut adimpleat ex solo timore. „ Sub lege esse dicitur, cujus mens intus pravificatur, rea fit, et ob carnis concupiscentiam culpae consentit: (46) „ Desinamus, ait B. Augustinus, esse sub lege, ubi pravificationis rea mens tenetur, dum cum concupiscentia carnis in consubjectionem peccati captivam ducit. „ Si autem timens, concupiscentia peccati, ac peccandi desiderio afficitur, pravificatur, et reus interiori fit, proptereaque sub lege cupiditatis adhuc est.

64. „ Sub maledicto legis numquam fit bonum, quia peccatur, sive faciendo malum, sive illud non nisi ob timorem evitando. „ Dum impius gehennae metu malum evitat, peccat juxta oppositam sententiam, quia mali ipsius habet desiderium, peccando ac leo, et fur, qui etsi timore poenae à praeda abstinant, illius tamen internam habent cupiditatem.

65. „ Moyses, Prophetae, Sacerdotes, et Doctores legis mortui sunt absque eo, quod ullum Deo dederunt filium, cum non effecerint, nisi mancipia per timorem. „ Si timor non excludit peccata interna, mancipia seu peccati servos dumtaxat efficit, quia licet timeat homo, intus vincitur à peccato, et (47) „ A quo quis superatus est, huius et servus est. „

66. Qui vult Deo appropinquare, nec debet ad ipsum venire cum brutalibus passionibus, neque adduci per instinctum naturalem, aut per timorem, sicuti bestiae, sed per fidem et per amorem, sicut filii. „ Nolunt autem, quod per timorem ad Deum accedamus, sed tamquam filii per amorem, ii qui vim timori demunt ad expellendum peccatum.

(45) L. 21. c. 3.

(46) In Epist. ad Gal. c. 5. n. 46.

(47) 2. B. Petri 2. 22.



48. ne, ratione cuius ille homo dicitur esse servus peccati, et timor in eo existens dicitur esse timor servilis. Per hunc etiam modum cum dico, aliquem timere serviliter, duo dico, videlicet actum ab illo habitu egredientem, et voluntatis servilitatem, sive deformitatem concomitantem. Sed attendendum, quod hoc potest esse dupliciter, aut ita quod deformitas illa voluntatis concomitatur quantum ad habitum, aut quantum ad actum. Si concomitatur solum quantum ad habitum, sic potest esse, quod aliquis serviliter timeat, et tamen motu illo non peccabit: quia si ex recogitatione peccatorum aliquis abhorret offendere Deum, hoc potest esse prater omne peccatum. Si autem concomitatur in actu, quamvis ipsum timere de se non sit malum, tamen ratione deformitatis actualiter annexæ depravatur: sicut aliquis, qui timet penas, et timendo dolet, quod tales penas infliguntur pro culpa, et actu etiam concupiscit peccare, si non esset illa pena: et hoc modo timere serviliter, est peccatum, et malum: hoc autem non est semper, cum quis movetur timore servili; alioquin per usum illius domi magis se homo à gratia elongaret, quam prepararet, quod plane falsum est. Et ideo concedendum est, quod usus timoris servilis potest esse bonus, licet non sit bonus bonitate meriti, sed magis bonitate preparante, vel ordinante ad meritum, que simul stat cum peccato. Timor ergo existere valet in eo, qui est servus peccati, et deformitatem habituales, hoc est peccatum habituale habet cum vero deformitas, vel culpa actualis, et actualis concupiscentia peccati, seu actualis voluntas peccandi, si pena non immineret, insunt timentis, ejus insunt timorem, qui idcirco non bonus, sed malus erit, atque peccatum, et non dispositio ad gratiam, sed potius indispositio: quapropter cum timor, de quo agitur, bonus sit, supernaturalis, et ad gratiam dispositio, homo dum illo afficitur, neque deformitatem, seu culpam actualem, neque actualem concupiscentiam peccati, neque voluntatem actualem peccandi, si impune liceret, habere dicitur est. Cum Doctore Seraphico sentire videntur nonnulli Initialista, nam ut dicam cap. xxvi. n. 2. et cap. xxix. n. 27. fatentur, quod timor, et attritio, cum voluntatem peccandi non excludunt, mala sunt opera: hinc tamen fit, attritionem, ac timorem, de quibus nunc est sermo, et voluntatem illam propulsare, quia non mali, sed boni sunt actus, sicut ex doctrina Ecclesie cap. i. constitutum est; et sufficere ad gratiam in Sacramento consequendum; id namque constanter illi negitant, quod existimant, voluntatem eam timore, et attritione non expelli. Imo attritio, (id ipsum de timore dixerim, quod illius origo sit, ac socius) etsi absit amor benevolus, peccandi extinguit voluntatem, quia etiam tunc est motus bonus, ac supernaturalis, ut constat ex damnatione thesisi cap. precedenti n. 6. relata. Sed hic premi queunt auctores prædicti: nam attritio, amore deficiente, vel expellit voluntatem peccandi, vel secus? Si ajunt, attritio sine amore dispositio est sufficiens, quod ipsi abnuunt: si insentitur, attritio sine amore mala est, et hoc damnat Ecclesia. Quocirca aut sibi, aut Ecclesie adversum dogma stabilire, meo iudicio, coguntur. Et addit S. Bonaventura: „ Ad illud vero quod primo objicitur in contrarium, quod in timore servili vivit voluntas peccandi, et quod dolet de eo, quod lex vetat. Dicendum, quod illud verbum Augustini non intelligitur, quod semper quando timet, dolet actu, et similiter quod voluntas peccandi semper sit in actu: sed hoc dicit, quia manet in habitu, et in radice. „ Igitur peccator aliquando timet, quia actu habet voluntatem peccandi, sed solum in habitu, et in radice, nempe vel in peccato habituali, vel in habitu vitioso, vel in concupiscentia seu fomite: id autem non accidit, dum timor est depravatus: contingat ergo necessarium erit, dum probus est ac supernaturalis. Doctrina ista, que satis est perspicua, complura solvit Initialistarum argumenta, quandoquidem cum suadere aggrediuntur, attritum hominem habere adhuc peccandi voluntatem, respondendum est, habere quidem, at in habitu, et radice, non in actu; et sic intelligenda esse Augustini loca, que laudant.

20. Denique ut finem huic capiti faciam, solum adjiciam, opinionem adversam aliquantillum Quesnelli doctrina assimilari, que in thesibus à Clemente XI. in percellenti Bulla *Unigenitus Del filius* proscriptis continetur, nimirum.

60. „ Si solus supplicii timor animat penitentiam, quo hæc est magis violenta,

„ eo magis ducit ad desperationem. Igitur nec violenta est, nec ad desperationem ducit penitentia solo timore animata: at si ad veniam in Sacramento obtinendam insufficientis dicatur, desperandi occasio esse poterit alicuiquam: quid enim peccatori attritionista, qui supernaturali metu penitet, agendum superest ad salutem? Deum, inquit, amet super omnia. Remedium tamen istud anceps admodum, imò sibi impossibile pro statu peccati, cui subest adhuc, arbitratur ille; et ideo de sua salute desperare potest, sicut ager, cui aut impossibilia, aut valde dubia prescribuntur remedia.

61. „ Timor non nisi manum cohibet, cor autem tandiu peccato addicitur, quamdiu ab amore justitiæ non ducitur. Timor in adversa sententia externum vitat peccatum, ac proinde manum cohibet; cor autem timentis, nisi justitiam, seu Deum amet, peccato additum est, quia in eo vivit adhuc peccandi voluntas actualis, et desiderium peccati secundum se, et ut est Dei offensa considerati.

62. „ Qui a malo non abstinere, nisi timore pœnæ, illud committit in corde suo, et jam est reus coram Deo. Id quoque accideret in illa sententia, nam etsi peccator timore pœnæ à malo externo abstineret, illius desiderium intus servaret, quo reus coram Deo efficeretur, Præsertim quia exterior actus nequitie nil interiori addit: (45) „ Externum opus, ait Berti, nihil per se addit decoris, aut turpitudinis interiori voluntati in rem honestam, iniquamve deliberatè vergenti: nec pensatur apud Deum ex officio, sed ex animo, præmii dignitas, vel supplicii. Quocirca peccator ille, utpote desiderium peccati in voluntate retinens, integram peccati malitiam animo suo amplectatur; et ideo coram Deo, qui non officium, sed animum pensat, jam reus est.

63. „ Baptizatus adhuc est sub lege sicut Judæus, si legem non adimpleat, aut adimpleat ex solo timore. Sub lege esse dicitur, cujus mens intus pravificatur, rea fit, et ob carnis concupiscentiam culpæ consentit: (46) „ Desinamus, ait B. Augustinus, esse sub lege, ubi pravificationis rea mens tenetur, dum cum concupiscentia carnis in consubjectionem peccati captivam ducit. Si autem timens, concupiscentia peccati, ac peccandi desiderio afficitur, pravificatur, et reus interiori fit, propterea que sub lege cupiditatis adhuc est.

64. „ Sub maledicto legis numquam fit bonum, quia peccatur, sive faciendo malum, sive illud non nisi ob timorem vitando. Dum impius gehennæ metu malum evitat, peccat juxta oppositam sententiam, quia mali ipsius habet desiderium, perinde ac leo, et fur, qui etsi timore pœnæ à præda abstineant, illius tamen internam habent cupiditatem.

65. „ Moyses, Prophetæ, Sacerdotes, et Doctores legis mortui sunt absque eo, quod ullum Deo dederunt filium, cum non effecerint, nisi mancipia per timorem. Si timor non excludit peccata interna, mancipia seu peccati servos dumtaxat efficit, quia licet timeat homo, intus vincitur à peccato, et (47) „ A quo quis superatus est, hujus et servus est.

66. Qui vult Deo appropinquare, nec debet ad ipsum venire cum brutalibus passionibus, neque adduci per instinctum naturalem, aut per timorem, sicuti bestie, sed per fidem et per amorem, sicut filii. Nolunt autem, quod per timorem ad Deum accedamus, sed tamquam filii per amorem, ii qui vim timori demunt ad expellendum peccatum.

(45) L. 21. c. 3.

(46) In Epist. ad Gal. c. 5. n. 46.

(47) 2. B. Petri 2. 22.



et quod solum dum referantur, innoxia sunt: unde conficitur, eas sola charitate fieri christiano modo, hoc est absque peccato.

54. „Sola charitas est, quæ Deo loquitur, eam solum Deus audit.“ Deus non audit, nec probat verba, et opera prava, atque perversa; hujusmodi autem omnia sunt, si Berti consentiendum, quæ charitati non associantur: quis itaque hinc non deduxerit, quod solum audiat charitatem?

55. „Deus non coronat nisi charitatem: qui currit ex alio impulsu, et ex alio motivo, in vanum currit.“ Qui non ex motivo charitatis, sed ex alio motivo, et impulsu in Deum currit, in vanum currit ex Berti doctrina, quia cursus ipse peccatum est, quod nos à Deo maxime sejungit; ac propterea numquam ad Deum, qui ita currit, perveniet.

56. „Deus non remunerat nisi charitatem, quoniam charitas sola Deum honorat.“ Juxta Berti placitum, opera omnia peccata sunt, si absque charitate efficiantur. Deus autem peccata non remunerat: solum ergo remunerat charitatem. Et inde fit ulterius, quod sola charitas Deum honorat; nam peccata eundem minime honorant, sed offendent quam maxime.

64. „Sub maledicto legis numquam fit bonum, quia peccatur, sive faciendo malum, sive illud non nisi ob timorem evitando.“ Et tu similiter, si vera tradit Berti, quamdiu sub legis maledicto, sive peccato fueris, delinques iterum, nedum cum malum feceris, sed etiam dum illud solo timore vitaveris.

26. Theses hujusmodi non obscure produnt, doctissimi Augustiniani assertum erroribus Baji, et Quesnelli satis assimilari: id vero ipse vehementer, et liquido inficitur; contendit namque, quod dogmatista præfati cuncta peccatoris opera, quæ sine charitatis amore, et relatione in Deum fiunt, reprobaverint, eaque in se, et intrinsecus mala esse dixerint; ipse tamen haud ita sentiat, cum fateatur, in peccatore aliqua esse opera in se, et intrinsece bona, quæ, solum extrinsece labefiunt, cum deest amor, qui ea in Deum ordinet. At discrimen istud, quod suam inter, damnatamque astruit doctrinam, difficultatem ingenio meo ingerit non parvam, quam hic expendere est.

27. Incredibile in primis apparet, quod Bajus, et Quesnellus non plane rudes, (similiter ratiocinatur ipse (33) loquens de Pelagianis) sed acuti Theologi desipere adeo poterint, ut peccatoris opera, tam naturalia, quam supernaturalia, si absque Dei amore fiant, in se, et intrinsece mala esse censuerint, atque peccata. Actus fidei, spei, ac timoris, qui charitati præire solent, in se, et intrinsecus boni, et supernaturales sunt: quomodo itaque mali intrinsecus, et in se fieri poterunt? Opus intrinsece malum, exempli causa, odium Dei, bonum intrinsece nullatenus valet effici: quomodo igitus actus intrinsece bonus fieri valebit malus intrinsece? Numquidnam idem actus esse poterit intrinsece malus, et intrinsece bonus? Inficias forte ibunt Theologi nonnulli, quod opus in se, et quoad substantiam supernaturale extrinsece maculari valeat: et dogmatista illi credere poterunt, quod nedum extrinsece, sed intrinsece quoque, posse deturpari? Si hoc ita existimarunt, Deum utique criminis causam effecerunt, quandoquidem ipse, ut dixi supra, auctor extat potissimus supernaturalium operationum quocirca si hæ intrinsece mala quandoque reperiantur, causa peccati erit: nescio vero, irrogatintne eidem hanc injuriam Bajus, et Quesnellus; at in utriusque propositionibus, quæ nigrum theta promeruerit, similem blasphemiam non invenio.

28. Si de viro alio dubie religionis, aut minoris pietatis res nunc foret, suspicari quis forte posset, cum supradictum discrimen adoptasse, ut Catholicæ Ecclesiæ auctoritatem eluderet theses illas proscribentis: eo enim probato, atque adhibito, sane ipsæ forent, ac orthodoxæ. Quapropter defensitare impune valerem, quod omnia opera infidelium sunt peccata, quod Philosophorum virtutes sunt vitia, quod timor inferni, odium peccati, attritio, obedientia legis, similiaque opera in peccatore charitatis ex parte prava sint, atque perversa. Quod si ajebas, doctrinam hanc carbone jam ab Ecclesia fuisse notatam, negarem id, et pernegarem, totisque lacertis sustinerem, supre-

mos! Ecclesiæ ipsius Pastores prohibere quidem, quod opera illa insæ, et intrinsece mala dicantur; secus extrinsece. Verum jò miranda adverbij extrinsecè vis, et efficacia! Doctrinam Bajanisticam, et Quesnellisticam, hoc est hæreticam, reddit Catholicam! O utinam hæretici ipsi eadem facilitate, seu adverbij ipsius beneficio catholici efficerentur! Deploranda sane est Baji, Bajanistarumque sors, et ignorantia: quandoquidem si adverbij hujus energiam satis perspectam habuissent, romanam censuram magna ex parte effugissent, evitassentque idecirco adjurgia quamplura, dissida, scandala, quæ ipsorum doctrina in Ecclesia suscitavit præsertim apud Belgas, et Gallos; etenim eorum theses, vocula extrinsecè eis inserta, orthodoxæ forent. Ceterum numquid hæc omnia, salva observantia, ac obsequentia Ecclesiæ jure exhibendis, affirmari poterunt? Numquid theses prædictas ob id solummodo, quod verbum extrinsecè in eis desideretur, illa reprobavit? Numquid Summi ipsi Pontifices diris sapius devotentes Bajanistarum systema, nos certiores reddere voluerunt, opera bona peccatoris tam naturalia, quam supernaturalia in se, et intrinsece mala non esse? Id Catholicis prope omnes apprime norant præsertim post Tridentinum, quod Lutherum damnavit timorem, attritionem, et similia peccatoris opera improbantem. Cum ergo ipsi Ecclesiæ Redores summam adhiberint diligentiam, ut systema illud ubique rejiciatur, ac supra dicta opera peccatoris bona, et laudabilia, etiam charitate deficiente, ab omnibus habenda, conjicere proclive est, ipsos nedum intrinsecè, sed et extrinsecè esse bona, declarare voluisse.

29. Auctores ipsi damnatarum thesium satis aperte tradunt, opera bona peccatoris extrinsece tantum mala esse; expressè namque deformari ea, asserunt, quia fiunt sine intuitu ad Deum, sine amore Dei, et quin ad ipsum referantur. Porro defectus hujusmodi intuitus, amoris, ac relationis, ex Berti ipsius sententia, solum extrinsecè inficit opera nostra alioquin bona. At quamvis de labe extrinsece loqui videantur theses illæ, reprobantur: quomodo itaque defensitare quis rectè poterit, opera ea esse mala extrinsecè? Theses affirmant, quod opera peccatoris, quæ in se bona sunt, deficiente charitate, mala existunt, et hoc est hæreticum: Berti asserit, quod eadem opera, si absit charitas, mala extant: et hoc est catholicum?

30. Ait tamen ipse, Auctores illos sensisse, quod charitate deficiente, regnet in nobis vitiosa cupiditas, quæ intrinsecè omnia deturpat, id verò ab eo minime doceri. Attamen in ejus etiam sententia, ubi edeest charitas, vitiosa regnat cupiditas, quæ inficit universa; ibi enim, ut ipse docet, opera omnia labefiunt phylauria, superbia, aut inani gloria, quæ cupiditatis sunt foetus genuini. Deinde cupiditas ipsa extrinseca est, et non parum reluctans operibus bonis: quomodo ergo inficit ea intrinsecè? Defectus charitatis extrinsecus nostris actibus est, et ideo extrinsecè tantum, ait Berti, maculare illos valet: cur id ipsum de cupiditate non dixerim? Unde nec Auctores thesium cupiditate intrinsecis maculari virtutum actus, credidisse putaverim: sed neque curandum valde multum, an id ita senserint illi; cum non de eorum sensu, sed de propositionibus ab Ecclesia damnatis sermo sit in præsentiarum. Ipsemet Berti ait (34) „Ostendi, ex verbis propositionum, ut damnantur in Bulla, atque ex earum propositionum collatione, non ex interdicta Auctorum lectione pravum, reprobaturumque sensum esse eruendum.“ propositiones autem supra allatæ de infectione extrinsece clarè in Bullis Pontificiis sensum faciunt. Alia ex illis asserit, quod odium peccati sine respectu ad Deum, peccatum est: alia, quod servire Deo æternæ mercedis intuitu sine charitate, est vitium: alia, quod attritio sine amore benevolentia Dei non est bonus motus, ac supernaturalis: alia, quod nullum opus est bonum sine amore Dei: alia, quod sola charitas facit actiones Christianas per relationem ad Deum: et alia similiter bona peccatoris opera improbant ob charitatis defectum, qui cum illis intrinsecus sit, extrinsecam dumtaxat labem eis valet inferre. Cum ergo theses hujusmodi proscripserit maneat, à doctrina in eis contenta, et dam-

(14) Tom. 5, diss. 1, c. 1, §. 8. n. 4.

quantum non referuntur in Deum; consistit optime, esse bona intrinsece, et non labefieri à cupiditate perversa, in se, spectato opere, et actu operandi nudum, honorandi parentes, diligendi proximum: et tamen dici peccata extrinsece respectu finis, id est, defectu ordinationis in Deum. Hanc enim sententiam Augustinianam, et catholicam esse declaravit Summus Pontifex Paulus III. Brevi dato Perusia anno 1534. quod in Archivo Vaticano asservatum, superiori anno inventum est: Hucusque ille.

4. Verumenimvero tanti viri venia dixerim, me in Brevi illo, quod ipse refert, talem declarationem indagasse, et minime invenisse: in eo namque theses quædam referuntur, quas jussu Pontificis Magister Sacri Palatii examinavit, et catholicas censuit: ipse vero Pontifex neque Augustinianas, neque anti-augustinianas, neque catholicas, neque anti-catholicas vocat illas, et jubet solummodo, quod eatum Auctor non molestat. En Pontificis verba: „Nos nolentes, te præmissorum occasione aliqui indèbitè parti, hujusmodi supplicationibus inclinati, volumus, et auctoritate apostolica decernimus, quod tu dictarum conclusionum, quarum tenor inferius inseretur, ut infra apparebit, declaratarum occasione quomolibet molestari, impediri, vel perturbari non possis, mandantes tam eidem Episcopo, (Astensi) quam quibusvis superioribus, et alijs, ad quos spectat, ne te occasione hujusmodi molestare, impedire, vel perturbare audeant, vel præsumant.“ Igitur neque catholicam, neque catholicam declarationem, aut appellat, ut patet, sententiam, de qua agitur, Summus Pontifex; et ideo eam oppugnare, adhuc fas est, atque in presentia necessarium, ut amplius pateat, inferni timorem, etiam absente charitate, posse absque labe ulla actuali consistere, ac propterea actualem peccandi voluntatem propulsare. At vero de sententia hujusce orthodoxi nequamquam disputo, probè enim scio, quod auctores quædam nobilissimi, ac de Ecclesia Catholica optimè meriti eidem consentiant. Ipsemet Berri, quamquam Bajansimi, Jansenismi, et Quesnellismi insimulatus olim fuerit, istiusmodi, et ceteras ab Ecclesia proscriptas hæreses omnino damnat, ac detestatur; ideoque erroris cujusvis eidem labem aspergere, neutquam fert naturalis æquitas. Præterquamquod doctrinam aliquam à Sancta Sede nondum confixam, ulla censura injuri, pontificia ipsa oracula severe interdicit, ut alibi dicam. Quapropter hoc mihi cum illo convenit, quod. (7) propter consecutiones, quas à doctrina Scriptoris Catholici infert aliquis contrarium, sententia propugnator, nefas sit, eidem doctrinæ (erroneæ) calumniam inferre, et ideo salva semper doctrinæ ipsius orthodoxiæ, consecutiones, quas entis illa videtur, nunc expendam, urgeboque.

5. Igitur juxta opinionem præfatam homo culpa gravi pollutus, si non habet charitatem actualem (de habituali non agitur, quia nunquam est in peccatore) saltem inchoatam, et initialem, qua Deum benevole amet, et super omnia, in ipsamque usque finem ultimum opera sua referat, peccat iterum, dum parentes honorat, dum majoribus obedit, dum infirmos visitat, dum eleemosynam tribuit, dum templa adit, dum Sacris interest, dum Sanctos invocat, dum Deum mente orat, dum divinas laudes per solvit. Peccat itidem, quantumvis hoc incredibile appareat, dum ne peccet, leges implet, carnem macerat, vitia comprimit, peccandi occasionem vitat, peccata ipsa fugit. Peccat quoque, dum seipsum ad justificationem præparens, supernaturaliter credit, sperat, timet; quoniam actus fidei, spei, et timoris dilectionem, et charitatem præcedunt, juxta operationum ordinem justificationi ipsi inservientium, à Tridentino, et D. Thoma præscriptum, de quo infra. Neque id infitebitur Berri ipse, sic enim adversus Anonymum sibi contrarium ratiocinatur: (8) „Si vellet (Anonymus) Bajum docuisse, omnes actiones, quæ non sunt ex charitate actuali, fieri ex actuale cupiditate, à qua intrinsecus corumpantur, ultrò lubenterque concedam, doctrinam hanc erroneam esse, atque hæreticam, utpote quæ inter vitia, et peccata detrudat officia qualibet moralium virtutum, necnon actus fidei, spei, ac timoris, quibus ad justificationem disponitur, et quorum principium non est amor benevolus, quoniam iidem actus hunc

(7) Tom. 7. diss. 1. c. 2. §. 6. n. 1.

(8) ibi c. 1. §. 7. n. 1.

potius præcedere solent, atque antevertere. . . Fide tenendum est, non omnem actionem, et volitionem, qua non oritur ex Dei charitate, esse vitiosam, alioquin virtuosus etiam foret actus fidei charitati prævius. „Errat igitur fidei actus, qui charitati prævius sit, fiatque propterea sine charitate, vel ante illam. Insuper actus fidei, spei, ac timoris, quibus ad justificationem præparamur, sunt similiter absque amore benevolò, hic namque illorum principium non est. Quocirca si recte ex Bajii doctrina deducitur, pravum quid esse actus ejusmodi, id ipsum pariter et ex Berri placito deducendum est; uterque enim ut opera nostra non sint peccata, benevolam exigit amorem, et actualem charitatem. Ceterum si Bajus errat, et est hæreticus, dum actus honeste inter vitia, et peccata detrudat, poteritne aliquisquam absque errore, et hæresi eodemdem operibus pravus, perversis, ac peccaminosis adnumerare?

6. Hinc colligendum quoque est, quod opera prava, perversa, et peccata ipsa, nempe ipsimet actus fidei, spei, et timoris dispositiones sint ad justificationem: et cum ad hanc actus ejusmodi omnino desiderentur, fit etiam, quod homo peccator, et charitate nudus, nequeat se ad gratiam præparare, nisi peccando, seu aditus eos, qui peccata sunt, efficiendo; atque idcirco neque gratiam recipere, neque justificari, neque amicum Dei fieri, nisi prius Deum ipsum offendat, eum ad id actus prædictos elicere prævia debeat. Res prorsus mira, quoniam actuale peccatum indispositio ad justificationem est omnium quidem maxima; nihilo tamen minus homo impius, in actu peccet, non justificabitur, proptereaquod ante justificationem credere, sperare, ac timere debeat, et hæc actus peccata sint. Ob id etiam ipsa Dei gratia creaturarum nobilissima, ac potentissima, quæ delicta omnia implacabiliter odit, et aversatur, nisi id genus actualis culpa præeat, neque habituale excludat, neque justificationem perficiat. Macte virtute crimen, quod nudum res alia præstantissima, uti sunt prævia ad gratiam dispositiones, verum et hæc mutatio dextera excelsi, nimirum justificationis opus maximum, ita à te pendeant, quod non fiant sine te! Et quid de amore ipso initiali dixerim? Ipse utique ceu præsentissimum adversus peccata, quæ defectu relationis operum in Deum præterant, remedium nobis præscribitur; at vero numquid à peccato immunis omnino ille foret? Numquid hoc ipse haberet, quod sanctificanti gratiæ denegatur, nimirum quod viro impio absque nova ipsius culpa adveniret? Minime gentium; nam ut hic Deum amet, actus fidei, quo ipsum cognoscat, et credat, prius efficiat, necesse est; (9) „Quis enim, ait B. Gregorius, amare valeat, quod ignorat? „actus autem iste, utpote amorem præveniens, pravus foret, atque perversus, proptereaquod initialis ipse amor, ni culpa præiret, in corde hominis non consisteret. Infelix ergo medela, quæ antiquam infirmitatem non curat, et novam adjicit: peccatum habituale non auferit, et actuale infert.

7. Virtus à Deo nobis infusa sic à S. Thoma ex doctrina D. Augustini definitur: (10) „Bona qualitas mentis, qua recte vivitur, qua nullus male utitur, quam Deus in nobis sine nobis operatur: „adversa autem huic definitioni videtur Berri opinatio, ex ea namque peccator, qui fidem, et spem, infusus nempe ac theologales virtutes habet, secus vero charitatis dilectionem, male, hoc est, peccando, virtutes hisce uteretur, dum credit, et sperat; tuncque recte non viveret, quia careret rectitudine ultimi finis, et ipsi idcirco actus credendi, sperandique vera essent peccata. At vero sperandi, et credendi opera haud vi sua nativa, sed speciali Spiritus Sancti motione exequitur peccator ille; et ideo absque ullo crimine ea ipsa peragere censendus; non enim dum auscultat, sed dum obstitit motioni hujusmodi delinquit, ut dixi cum D. Thoma capite præcedenti n. 14. Prædictam autem definitionem explanans inquit ipse: (11) „Virtute potest aliquis male uti tanquam objecto, puta cum male sentit de virtute, tunc cum odit eam, vel superbit de ea; non autem tanquam principio usus, ita scilicet quod malus sit actus virtutis. „Unde si quis bene sperat, officium exercet virtutis, nempe spei, secus tamen si sperat male; tunc enim spes non est principium sperandi, neque actus sperandi est actus spei. Porro impius catholicus, etiamsi charitatem non habeat, potest bene, imò et supernaturaliter sperare, nam de operibus creden-

(9) Hom. 16. in Evang.

(10) 1. 2. q. 55. à 4.

(11) ibi ad 5.

di, et sperandi aie Berti: (12) „Actus suat boni, ac supernaturales etiam in impio, qui caret actu, et habitu charitatis. Bene itaque, ac proinde absque peccato utitur fide, ac spe impius ille; et ideo actus, quibus credit, ac sperat, fidei atque spei actus sunt: huiusmodi vero actus nedum sunt bona opera, sed etiam sunt bene facta; quia si male fierent, minime forent actus, et usus bonus virtutis, cum neuter aut male fieri valeat, aut esse malus. Et non tantum theologicas, sed morales quoque virtutes probum, et non pravum in peccatore usum habent, dicente S. Augustino: (13) „Neque prudentia, neque neque fortitudine, neque temperantia male quis utitur: in his enim omnibus, sicut in ipsa etiam, quam tu commemorasti, iustitia recta ratio viger, sine qua virtutes esse non possunt. Recta autem ratione male uti nemo potest. Quocirca dum impius supra memoratus aliquod prudentia, fortitudinis, temperantia, aut iustitia agit opus, non male, sed bene, ob idque sine peccato istis utitur virtutibus. Rectam ille tunc insequitur rationem: et hac etiam de causa innoxie operatur, quia male nemo ratione recta uti valet. Merito proinde inquit B. Thomas: (14) „Spe attingente Deum nullus potest male uti, sicut nec virtute morali attingente rationem; quia hoc ipsum quod est attingere, est bonus usus virtutis. Quomodo ergo peccabit impius profatus, dum sperat, et fortiter quid sustinet, si ipsummet sperandi, & sustinendi opus non malus, sed bonus est usus virtutis? Ea quidem prave uteretur, si tunc peccaret, sicut male elemosyna utitur, qui peccando opem fert inopi. Subdit vero Augustinus post laudata verba: „Virtutes igitur, quibus recte vivitur, magna bona sunt: species autem quorumlibet corporum, sine quibus recte vivi potest, minima bona sunt: potentia vero animi, sine quibus recte vivi non potest, media bona sunt. Virtutibus igitur ceteris autem bonis, id est, mediis, et minimis non solum bene, sed etiam male quisque uti potest. Et ideo virtute nemo male utitur, quia opus virtutis est bonus usus istorum, quibus etiam non bene uti possumus. Nemo autem bene utendo, male utitur. Deum colere, aliena restituere, indigentibus subvenire, et id genus alia ex his bonis sunt, quibus et uti, et abuti valeamus: si abutimur, delinquimus; si utamur bene, virtutem agimus, quia opus virtutis est bonus usus istorum: et abest tunc quidem culpa, quia nemo bene utendo, male utitur. Si autem Berti, ut bene utamur creaturis, exigat, ut exigere videtur, charitatem, et dilectionem Dei benevolentiam, exinde erit sciendum, ante eas nulla consistere opera virtutum, quod ipse, ut reor, insitebitur; quia ut ex dictis constat, ante actum, et habitum charitatis, et ante amorem benevolentium admittit actus fidei, spei, et timoris, quibus ad justificationem preparamur.

8. Ceterum ut obscuritas, quae huic disputationi offusa videtur, penitus, si fieri possit, dispellatur, et confusio, quam rerum multitudo, et agglomeratio pariunt, evitari insimul valeat, non de omnibus peccatoris jam respicientis, ac de sua salute pertractantis operibus, sed aliquantisper de actu fidei seorsim agam. Virum impium momento, et absque ulla dispositione ejus praevia justificare Deus potest, sicut justificat parvulos in Baptismo: at vero juxta consuetum justificationis modum, adultum nullum efficit justum, nisi ipse prius ad gratiam suscipiendam quibusdam actibus supernaturalibus sese prepararet, in quibus primas obtinet fidei actus. (15) „Fides est, inquit Tridentinum, humanae salutis initium, fundamentum, et radix omnis justificationis, sine qua impossibile est placere Deo, et ad filiorum ejus consortium pervenire. Ad primum hunc fidei actum efficiendum, amorem aliquem requiri, non negaverim, quia nemo intendens malum, sed bonum amans operatur, ac praesertim in genere virtutis, ad cuius opera exercenda alicujus boni affectu semper movemur, et ducimur, ut dixi cap. I. et II. n. 17. verum amor iste ad charitatem non spectat, sed est aut amor justificationem ipsam obtinendi, ac dona, quae in ea conferuntur, aut amor primae veritatis attingendae, cognoscendae. (16) „Sententia quidem mea, ait Berti, ita gratia, in delectatione consistit, ut semper indeliberatus aliquis affectus sanctae dilectionis a

(12) Tom. 5. diss. 1. c. 1. §. 6. n. 15. (13) Lib. 1. de libero arbitrio c. 19. n. 50.
(14) 2. 2. q. 17. a. 1. ad 1. (15) Sess. 6. cap. 1. (16) Tom. 5. diss. 1. c. 2. §. 6. n. 2.

„Deo inspirata praecedat opus supernaturale deliberatum, ac non semper delectatio illa est charitas peculiaris, qua Deus diligitur propter se: ita ut amor supernae veritatis fidem, amor felicitatis sempiternae spem, amor gehennam fugiens timorem pariat, et amor omnium praestantissimus, quo Deus diligitur propter se, actum charitatis constituat. „Attamen ut actus fidei, quo primo ad justificationem impius disponitur, sit undequaque bonus, praeter amorem supernae veritatis, quem indeliberatum dicit, deliberatum alium ipse praecipit, nempe dilectionem charitatis inchoata saltim, et initialis, qua in Deum finem ultimum dirigatur fidei ille actus: potest hic quidem dilectionem eam antecedere, quia ut nuper dicebam, esse quic ante actum, et habitum charitatis: sed dum illam antecedit, etsi bonus sit intrinsecus, et quoad substantiam, extrinsecus malus est, atque peccatum, quia caret rectitudine finis ultimi. Ast qua ratione id veritati congruat, non percipio, nam actus fidei, qui est prima ad gratiam dispositio, ante dilectionem initialem esse debet, ut constat ex his Tridentini verbis operationes recensentis, quae ad justificationem concurrunt: (17) „Disponuntur autem ad ipsam justitiam, dum excitati divina gratia, et adjuti, fidem ex auditu concipientes, libere moventur in Deum, credentes vera esse, quae divinitus revelata, et promissa sunt: atque illud in primis, a Deo justificati impium per gratiam ejus, per redemptionem, quae est in Christo Jesu: et dum peccatores se esse intelligentes, a divinae justitiae timore, quo utiliter contentiuntur, ad considerandam Dei misericordiam se convertere, do, in spem eriguntur, fidentes Deum sibi propter Christum propitium fore: illum, quae tamquam omnis justitiae fontem diligere incipiunt. „Propositio hac postrema laudatur a Berti (18) pro firmanda necessitate dilectionis inchoatae, quae sit charitatis actus, de qua idcirco intelligenda est: dilectio ergo huiusmodi est fidei actu posterior. Laudatur etiam ab eodem Catechismus Romanus, cujus auctores, ait, „Hoc in loco amorem charitatis intellexerunt: sed auctores isti charitatem post fidem assignarunt. Eorum testimonium infra dabo cap. XX. n. 1. D. Thomas, cujus verba reperies supra cap. III. n. 3. post motum fidei praescribit quinto loco motum charitatis. Tritum insuper, et omnibus notum est Philosophorum scitum illud: „nihil volitum quin praecognitum: et quod nemo amare valeat ea, quae ignorat: Deus autem in ordine supernaturali fidei noscitur, charitate amatur; et ideo opus fidei charitatis opere prius est. (19) „Fides, inquit idem S. Doctor, praecedit spem, et spes charitatem secundum actus: nam habitus simul infunduntur. Non enim potest in aliquid motus appetitivus tendere, vel sperando, vel amando, nisi quod est apprehensum sensu, aut intellectu. Per fidem autem apprehendit intellectus ea, quae sperat, et amat. Unde oportet, quod ordine generationis fides praecedat spem, et charitatem. „Multifarie denique evincere infra conabor, amorem charitatis esse cum gravi culpa nequire; atque idcirco impius dum prae ad gratiam paratur, credere quidem potest, amare autem ex charitate non potest: quomodo ergo dum primo credit, ipsum credendi actum in Deum dilectione charitatis ordinabit? Aut quomodo verum erit, quod si hanc ordinationem tunc omittat, peccet? Indeprehensibile omnino id apparebit, si ante charitatem inchoatam, seu amorem initialem primus fidei actus esse debeat. Nihilominus minus si affirmetur adhuc, omnes actiones deliberatas, ac propterea quolibet actus fidei in Deum charitate illa esse dirigendum, ita ut sint extrinsece peccata, si non dirigantur, astruam et ipse, alia plura, et non levia, meo iudicio, incommoda assertum istud praese ferre, nimirum.

9. Primum: quod peccatum actuale aequi, ac fides, necessarium sit ad justificationem, et culparum veniam tam intra, quam extra Sacramentum obtinendam, necnon ad dispositionem, quae gratia praere debet: ad id enim prorsus requiritur actus fidei, qui actualis culpa esset extrinsecus, quia Dei dilectione, quam praecedit, ad ipsum non ordinaretur. Falsum autem est, quod justificatio peccatoris, ejusque ad gratiam preparatio fieri nequeant absque actuali peccato.

10. Secundum: quod impius primum fidei actum eliciens delinquat, quoniam ipsum

(17) Sess. 6. cap. 6. (18) Lib. 34. c. 14. (19) 1. 2. q. 62. a. 4. 6.

in Deum finem ultimum non refert, quamquam relationem hanc nullatenus tunc valeat efficere, propterea quod dilectionem charitatis nondum habeat: perdurum autem videtur, omissionem, quae vitari nequit, criminosa pronuntiare; nam ut ait B. Agustinus: (20) „ Quis enim peccat in eo, quod nullo modo caveri potest? Peccatur autem: caveri igitur potest. . . Peccati reum tenere quamquam, quia non fecit, quod facere non potuit, summæ iniquitatis est, et insanæ. “ Unde quisque inferret, quod impius ille peccat, et non peccat, dum credit: peccat, quoniam actum credendi non refert in Deum; non peccat, quia relationem hanc facere, non potest. Colligeret quoque, dilectionem Dei priorem esse posse fidei actum: siquidem omissio relationis, si peccatum est, caveri potest; nec caveri valet, nisi jam adsit, dum impius credit, Dei dilectio, quæ in eum dirigit ipsum actum credendi: hoc actum improbat sententia communis statuens, prius esse Deum credere, quam amare, et primum actum ordinis supernaturalis ad fidem, et non ad charitatem pertinere.

11. Tertium: quod illicitum sit, peccatorem ad primum actum fidei, ac proinde ad conversionem, quæ ab illo exordienda est, excitare; nam cuique opus consulere, quod sine culpa fieri nequit, uti foret actus ille, utpote charitate in Deum non ordinatus, peccatum est: quis vero crediderit, cum delinquere, qui peccatores ad credendum, necnon ad conversionem, penitentiamque exitat, movet?

12. Quartum: haud bene se gessisse Prophetas, Apostolos, Patres, ac universos divini verbi præcones, ad penitentiam assidue peccatores adhortando: hoc namque petiende est, ac eos allicere ad opus, quod ipsi præstare nequeunt absque peccato, nempe ad primum actum fidei, à quo initium sumit penitentia salutaris: verum cum sacris his consiliatoribus horationem suam vitio vertere, nulli omnino liceat, eos potius censuisse, innoxium, et absque labe ulla fieri posse actum illum, credendum arbitror.

13. Quintum: Christum Dominum dum peccatores ad penitentiam hortabatur, et dum discipulos suos ad prædicandum gentibus misit. . . verum siste gradum: quid hic dicendum erit? Numquid fas est asserere, eum id temporis opus ab illis exegisse, quod est extrinsecum peccatum? Vel cogitare id, horret quammaximè, ac refugit animus; sed suspicari, et sententiæ adversæ consentaneum habere incautus posset aliquispiam, siquidem, siquidem, et peccatorum penitentia, et gentium conversio incipiant ab actu fidei, quem quidem utpote charitati prævium, et ordinatione in Deum idcirco orbantum, peccatis addicit sententia illa.

14. Sextum: quod opinatio contraria homines ab exercitio bonorum operum retrahere potest: quandoquidem peccatum et vir justus quia est Dei offensæ, et peccator penitens quia à Deo ipso graviter punitur, maximè formidare solent, ac refugere; quapropter si primus actus fidei peccatum extrinsecum est, peccatores jam resipiscentes, et culpæ suarum veniam desiderantes, actum illum, ne iterum delinquant, reneunt efficere; quis enim peccare vult, dum à peccatis querit absolvi? Et cum alioquin absque fidei opere penitentia, et justificatio non consistant, ab his etiam, ne Deum noviter offendant, sese avertent. Imò et viri justi, ne rem peccaminosam consulendo polluantur, peccatores ad actum fidei, conversionemque peragendum, hortari detretabunt.

15. Septimum: quod homo ab officio suo recedens unum dumtaxat peccatum non committat, sed duo saltem: etenim post patratum crimen, quo gratiam perdit, ad illud expiandum penitentiam agere debet, hanc scilicet fidei actu inchoando: quocirca si huiusmodi actum adhibet, peccat, quia illum in finem ultimum non refert: si illum omittit, peccat etiam, quoniam credendi, penitendi, ac se convertendi frangit mandatum, et ideo priori culpæ aliam semper adjicit.

16. Octavum: quod ab uno tantum scelere noxius homo non justificetur, sed ut minimum à duobus, ab eo nempe, quo se primò impiavit, et ab illo etiam, quod sive credendo, sive non credendo facit. Certè actus credendi necessario adesse debet in exordio justificationis, quoniam istius radix est fides: et cum amorem, quo in Deum

(20) lib. 3. de libero arbitrio. c. 18. n. 70. et lib. de duabus animabus contra Manichæos c. 12.

referenda sunt opera, præcedat, culpabilis erit, ac propterea cum nova hac culpa primo peccato superaddita ad justificationem peccator semper accedet.

17. Nonum: quod primum peccatum in necessitate peccandi hominem constituat, ejusque propterea libertatem à peccato, seu ad peccandum, vel non peccandum, aut extinguat, aut saltem liget, et ipsius impediatur officia: siquidem prima culpa patratæ, si credit, peccat: si non credit, peccat: unde vitare nequit peccatum, quod idcirco necessarium illi erit. Ceterum si hoc ita est, nonne arbitrium nostrum non liberum arbitrium, ut ipsum vocat Tridentinum, sed potius servum arbitrium, ut illud appellavit Lutherus, esset nuncupandum? Cave autem dicas, hominem sua sponte, vel propria voluntate delinquentem hanc peccandi necessitatem sibi liberè imposuisse: etenim primum delictum, sive libertatem auferre, sive delinquendi afferre necessitatem illam, assertio est minimè tuta, nam Concilium verbis supra adductis docet, quod peccatores dum primum actum fidei, seipsos ad justificationem disponentes, efficiunt, non necessario, sed „ liberè moventur in Deum credentes: “ si verò actum illum liberè eliciunt, et absque culpa ipsum valent peragere. Sanè originis noxa, quod naturam inficit universam, potentior personali est ad nocendum; liberum tamen arbitrium, etsi viribus attenuaverit, neutiquam extinguit, ut idem Concilium declarat: (21) et ideo neminem cogit ad peccandum: quomodo ergo ad id cogere ullum valebit personale delictum? At verum est, quod originale etiam scelus, si opera omnia in Deum charitate referenda sunt, ita ut inficiantur, si non referantur, peccandi necessitatem secum adducere; quandoquidem puer infidelis ad usum rationis perveniens tenerur, vel tunc, vel postea, sese ad Deum convertere, proptereaque actum fidei efficere, qui conversio nis initium sit: cum autem dilectionem charitatis, quæ actu illo posterior est, nondum habeat, ipsum in finem ultimum referre nequit: et ideo si hunc fidei actum facit, peccat, quia istam relationem omittit; si illum non facit, peccat, quia conversionis præcepto non obtemperat: quocirca absque libertate nasci, imò necessitas peccandi ab utero matris cum eo egredi, ac subinde periisse Adæ peccato liberum arbitrium videretur. Hoc verò nefas est affirmare, quia Concilium inquit: (22) „ Si quis liberum hominis arbitrium post Adæ peccatum amissum, et extinctum esse dixerit. . . anathema sit. “

18. Decimum: infidelem adultum in omni opere peccare, quod est Bajanum dogma: ipse enim utpote fidei destitutus, dilectione charitatis caret similiter, quæ operationes suas in ultimum finem dirigit, et ideo nullum opus directione ista exornat, propterea que quidquid agit, peccando agit: et cum plura agere debeat, inaversabile, ac omnino necessarium erit ipsi peccatum. Sedenim Alexander VIII. hanc thesim confixit: „ 8. „ necesse est, infidelem in omni opere peccare. “ Ipse Berti hominem lapsam à necessitate peccandi liberum agnoscit, et ut virum catholicum decet, profertur dicens: (23) „ A necessitate libertas etiam in hoc infirmitatis statu certissime perseverat. . . Nunc „ verò est quidem homo liber à necessitate, sed servus peccati, nisi gratia Redemptoris liberetur, id est, habet adhuc liberam voluntatis potestatem, sed cupiditate, quæ „ est pena peccati, tamquam visco, glutinodque taliter implicata, ut bonum sicut oportet, non agat, nisi charitate, quæ inspiratur in cordibus nostris per Spiritum Sanctum „ contraria concupiscentia vincatur. “ Infidelis ergo charitatem illam non habens, nunquam bonum, sicut oportet, operatur; ob idque in omni opere sicut non oportet, ac proinde male agit. Accedit, quod primus actus fidei, cum alijs præter operibus supernaturalibus, ante dilectionem ab infidelis fieri debet, ac propterea male semper ab eo fiet: et cum alioquin ipsum adhibere teneatur, peccabit utique, sive illum faciat, sive non faciat? Quomodo ergo liber à necessitate peccandi erit?

19. Undecimum: Deum opus jubere, quod nequeat fieri sine culpa, nempe ipsum fidei primum actum ab infidelibus, hæreticis, schismaticis, prævisque catholicis efficiendum: his enim omnibus imperat, veritatibus à se Ecclesie revelatis assentire; et cum prius sic credere, quam amare, dum illi imperio huiusmodi parentes primò credunt, nondum amant,

(21) Sess. 6. cap. 8.

(22) Ibi can. 5.

(23) Lib. 11. cap. 10.

ob idque in Deum non referunt, sed nec referre valent ipsum actum credendi, qui idcirco extrinsecus erit peccatum. Ceterum nonne hinc peccati ipsius auctorem esse Deum conficitur? Superior certe, qui inferiori suo precipit, necem alicui inferre, quando innoxie id nequit perpetrari, homicidij reus est: item si eidem ipsi pecuniam ab alio antere imperat, cum hoc similiter absque Dei offensa fieri non valet, fur est, et latro. Quomodo itaque Deus peccati auctor non erit, si rem peccatori injungit, quam hic sine peccato peragere non potest? Hominis occisio, ablatioque pecuniae innocentes, ac bonae plerumque sunt: quandoque tamen nonnisi delinquendo effici queunt: et ideo qui eas tunc mandat, delicti causa existimatur. Haud aliter credendi actus in se bonus est: sed si interdum absque culpa nequit cum exequi peccator, illum ipsi eo temporis praescribens Deus, culpa causa erit. Et nedum praescribit supernaturale fidei opus, sed illud etiam decreto ineluctabili praefinit, virtutem, seu auxilium ad ipsum conficiendum praebet, gratia per se efficaci (quam auctor noster perdoctus necessariam faceret in statu naturae lapsae ad actum supernaturalem) ad opus praedictum exercendum hominem movere, applicatque indeclinabiliter, et nisi perficiat, horrendam divini iudicij, ac aeternae damnationis poenam eidem comminatur dicens: (24) „ Qui non credit, „ jam iudicatus est. „ Qui vero non crediderit, condemnabitur. „ Deus autem sic hominem urgens, et quasi compellens ad actum fidei, peccati auctor non diceretur, si actus iste fieri non posset absque peccato? Superior ille, de quo modò esabar, si ultra iussionem arma, clavesque praebere, et alia media subministraret, ex quibus infallibiliter occisio hominis, pecuniaeque ablatio exortirentur, à culpa liber nullatenus censeretur. Nihil ergo secius supradictis medijs ad opus fidei lae infectum Deus invincibiliter hominem trahens, labis ipsius videretur causa. Erga substantiam actus pravi, quam entitatem, physicam, et materiale peccati dicunt Scholastici, minus reapse praestaret Deus, si illam praedefiniret, quam erga primum fidei actum; illam enim uti causam universalem solummodò attingeret, hunc verò ut potissima producit, quia supernaturalia opera Deo magis, quam hominibus tribuuntur, proptereaquod haud nostris viribus, sicut materiale peccati, sed divinae gratiae auxilijs efficiantur: auctor tamen voster Thomistas, qui divinam praedefinitionem erga substantiam operis mali propugnant, adoritur, ac redarguit, quasi praedefinitione ista Deum faciant auctorem peccati, quia istius maleitiae substantiae actus indivulsè haereat: satius ergo esset auctor sceleris, si absque hoc fieri nequiret supernaturalis actus fidei charitati praevius. Eundem tamen praestat audire praedefinitionem illam improbantem (25) „ Per Augustinum, inquit, Deus permittit quidem peccata, sed non facit; at fortassis non est auctor peccati, qui est auctor actionis, qua posita, peccatum impediri non potest. „ Sedenim Deus auctor est praecipuus primi actus fidei, qui est charitati praevius; hoc autem actu posito, impediri non potest peccatum, scilicet omissio referendi charitate actum ipsum in Deum ultimum finem: Deus igitur hujus peccati erit auctor. „ Sed pressius, ait ipse, urgentur Thomistas: Deus non est auctor peccati: atqui esset, si praedeterminaret physicum peccati actum: Ergo illum non praedeterminat. Minorem pluribus momentis demonstrò. 1. Nal- „ la efficacior causa peccati potest adinventi, quam illa, ex qua peccatum sequitur indeclinabiliter: ex physica praedeterminatione peccatum indeclinabiliter consequitur. „ Ergo peccati causa efficacior physica praedeterminatione, nequit inventi. „ Ipsemet physicas Thomistarum praemotions, gratiamque per se efficacem propugnat in ordine ad supernaturalia opera naturae lapsae dicens: (26) „ Cum Thomistis efficaces praemotions „ propugnamus in operibus supernaturalibus status naturae lapsae, quae efficiuntur ab hominum arbitrio victrice gratia suffulto. „ Nunc vicissim et ille premeudus: ex praemotions, et gratia per se efficaci circa primum actum fidei, qui charitati praet, indeclinabiliter consequitur peccatum omissionis supradictae: igitur peccati istius causa efficacior inventi nequit, quam gratia efficax, et praemotio Dei, seu Deus ipse. Pergit tamen ulterius minorem suam demonstrans: „ 2. Potiori jure est auctor peccati, qui ad peccatum impellit definita praemotions, quam ad peccatum trahens suggestione, ac sua-

(24) Joan. 3. 18. et Marc. 16. 16.

(25) Lib. 4. c. 7.

(26) Ibi c. 6.

„ sione, nihil intrinsecum operando in hominum voluntate: diabolus, qui trahit ad „ peccatum suggestione, ac suasionem, est auctor peccati. Ergo potiori jure erit auctor peccati Deus, si ad illud certa praedestinatione praemoveat. „ Deus certa praedestinatione, ac praemotions, et gratia per se efficaci, ac invincibili hominem movere, et impellit ad primum actum fidei charitati praevium, qui extrinsecè peccatum dicitur: Deus ergo potiori jure quam diabolus, istiusmodi peccati auctor erit.

20. Ast Deum facere peccati auctorem, blasphemia est immanissima, quam Lutherus, atque Calvinus in caelum ponentes os suum impijssimum sacrilegè evomuerunt; et Tridentinum damnavit his verbis: (27) „ Si quis dixerit, non esse in potestate hominis, vias suas malas facere, sed mala opera, ita ut bona, Deum operari, non „ permittit solum, sed etiam proprie, et per se, adeo ut sit proprium ejus opus „ non minus proditio Judae, quam vocatio Pauli, anathema sit. „ Errorem hunc, sicut et memoratos supra falsones, qui illum tradiderunt, Berti, ut par est, aversatur: Verumtamen ex eo quod Deus peccati auctor esse nequeat, conficitur, ut opinor, supernaturalem fidei actum, quem ipse seu causa potissima in nobis sua gratia cooperantibus efficit, ut primò ad justificationem nos disponat; neque intrinsecus, neque extrinsecus maculari, etsi dilectio charitatis absit, quae illum ordinat in finem ultimum. Quinimo ex incommodis hactenus expensis deducere planum est, ordinationem hujusmodi ad bonitatem humanarum operationum non semper requiri, proptereaque, ipsa deficiente, non solum actus fidei, sed alia quoque peccatoris opera tam naturalia, quam supernaturalia sine macula esse multoties: et hoc praecipue asserendum existimo circa actus timoris, et spei, qui ad justificationem concurrunt; hi enim ante dilectionem sunt sicut actus fidei, ut constat ex verbis Tridentini supra allegatis. Verum amplius opinio adversa oppugnanda est.

21. Quando Ecclesia catholica definit, operationem aliquam bonam esse, aut peccatum non esse, credendum est, ut arbitror, bonam omnino extare, sine lae ulla neque intrinseca neque extrinseca: actus enim, qui saltem extrinsece vitiatur, quamquam bonus aliunde appareat, non tam bonus, quam malus, et peccatum nuncupari debet juxta illud Philosophorum; Theologorumque profatum: „ Bonum ex integra causa, malum ex quocumque defectu. „ Unde rectè ait D. Thomas: (28) „ Cum aliquis vult dare eleemosynam propter inanem gloriam, hic est unus actus voluntatis, et hic actus totus malus est. „ Et doctrina isthac divinis hinc oraculis est conformis: (29) „ Si autem (oculus tuus) „ nequam fuerit, etiam corpus tuum tenebrosum erit. Vide ergo ne lumen, quod in „ te est, tenebrae sint. Si ergo corpus tuum totum lucidum fuerit, non habens aliquam „ partem tenebrarum, erit lucidum totum. „ Modicum fermentum totam massam corrumpit. „ Et super locum hunc postremum inquit Cornelius à Lapide: „ Est adagium „ significans, parvum alicujus partis vitium, totum pervadere, et depravare. „ Quamobrem inverisimile mihi est, quod Ecclesia opus viciatum extrinsece, bonum, et non peccatum esse pronuntiet: hoc enim perinde videretur, ac dicere malum bonum, et bonum malum; ob idque magistra veritatis non veritatis ipsius lumen, sed erroris tenebras spargere censeret: ipsa vero utpote Spiritu Sancto informata, ab eoque directa similis depravationi nequit succumbere; eam namque ipsemet Spiritus Sanctus excreatur dicens: (30) „ Vae qui dicitis malum bonum, et bonum malum, poentes tenebras lucem, et lucem tenebras. „ Videndum tamen superest, num Ecclesia uti bona, et non criminosa probet aliqua peccatoris opera ex his, quae charitati praecunt, et prava idcirco extrinsecus vocantur.

22. Ac in primis de ipso timore servili, seu gehennae metu disserens Tridentinum inquit: (31) „ Falso quidam calumniantur catholicos scriptores, quasi tradiderint, Sacramentum Penitentiae absque bono motu suscipientium gratiam conferre, quod numquam Ecclesia Dei docuit, nec sensit. „ Sensit ergo, et docuit, timorem gehennae;

I §

(27) Sess. 6. can. 6. (28) 1. Sent. d. 18. q. 1. à 4. ad 4. (29) Luc. 11. 34. et ad Galat. f. 2. (30) Isai. 5. 20. (31) Sess. 14. cap. 4.

qui Sacramento, gratizque prout in peccatoris justificatione, bonum motum esse. De eodem ait etiam: (32) „Si quis dixerit, gehennæ metum, per quam ad misericordiam Dei de peccatis dolendo confugimus, vel à peccando abstinemus, peccatum esse, aut peccatores peiores facere, anathema sit: Timor ergo gehennæ peccatum dici non valet: si verò extrinsecè vicaretur, verum esset peccatum. Imo errori Lutheri, qui in hoc canone proscibitur, nonnihil favere videtur adversa sententia, etenim si peccator dum timet, peccat, novo hoc peccato magis peccator fiet: ac propterea canon isthuc inutilis potest haberi, nam integrum cuique erit, asserere, gehennæ metum peccatum esse, ac peccatores peiores facere.

23. Deinde Alexander VIII. has propositiones confixit die 7. Decembris 1690.

9. „Revera peccat, qui odio habet peccatum merè ob ejus turpitudinem, et disconvenientiam cum natura rationali sine ullo ad Deum offensum respectu.“ Odium itaque peccati sine ullo ad Deum offensum respectu, ac proinde etsi ad Deum ipsum ultimum finem non referatur, peccatum non est: at in sententia, quam impugno, peccatum foret; ex ea enim, qui relationem illam omittit, peccat.

11. „Omne, quod non est ex fide christiana supernaturali, quæ per dilectionem operatur, peccatum est.“ Igitur ut opera peccatoris bona, et non peccata sint, non requiritur fides dilectione operans, et idcirco neque dilectio ipsa, quæ opera illa, in Deum dirigat, necessaria erit. Ast juxta opinionem præfatam, omne quod non est ex fide supernaturali per dilectionem in Deum opera dirigentem operante, peccatum est. Et sciendum, fidem sine amore existere, sine charitate operari, quia etiam proscripita sunt hæc Quesnelli asserta: 51. „Fides justificat, quando operatur, sed ipsa non operatur, nisi per charitatem.“ 52. Omnia alia salutis media continentur in fide tamquam in suo germine, et semine: sed hæc fides non est absque amore, et fiducia.“ Enimvero fidei opera, quæ ante amorem, et charitatem fiunt, peccata dicere, supradictæ propositionis undecimæ verat damnatio.

11. „Quisquis etiam æternæ mercedis intuitu Deo famulatur, charitate si caruerit, vitio non caret; quoties, intuitu licet beatitudinis, operatur.“ Peccator ergo dum æternæ mercedis intuitu Deo famulatur, operaturque aliquid, etsi absit charitas, vitio caret; ob idque universi tam naturalium, quam supernaturalium virtutum actus, qui à peccatore æternæ retributionis obtinendæ intuitu exercentur, quamquam in Deum charitate non dirigantur, boni, ac sine vitio sunt: sed juxta Berti doctrinam viciantur omnes, et vera sunt peccata.

15. „Attritio, quæ ex gehennæ, et poenarum metu concipitur sine dilectione benevolentie Dei propter se, non est bonus motus, ac supernaturalis.“ Deficiente amore benevolentie, qui operationes nostras in Deum referat, attritio est motus bonus, ac supernaturalis, et idem asserendum reor de motibus fidei, spei, et timoris, qui attritionis socij sunt: hos tamen motus pravos ille dicit, et peccata. Sed observari oportet, quod attritio, et alia peccatoris opera in his thesibus reprobantur, haud quidem quia in se mala sint, sed quia fiunt sine charitate. Berti similiter ea censet maculari, non certe quoniam vitio aliquo intrinseco laborent, sed quia deest illis charitatis consortium: et ideo ipsius doctrina thesibus hisce videtur assimilari. Verumtamen cum Ecclesia, quæ bonum malum, aut malum bonum non dicit, supradictæ viri impij opera sine charitate facta, bona, et non peccata esse pronuntiet, nec extrinsecus labe ulla aspergi, credendum existimo. Sane eleemosynam ex inani gloria factam, quæ extrinsece mala dicitur, bonam, et non peccatum esse, nunquam Ecclesia definit: cum ergo id definiat de operibus sine charitate effectis, quæ in damnatis thesibus recensentur, ea non esse mala extrinsece significat.

24. Præterea Bati, et Quesnelli opinionem quibusdam aliis ab Ecclesia etiam proscripitis haud abstinuiss, quamquam cum eis non omnino conveniat, videtur sententia Berti, ut illorum probant asserta reprobata. Ex Bajanis hæc excerpte placuit, et adducere.

16. „Non est vera legis obedientia, quæ fit sine charitate.“ Obedientia legis actus bonus est: unde qui opera sine charitate facta peccata dicit, et legem sine charitate impleri, negat.

25. 26. „Omnia opera infidelium sunt peccata“ et „Philosophorum virtutes sunt vitia.“ Infidelis, et Philosophus Gentilis, utpote fide destituti, carent similiter charitate, quæ in Deum ordinat eorum opera, ac virtutes: quapropter si hujusce ordinationis defectus culpa sit, affirmare licet, quod omnia opera infidelium sunt peccata, et Philosophorum virtutes sunt vitia, sicut revera astruit Auctor eruditus.

35. „Omne quod agit peccator, vel servus peccati peccatum est.“ Idipsum ille de peccatore charitatis experite docet, quia opera sua in Deum non refert, et ideo quidquid agit, peccatum est.

38. „Omnis amor creature rationalis, aut vitiosa est cupiditas, quæ mundus diligitur, quæ à Joanne prohibetur, aut laudabilis illa charitas, quæ per Spiritum Sanctum in corde diffusa Deus amatur.“ Si Deus non amatur, opera nostra in eum non referuntur, ac proinde juxta eundem Auctorem mala sunt, inficiunturque saltem extrinsecus vitiosa cupiditate, quæ amorem, et relationem impedit: si amatur Deus, amor opera in illum dirigit, et sic bona sunt. Unde amor noster aut vitiosa etiam cupiditas omnia inficiens, aut laudabilis charitas omnia in Deum refertur.

40. „In omnibus suis actibus peccator servit dominantis cupiditati.“ Cupiditas sic peccatori charitate exato dominatur, ut eum faciat in cunctis actibus suis peccare, eos enim omnes, si fides Berti adhibenda est, inficit aut phylautia, aut superbia typho, aut inani gloria.

25. Multa similiter docuit Quesnellus, quæ puram putamque Coryphæi sui Bati referunt doctrinam, ut ejus propositiones ab Ecclesia confixæ manifestant, de quarum numero istæ sunt:

44. „Non sunt nisi duo amores, unde voluntates, et actiones omnes nostræ nascuntur, amor Dei, qui omnia agit propter Deum, quemque Deus remuneratur, et amor, quo nos ipsos, ac mundum diligimus, qui quod ad Deum referendum est, non refert, et propter hoc ipsum sic malus.“ Amor, qui se, et alia ad Deum non refert, malus, seu peccatum dicitur à Berti.

45. „Amore Dei in corde peccatorum non amplius regnante, necesse est, ut in eo carnalis regnet cupiditas, omnesque actiones ejus corumpat.“ Deficiente Dei amore, actiones omnes nostræ ab eodem vocantur opera prava, atque perversa.

46. „Cupiditas, aut charitas usum sensuum bonum, vel malum faciunt.“ Sensuum usus charitate, juxta ipsum Auctorem, bonus fit; sed si absit charitas, cupiditate marcescit.

47. „Obedientia legis profuere debet ex fonte, et hic fons est charitas. Quando Dei amor est illius principium interius, et Dei gloria ejus finis, tunc purum est, quod apparet exterius; alioquin non est, nisi hypocrisis, aut falsa justitia.“ Legis obedientia ut mala non sit, effluere debet, Berti judicio ex fonte charitatis; ac propterea prava, seu peccatum, subindeque falsa justitia erit, quando amor Dei non est principium illius.

48. „Quid aliud esse possumus, nisi tenebra, nisi aberratio, et nisi peccatum, sine fidei lumine, sine Christo, et sine charitate? Secundum Berti opinionem quidquid agis sine charitate, peccatum est, ac proinde aberratio, et tenebra.“

49. „Uc nullum peccatum est sine amore nostri, ita nullum est opus bonum sine amore Dei.“ Opus quodlibet sine Dei amore effectum, ex Berti sententia, peccatum est.

50. „Frustra clamamus ad Deum, Pater mi, si spiritus charitatis non est ille, qui clamat.“ Frustra tu quoque, in Berti sensu, si charitatis spiritu, seu amore cares, ad Deum clamas, nam clamor ipse peccatum est, qui idcirco non exaudiri, sed puniri meretur.

53. „Sola charitas christiano modo facit actiones christianas per relationem ad Deum, et Jesum Christum.“ Berti dogma est, quod sola charitas refert actiones nostras ad Deum,

R. P. Berti porpenditur sententia quedam.

1. Theologi istius præclarissimi, et omni laude majoris, cujus omnigenam eruditionem valde miror, nonnulla asserta, fortasse quia mentis meæ superant angustias, subdificilia mihi visa sunt. Ex his aliqua præcedenti capite retuli, et pro ingenij mei exilitate oppugnare tentavi: alia autem hæc discutienda servavi, ne caput illud nimis protraheretur, et quod doctrina nunc disquirenda non solum timorem, de quo ibi agebatur, sed reliqua item peccatoris opera tam naturalia, quam supernaturalia concernat.

2. Docet itaque, ut ex dictis ibidem constat, supernaturalem inferni timorem, non excludere peccandi voluntatem, ac propterea timentem hominem, nisi Deum amet saltem initialiter, secum habere voluntatem illam, desiderium peccati secundum se, ipsum actuale peccatum, sequi amare posse uti finem ultimum; et improbis socijs hæc timorem quoque maculari. Doctrinam hanc ad reliqua peccatoris opera deinceps extendit, quæ si charitatis consortio careant, omnia esse mala, atque peccata, ait: contendit namque, quod opera nostra universa ad Deum debeant charitate ordinari, et exinde inferri, peccatorem charitate destitutum ordinationem istam nullatenus acitare, proindeque in omnibus operibus suis delinquere; neque noxam hanc, nempe hujusce ordinationis omissionem vitare posse, nisi Deum ex charitate inchoata ut minimum amando; hic enim amor quamquam eum non justificet, nec peccatum habituale destruat, ipsius tamen actus in Deum refert, qui idcirco, si aliunde non vicietur, mali non erunt. Neque satis ex eo est, ad ejusmodi ordinationem efficiendam, et ut opera nostra innoxia undique sint amor ille, qui cupiditas boni, et bona voluntas dicitur, et ad omne opus bonum desideratur, sed necessaria est omnino dilectio charitatis. Observat vero, officia, seu opera virtutum in homine charitatem non habente, intrinsicis, in se, et quoad substantiam esse posse bona, honesta utilia, imo et supernaturalia, et solam extrinsecus tunc deturpari, quia in finem ultimum non referantur. Hæc tamen speculative, quod ajunt, excipienda sunt; in praxi namque, astruit ipse, homo charitatis dilectione vacuus philautia, superbia, inani gloria, aut simili vitio sua inficit opera, eaque haud ob incommutabile, ut par est, sed ob commutabile bonum exercet, atque idcirco prava sunt, et peccata. Hanc opinionem cum alijs sui instituti viris sapientia laude, et honorum splendore conspicuis strenue propugnat: ait plurimos contrae rentur, in homine charitatis dilectione privato reperiri posse opera illibata proptus, sive que nec intrinseca, nec extrinseca labe aspergantur. Ceterum verba ipsius nonnulla auscultate præstat.

3. Igitur ex sodalium opinamento, quod prædixit verissimum appellat, ait: (1) Non est enim opus undequaque bonum, quod in Deum tanquam in ultimum finem non refertur. Refertur autem hoc pacto nequit sine gratiæ adjutorio, quoniam ad hujusmodi relationem requiritur, ut diligatur Deus amore benevolenti, et efficaciter super omnia. Quod si reponat, prava esse, quæ sine charitate non referantur in Deum, in sententia Theologorum Augustinensium; jam constat ex dictis, prava non esse, quod oriuntur à cupiditate, aut positive referantur in finem pravum; sed esse perversa defectu operantis, et ob circumstantiam ultimi finis, ad quem minime diriguntur. Opera multa, etiamsi quantum ad officium, et substantiam operis bona sint, nec oriuntur à noxia cupiditate, non tamen bona sunt undique, et ratione ultimi finis; ac talia nostrates esse contendunt, quæ charitate non referantur in Deum. A nobis vitium operi inherens à vitio operantis secerni, et admitti opera in se, et quoad substantiam attinget, bona ac perutilia, necnon ad gratiam disponentia; quamquam operator, quia non amat, et charitatem non habet, sit malus. Quocirca etsi fateatur, bene moraliter agere eum, qui operatur propter ideam honestatis, æquitasque,

(1) Lib. 18. c. 3. et Tom. 5. diss. 1. c. 2. §. 6. n. 3. et 4. et diss. 3. c. 3. §. 6.

quam omnibus intimam, naturalem, ac ingenitam censet, addit vero: (2) Hæc tamen cum speculative vera sint, præmissisque Augustinianæ doctrinæ præceptionibus, perspicua satis; prædixit loquendo affirmo, nunquam hominem lapsum (charitate exutum) agere convertendo se ad illam intimam legem absque cupiditate, et philautia. Vel humanus actus dirigitur per charitatem, et gratiam sanctæ delectationis in Deum, et est bonus undequaque: vel per ideam illam incommutabilis æquitaris, rectæ rationi deprehenditur convenire, et est bonus moraliter: vel peragitur ob inane gloriam, et est infatus typho superbia: vel propter res sensibiles, et creatas, et cupiditate marcescit. Igitur in individuo nullus datur humanus actus indifferens. Adde, quod nisi adsit charitas, per quam referatur in Deum, in praxi operans non operabitur propter æquitatem, cujus habet ideam ingenitam, sed aut sibi placens, aut fruens bonis commutabilibus, et ideo opus erit pravum, atque perversum. Præterea de Baji propositionum sensibus disserens inquit: (3) Hos omnes sensus, et si qui sunt alii his affines damnant, reprobantque Augustinenses Theologi, qui licet in omni actione deliberata exigant amorem benevolenti, quo referatur saltem virtutem, licet in Deum, non tamen affirmant, actiones deliberatas, quæ ita non referantur, esse vitiosam cupiditatem, et carnis concupiscentiam, sed tantummodo destitutas ajunt reititudine ultimi finis. Quamobrem deficiente amore isto, opera virtutum, etsi ob earundem virtutum honestatem fiant, ei non omnino probantur. (4) Hujusmodi officia, ait, vel non fiunt propter Deum, et à recto fine deficiunt: vel fiunt ob voluptatem, et corporis oblectamentum, et sine pravo vitiantur: vel propter solam virtutis honestatem, et inflantur vento ambitionis. Constitutum autem ab eo dogma nedum de naturali, sed de supernaturali quoque officio intelligi vult, ac propterea inquit: (5) Actus timoris, actus fidei, actus spei, etsi in Deum referri debeant tamquam in finem ultimum, nihilominus si non referantur, actus boni sunt, neque defectu hujus relationis intrinsicis maculantur. Hæc omnia Augustiniani Theologi explicant uno verbo dicentes, in actibus virtutum, quæ non referantur in finem ultimum, adinveniri vitium operantis, non operis: quo vitio illi extrinsecus polluantur. Et adversus Archiepiscopum Senonensem scribens sic affatur: (6) Hoc à me propugnari fateor, actus quoslibet fidei, spei, timoris, ceterarumque virtutum, quamvis spectato officio, substantia sua, et intrinsece sine charitate boni sint, carere tamen recto ordine finis, si ab his, qui Deum noverunt, in ipsum tanquam in ultimum finem non referantur. Quapropter si quando, ut id genus actus intrinsece, et quoad substantiam evadant boni, exegit charitatem, istius nomine non intellexit charitatem theologicam, sed bonam voluntatem, cupiditatem boni, et inspirationem amoris, sive sit amor justitiæ, sive beatitudinis, sive boni alterius. Amor ergo hujusmodi sat est, ut actiones omnes deliberatas, et cuncta opera virtutum sint bona intrinsece, et quantum ad substantiam, quamvis in Deum charitate theologica non referantur: at vero ut etiam extrinsece impolluta sint, vere charitatis amore in illum debent ordinari, quandoquidem ne de ejus mente dubitari unquam valeat, hæc demum pronuntiat Amphibologiam exsufflemus omnem. Absque charitate theologica multa fiunt opera deliberata recte, intrinsece, et secundum substantiam suam bona, nec vitiantur praxi: vix cupiditatis fermento, sed quatenus destituta sunt recto ordine finis, nec charitate referantur in Deum, sunt bona officio, non fine; sunt bona, non bene facta. Nec repugnat, omnia infidelium opera eatenus appellare peccata, illorumque virtutes vitia, quatenus carent reititudine finis, eodemque pacto censere virtutes morales fidelium in Deum non ordinatas, dummodo illorum operum commendentur officia, nec promissa facta dicantur, et labefacta à noxia cupiditate. Hæc itaque distinctione præmissa, operum bonorum, et moralium virtutum, cujusmodi sunt, operire nudum, honorate parentes, conjugem proximumque diligere, in quantum officia bona sunt, et in

H §

(2) Lib. 18. c. 3. et lib. 21. c. 2.

(3) Tom. 5. diss. 1. c. 1. §. 7. n. 5.

(4) Ibi diss. 3. c. 1. §. 6. n. 4.

(5) Ibi n. 15.

(6) Tom. 7. c. 5. n. 2. §. 1. et 4.

nata haud multum dissecare videtur Berti sententia, quæ virtutum actibus ob defectum charitatis extrinsecam pariter maculam aspergit.

31. Insuper ex hac ipsa sententia confici valet, quod opera sine charitate facta intrinsecè quoque mala sint: etenim cupiditas, juxta Berti, deficiente charitate, quæ eam vincat, intraria omnino est voluntati peccatoris, nimirum tamquam visco, et glutino eidem implicata: quid ergo interius? Quid intimius? Nonne autem id satis erit, ut et voluntatem, et ejus opera, si ea revera inficit, intus, seu intrinsecus inficiat? Dein omissio referendi actus in Deum per charitatem, si non semper, ut ipse vult, (35) nonnumquam tamen gravis culpa ex ejus doctrina est; docet namque, quod is, qui charitatem non habens, gehennam timet, habet adhuc desiderium peccati secundum se; et amare quit hominem uti finem ultimum; tuncque peccare ipsum mortaliter, citra dubium est: nam gravis culpa in hoc à levi differt, quod illa, et non ista ultimi finis rationem à Deo aufert, transfertque ad creaturam. Unde ait D. Thomas (36) „ Qui peccando avertitur ab ultimo fine, quantum est ex natura peccati, „ habet lapsum irreparabilem: et ideo dicitur peccare mortaliter, aternaliter puniendus. „ Is itaque, qui absque charitate infernum metuit, peccat mortaliter, aternaliter puniendus. Id ipsum de ceteris operibus bonis, quæ charitatem præcedunt, dicendum erit, nam eum charitas actus nostros in Deum ordinat ultimum finem, operationes, quæ ante charitatem exercentur, non utique in Deum, sed in creaturam eum in finem ultimum diriguntur, eruntque propterea peccata mortalia, aternaliter punienda. Quod satis ipse exprimit, dum fatetur, quod id genus operationes cæterò rectitudine ultimi finis, et sunt ob cupiditatem, aut philantiam, aut inanem gloriam, aut superbiam, aut ambitionem, aut propter res sensibiles, et creatas, ac demum quod eas peccator aditans, non operetur in praxi propter æquitatem, sed aut sibi placens, aut fruens bonis commutabilibus, et ideo opera ejus prava sint, atque perversa, subindeque lethalia crimina, quæ cum, ni peniteat, condemnabunt. Hoc autem satis non erit, ut opera illa juxta ipsius Berti doctrinam, intrinsecus etiam temerata dicantur? Hæc Baji verba ipse avertit: (37) „ Virtutes impiorum vitia sunt, et damnant: et proinus addit: „ Profecto „ si damnant, intrinsecus mala sunt. „ Similiter et ego dixerim: si virtutum opera, quæ ante charitatem sunt, gravia sunt peccata, et damnant, intrinsecus mala erunt? In quo itaque hic Baji error, doctrinaque Berti discriminantur?

32. Exinde vero deducere quisque valet, quod impius charitatis expertus, qui Spiritus Sancti speciali auxilio, et motione adjutus supernaturales actus elicit fidei, spei, timoris, et doloris, quibus se ad gratiam comparat, totidem opera exercet prava utique, atque intrinsecus peccata, quæ sicut alia crimina in confessione sacramentali aperienda erunt; et ideo sese accusare tenetur, dolere, ac penitere, quod sine charitate in Deum crediderit, quod in eum speraverit, quod infernum timuerit, quod doluerit de peccatis suis, quod Spiritus Sancti motioni non restiterit, sed ei potius morem gesserit, quod se ad gratiam preparaverit: et cum confessio necessariò etiam exigat peccatorum odium, ac detestationem, necnon propositum deinceps non peccandi, debet itidem vit ille hos actus omnes supernaturales odisse, detestari, et firmiter animo statuere, eos, quandù charitate caruerit, minime iterare, ac proinde neque in Deum credere, neque in eum sperare, neque de culpis suis dolere, neque gehennam formidare, neque Spiritus Sancti motioni obedire, neque se ad gratiam aptare. Imò actus hosce credendi, sperandi, metuendi, dolendi, Spiritui Sancto obsequendi, et se ad gratiam preparandi, licet extrinsecus dumtaxat peccata dicantur, detestari ponitens debet, et confiteri cum proposito eos nunquam sine charitate efficiendi; sicut detestamur interdum, et confitemur alia opera ceteroqui indifferentia, vel etiam bona, quæ extrinsecè mala sunt, ideoque quod lege aliqua prohibeantur, et simul proponimus, ab eis, vigente prohibitione, abstinere. Deductio isthæc horribilis valde, et à veritate aliena mihi visa est, ac propterea oneris, quod illa imponere videbatur, detestandi videlicet,

(35) Ibidem diss. 3. c. 1. §. 6. n. 17.

(37) loco citato, §. 7. n. 2.

(36) 2. 2. q. 72. 4. f. c.

et confitendi præfata opera supernaturalia, ab eisque abstinendi, immunes arbitror penitentes, illibataque proinde opera ipsa et intrinsecus, et extrinsecus. Scias tamen velle, me aliqua ex his dixisse, ut Adversarium suæ doctrinæ auxilio perstringerem; secus autem quia firmum existimem, aut verum principium illud, quo utitur adversus Bajum: „ Profecto si damnant, intrinsecus mala sunt: „ siquidem opera, quæ prava dicuntur, quia prohibita, damnant profectò, et non intrinsecus, sed extrinsecus sunt mala: et ideo licet Bajus dicat, quod virtutes impiorum damnant, haud inde fit, quod eas intrinsecè malas crediderit.

33. Aliter quoque à Baji, et Quesnelli erroribus sententiam suam dissidere docet Berti, quia illi nimirum charitatem sanctificantem, ut opera nostra bona sint, necessariam astruant; ipse autem non hanc, sed initialem dumtaxat ad id poscat dilectionem, quæ quidem etsi sanctificationem non afferat, opera peccatoris in Deum refert, et ea sic bona reddit extrinsecè. At novo hoc discrimine haud satis, ut reor, suam tunc sententiam. Principio namque difficile apparet, Bajum, et Quesnellum credidisse, supernaturalia opera fidei, spei, ac timoris ante charitatem sanctificantem facta in se mala, et non bona esse. Præsertim quia illi reprobare opera solent ob defectum charitatis, qui juxta ipsum Berti ea polluit solùm extrinsecè. Deinde dilectio initialis non est primum opus bonum quod peccator efficit; et ideo ante illam debet elicere aliquos actus bonos, qui idcirco in Deum non ordinabuntur, pravique erunt: unde iisdem incommodis, ac momentis, quæ hæcenus stabilita sunt, quati etiam poterit discrimen istud. Præterea aliud est, charitatem exigere, ut opera nostra sint bona; aliud verò asserere, quod charitas ista sanctificans esse debeat: primum asserum esse quit erroneum: secundum autem ex primo deduci valet sine errore; siquidem attritionistæ, quos acatholicos nemo dicit, aliam charitatem non agnoscunt, nisi eam, quæ operit multitudinem peccatorum, et sanctificans vocatur: quapropter si astruatur, charitatem desiderari, ad hoc ut humani actus boni sint, deducunt illi protinus, et citra errorem, charitatem sanctificantem ad id esse necessariam. Quocirca Bajus, et Quesnellus errasse videntur, charitatem ad bonitatem nostrorum operum flagitantes; secus verò errori huic superadentes, quod charitas ista sit sanctificans, nam priori thesi stabilita, altera consequens est saltim juxta Attritionistarum dogmata. Eapropter à Bajanis non longe abesse quit censei is, qui charitatem veram exposcit, ut bona sint nostra opera, quamvis charitatem hanc sanctificantem non esse protestetur; cum potissimum à veritatis via Bajus ipse, ejusque simia Quesnellus defecti videantur, quatenus ad actuum probitatem charitatem exigunt, secus autem quod charitatem illam sanctificantem dixerint.

34. Attamen iniquis ex mente Berti: opera nostra cuncta in Dei laudem, et gloriam instituire, necnon charitate ornare jubemur, dicente Apostolo: (38) Omnia in „ gloriam Dei facite. (39) Omnia vestra in charitate fiant: id est, ait Angelicus Præceptor super hunc ultimum locum: (40) „ Omnia debent referri ad finem charitatis, scilicet ut fiant propter Deum. „ Sanctissimas verò leges hæcæ perumpere videtur homo charitatis expertus, nam is, qui charitate caret, nil in charitate facit; et ideo opera sua in finem charitatis, et Dei gloriam non refert, quæ ob id peccata erunt.

35. Sedenim ordinationem nostrorum operum in Deum ultimum finem, cui adversum placitum in primis innititur, gravissimis difficultatibus obnoxiam esse, quas nunc elucidare non vacat, omnes norunt. Dixerim tamen, ut primoribus saltem labris res magni ponderis degustetur, præceptum ordinationis hujuscæ haud negativum, sed affirmativum censei; et ideo non omnibus, et singulis, sed statis dumtaxat momentis à nobis esse servandum. Insuper mandatum istud idem omnino est, ac dilectionis mandatum, et utrumque eodem tempore, eodemque opere impletur. (41) „ Si

K

(38) 1. Cor. 10. 31.

(39) ibi. 16. 14.

(40) lect. 2.

(41) 2. Sent. d. 40. q. 1. 4. f. ad. 6.

quaratur, ait D. Thomas, quando oportet, actum referre in finem ultimum, hoc nihil aliud, est, quam quærere, quando oportet, habitum charitatis exire in actum: quia quocumque habitus charitatis in actum exit, fit ordinatio totius hominis in finem ultimum. Ordinatio ergo ista est actus ab habitu charitatis exiens; dilectio enim ex isto fonte descendens Deum super omnia amat, et nos, ac nostra opera in eum refert, et ita jussum servat utrumque: ac propterea ubi charitas non est, licet virtutes alia, et consequenter licet alia bona opera adsint, ordinatio illa non consistit. (42) Charitas, ait ipse, tendit in ultimum finem sub ratione finis ultimi; quod non convenit alicui alii virtuti. Et cum charitatis habitus adjunctus semper gratiæ sit, hæc etiam ad ordinationem eam peragendam necessaria erit: quod similiter astruit iniquiens: (43) Sine gratia gratum faciente non potest recte à mortibus vita duci, secundum quod ly recte importat rectitudinem ad finem ultimum pertingentem; potest tamen etiam sine ea recte aliquid agi rectitudine, quam habet actus ex materia, et circumstantiis, et sine debito: Itaque rectitudo ab his principis sumpta esse valet sine gratia; secus verò rectitudo ultimi finis, seu ordinatio in eum operum nostrorum. Eapropter amor, qui hanc efficit ordinationem, non informis, sed gratiæ ipsius consortio formatus esse debet; idque iterum innuit ajens: (44) Non facit virtutem informem defectus cujuscumque perfectionis, sed ille tantum defectus, qui tollit ordinem ultimi finis: amor igitur, qui ordinem hunc virtutibus restituit, gratiæ informationem eidem reddit, ac proinde formatus et ipse est. (45) Charitas, addit, non potest remanere informis, cum sit ultima forma virtutum ex hoc, quod respicit Deum in ratione finis ultimi. Si charitas informis esse nequit, quia Deum hoc pacto conspici, neque amor informis erit, qui opera nostra in Deum ipsum refert ultimum finem. Quocirca amorem initialem, et informem, qui à gratiâ et charitate non veniat, sed cum peccato sit, vel nescivit D. Thomas, vel ad ordinationem istam conficiendam ratus est insufficientem. Videsis alia S. Doctoris verba infra Cap. XXII. n. 12. et Cap. XXXI. n. 10. Unde perspicuum videtur, quod ex ejus mente homo dum in peccato manet, ordinationis non implet mandatum, atque idcirco nec dilectionis præceptum, utramque enim eodem opere servatur, nempe amoris actu à gratiâ, et habitu charitatis exeunte, qui in peccatore ipso non est: et ideo ut jussa isthæ custodiat, justificari prius debet. Sed iterum audi Aquinatem: (46) Homo in stata natura integræ dilectionem sui ipsius referebat ad amorem Dei sicut ad finem, et similiter dilectionem omnium aliarum rerum; et ita Deum diligebat plusquam se ipsum, et super omnia. Sed in statu nature corruptæ homo ab hoc deficit secundum appetitum voluntatis rationalis, quæ propter corruptionem nature sequitur bonum privatum, nisi sanetur per gratiam. Et loquitur de dilectione, ac relatione naturalibus, quas homo integer perficeret: si ea itaque peccatorum, antequam sanetur per gratiam, desunt, quomodo supernaturales inerant, de quibus agitur? At dum justus, ac Dei amicus fit, eum concomitantè amat, et amore isto se, suaque omnia in ipsum refert, et sic utramque implet legem. Imo quoad in Dei amicitia perseverat, ordinationem istam sæpe iterat, quia sæpius etiam amat, juxta illud: (47) Omni tempore diligit qui amicus est. Sed tam justus, quam injustus, si Deum non amant, eum dilectionis, et ordinationis lex viget, si ne dubio peccant. Tempore verò quo non ligat illa lex, peccator opera virtutum exercere valet, quæ bona utique erant; et nec extrinsecus temerabuntur, etsi in Deum super omnia dilectum non ordinentur; quia nec dilectionem nec ordinationem tunc adhibere tenentur: (48) Non obligamur, ait D. Thomas, ad hoc, quod quilibet actus actu dirigatur in finem illum, in quem non potest nisi fides dirigere, quia præcepta affirmativa non obligant ad semper, quamvis semper obligent: et ideo non oportet, ut actus infidelium, qui in finem illum non est ordinatus, semper sit pec-

(42) 1. 2. q. 26. a. 1. ad. 1.

(43) 4. Sent. d. 17. q. 1. a. 2. quæstione. 2. ad. 3.

(44) De virtutibus, q. 2. a. 6. ad. 11.

(45) 2. 2. q. 24. a. 12. ad. 5.

(46) 1. 2. q. 109. a. 2. c.

(47) Prov. 17. 17.

(48) 2. Sent. d. 47. q. 2. a. 2. ad. 4.

catum, sed solum pro tempore illo, in quo tenetur, actum suum in finem ultimum referre.

36. Hinc deducitur, tempore, quo lex ordinationis non obligat, præcepta alia impleri posse, quàm opera, quibus servantur, in Deum referri debeant. Et hoc similiter astruere videtur Angelicus ipse Magister, dum de præcepto honorandi parentes inquit: (49) Sub præcepto charitatis continetur, ut diligatur Deus ex toto corde, ad quod pertinet ut omnia referantur in Deum; et ideo præceptum charitatis implere quomodo non potest, nisi etiam omnia referantur in Deum. Sic ergo qui honorat parentes, tenetur ex charitate honorare, non ex vi hujus præcepti quod est: *Honora parentes*; sed ex vi hujus præcepti: *Dilige Dominum Deum tuum ex toto corde tuo*. Et cum ista sine duo præcepta affirmativa non obligantia ad semper, possunt pro diversis temporibus obligare: et ita potest contingere, quod aliquis implens præceptum de honoratione parentum, non tunc transgreditur præceptum de omissione moti di charitatis: id est, relationis operum in Deum. Itaque relationis, seu ordinationis lege non urgente, peccator, qui parentibus suis defert honorem, hoc præceptum implet: *Honora parentes*: et minime peccat, etsi honorationem istam in Deum non referat, eam namque referre tunc non adigitur. Sed cum lex ista viget: *Dilige Dominum Deum tuum*: debet ex charitate, sive propter Deum super omnia dilectum parentes honorare, ordinando scilicet honorationem ipsam in Deum ultimum finem ita amatum; quod si non præstiterit, peccat. Et idem est de jussis aliis. In viro autem justo amor, quo Deum prius dilexit, et se, suaque omnia in eum retulit, virtute manet: et ideo cum bene agit, etsi tum Deum non amet actu, propter Deum agere conatur. Unde constat itidem, Initialistas ex lege ordinationis præfata haud recte deducere necessitatem amoris initialis à peccatore adhibendi, cum præviè se ad Sacramentum aptat: quoniam si lex ista tunc non obligat, amorem habere non tenetur, quo in Deum super omnia dilectum actu referat, quibus preparatur. Si vero lex urget, amare quidem obstringitur, et ordinare; sed tum amor non prævia, sed concomitans est dispositio, quia amor ordinationem efficiens exire debet a gratiâ, et habitu charitatis.

37. Quinimo nec delinquit peccator ipse dicendus est, dum charitate orbatus credit, sperat, timet, dolet, ac cetera præstat, quibus ad Sacramentum aptatur, licet eum dilectionis, et ordinationis lex tunc liget; illam enim servare nequit, nisi prius actus hos exerceat: qui quidem ad legis ipsius custodiam eum comparant, seu ad gratiam, et charitatem obtinendas, quibus Deum amet, in ipsamque sua cuncta dirigit: unde ex tunc jam dispositivè, et inchoatè legem eam implet. (50) Non enim, ait D. Thomas, est impossibile, hoc præceptum observare, quod est de actu charitatis, quia, homo potest se disponere ad charitatem habendam, et quando habuerit eam, potest ea uti. Peccator sese præparans ad charitatem independendam, qua Deum amet, dilectionis statutum non frangit: igitur nec ordinationis jussum. Idem ipse dum præviè se disponit ad Penitentiam Sacramentum, hujus suscipiendi legi jam incipit parere, quam idcirco minime peccat. Fur itidem dum fodit, mendicat, aut quid simile præstat, ut numulos habeat ad restitutionem efficiendam, quam nequit aliter peragere, restitutionis legem non violat, sed eam potius, quantum valet, adimplere incipit. Haud itaque secus is, qui charitate caret, dum credit, sperat, timet, dolet, mandati, quo Deum amare, in eumque omnia referre adstringitur, transgressor non est: illud namque, nisi præviè opera ea efficiat, nullatenus implebit: ac propterea dum illa exequitur, mandati hujus inchoat obsequentiam. Et observandum, Angelicum Præceptorem solum præscribere homini charitate exuro, quod se disponat ad charitatem assequendam, secus verò quod habeat usum, seu actum charitatis; hunc enim ei dumtaxat præcipit, qui jam charitatem possidet: ubi satis innuit, hominem charitate privatum non habere actum charitatis, nempe amorem Dei super omnia, ac proinde nec dilectionis, et ordinationis præceptum custodire, sed se unice ad ejus custodiam præparare. In quo exercere videtur Initialistarum dogma asserentium, quod homo antequam charitatem

(49) 1. 2. q. 100. a. 10. ad. 2.

(50) Ibi c.

acquirit, habere debet actum charitatis, seu amorem Dei super omnia, quo impleat præceptum illud.

38. Præterea aliqua ratione in Deum nostra opera, deficiente charitate, referri possunt, nempe fide, ac spe: harum enim finis, et objectum Deus est, eodem Magistro teste: (51) „ Religio, ait, non est virtus theologica, cujus objectum est ultimus finis. . . Virtutes autem theologice, scilicet fides, spes, et charitas habent actum circa Deum, sicut circa proprium objectum. “ Fides Deum respicit, uti est infallibiliter verus, spes ut misericorditer remunerator: quocirca non solum fidei, ac spei actus, verum et alia opera, quæ ex fide, ac spe facimus, propter Deum facimus. Religio item Deum aspicit, non ut objectum, sed ut finem; et ideo actus Religionis, et quicquid ex religione fit, ob Deum similiter finem nostrum exercetur: (52) „ Religio, subdit ipse, ordinat hominem in Deum, non sicut in objectum, sed sicut in finem. “

39. Sentiant insuper complures, quod dum quis virtutis honestate illectus aliquid agit, propter Deum eisdem agit, quia honestas virtutis se ipsa in Deum, à quo venit, ordinata est. Id autem displicet Berti, astruitque idcirco: „ operantes propter solam virtutis honestatem, inflari vento ambitionis: “ ob idque si ob temperantiam bonitatem jejunas, aut à vino abstines, ambitioni succumbis: si ob castitatis pulchritudinem vitam agis colibem, aut fugis consortia lemmatarum, ambitione fedaris: si ob justitiæ decorem leges servas, officia dignioribus largiris, rem alienam restituis, ambitioni inservis: si ob misericordiæ præstantiam nudum operis, esurientem alijs, sitibundum refrigeras, ambitione laboras. Imo per ipsum, dum deficit charitas, aut ambitio, aut philantia, aut inani gloria, aut simili vitio inficiuntur Catholici, qui ob orationis excellentiam divinas canunt laudes, vel orant Patrem suum in abscondito: Judæi, qui ob religionis christianæ securitatem, baptismum petunt: Schismatici, Hæretici, Apostatae, qui ob fidei catholice infallibilem veritatem Ecclesie communionem, pacemque requirunt: ac demum qui ob perfectionem spei, in Deo sperant. Unde opera hujusmodi prava erunt, nedum quod in Deum finem ultimum non ordinentur, sed etiam quia perverso fine fiunt. At hæc omnia incredibilia mihi sunt, et ideo satis eorum sententia subscriberem, qui opera propter honestatem virtutis exercita, honestatis ipsius beneficio in Deum jam relata, ac subinde bona arbitrantur, et absque sorde ulla. Hoc haud obscure innuit D. Thomas, dum ait: (53) „ Quicumque acta intendit aliquem finem secundarium, virtute intendit finem principalem, sicut Medicus dum colligit herbas, actu intendit conficere potionem, nihil fortassis de sanitate cogitans, virtualiter tamen intendit sanitatem, propter quam potionem dat. “ Igitur et qui actum virtutis exercet ob ipsius virtutis bonum, quod finis secundarius est virtutis, licet de bonitate divina, quæ ejus finis est præcipuus, nil fortasse cogitet, eam tamen virtualiter intendit. Ait etiam Doctor Angelicus: (54) „ Fides dirigere intentionem in finem ultimum, sed ratio naturalis, vel prudentia potest dirigere in aliquem finem proximum; et quia ille finis proximus est ordinabilis in finem ultimum, etiamsi actu non ordinetur, ideo in infidelibus, quorum actus per vim rationis in talem finem diriguntur, possunt aliqui actus esse boni, sed deficientes a perfecta bonitate, secundum quam actus est meritorius. “ Opus itaque hominis infidelis, si fiat propter finem proximum, qui in ultimum ordinabilis sit, quamvis actu in eum non ordinetur, bonum est: ac proinde alterius cujuscumque peccatoris opera erunt similiter innoxia, etsi in Deum actu non dirigantur, modo fiant ob ipsius virtutis bonum, hoc enim in Deum ordinatum est. (55) „ Virtutes, ait ipse Aquinas, sunt circa quadam bona creata, quæ ordinantur ad bonum increatum sicut ad ultimum finem: “ deest tamen operibus hisce, et virtutibus, à quibus proficiuntur, bonitas vite æternæ meritoria, hæc namque absque gratia, et charitate nullibi consistit.

40. His tamen Berti neutiquam acquiescet, cum velit, et doceat cum etiam, qui sine relatione, aut dilectione actus agit virtutum, delinquere, non quidem, quia actus

(51) 2. 2. q. 81. a. 3. c. et ad. 1.

(52) Ibi ad 2.

(53) De virtutibus q. 2. a. 11. ad 2.

(54) 2. Sent. d. 41. q. 4. a. 2. ad 2.

(55) De virtutibus q. 2. a. 3. c.

illos, qui boni sunt, exercet, sed quia eos exercet sine dilectione Dei: (56) „ Qui nudum operit, inquit, qui continentiam servat, qui honorat parentes, non peccat, sed bona opera facit: peccat tamen, et bonum non bene facit, quia non diligit Dominum ex toto corde. “ Imo virtutes ipsas à quibus actus illi exoriuntur, si dilectionis consortio cateant, veras negat esse virtutes, ajens: (57) „ In Augustiniana Schola non dantur virtutes steriles, et infructuosas: quia non est virtus quicquid non recto fine peragitur, nec peragitur recto fine, quicquid non fit propter Deum. Ad hoc autem ut aliquid fiat propter Deum, opus est amore Dei, sine quo nemo bene utitur creaturis. . . Virtutes itaque eorum, qui in ter Gentiles ceteris visi sunt antecellere, nequaquam virtutes veræ fuerunt. . . Verbo dicam: Augustinus veras virtutes non agnoscit, nisi quæ Deo serviunt, quæ propter Deum exercentur, quæ ad Deum referuntur. “ Cum autem relatio ista, ipso Berti iudice, charitate sit agenda, nec in Christianis, qui charitatem non habent, veræ erunt virtutes. Sed alicujus disquisitionis doctrina hujusmodi digna est.

41. Scire verò, ut hæc solvantur, operæ præcium erit, charitatem virtutum formam nuncupari, quia virtutes præter formam sibi propriam, aliam ipsi communem à charitate ipsa habere solent, quatenus hæc eas in Deum dirigit, et vite æternæ meritorias reddit. (58) „ A proprio fine, inquit D. Thomas, et à proprio objecto qualibet virtus habet formam specialem, per quam est hæc virtus: sed à charitate habet quandam formam communem, secundum quam est meritoria vite æternæ. “ Hæc communis forma extrinseca virtutibus est, non intrinseca, addit enim: „ Charitas non est forma intrinseca. “ Et iterum: „ Charitas non est perfectio intrinseca aliarum virtutum, sed extrinseca. “ Unde virtutes sine charitate, et merito plerumque consistunt, tuncque veræ virtutes, omnia scilicet in se habentes, quæ vera virtus exposcit, seu speciali forma constantes, quæ earum quævis est hæc virtus, orbatæ tamen extrinseca formatione, et merito charitatis.

42. Igitur ante charitatis amorem esse queunt in peccatore virtutes tam naturales, quam supernaturales, quæ veræ virtutes sint secundum formam, quæ ipsis propria est; secus tamen secundum formam communem. Hujusmodi autem virtutes steriles, et infructuosæ vocari absolute nequeunt, suos enim entuntur actus, qui quidem, si naturales sunt, peccata impediunt, actus namque castitatis luxuriæ vitæ culpam; si supernaturales, peccatorem ad gratiam disponunt: quocirca infæcunde duntaxat appellanda sunt, si conferantur cum vite æternæ merito, quod nondum pariunt. Professio in peccatore catholico charitatis experte, et meriti, manent fides, spes, et religio, quæ supernaturales sunt virtutes: et hinc deducitur, quod et in ipso, et in infideli consistere etiam valeant virtutes morales, hæc namque minorem habent, quam illæ cum statu peccati repugnantiam: sed tam naturalis, quam supernaturalis virtutis opera propter Deum sunt; hujus enim actus Deum suscipit uti finem, ac subinde propter eum fit: actus verò illius fit propter bonum creatum, quod in Deum ordinatum est.

43. Quod autem peccator catholicus habere valeat fidem, spem, et religionem, doctrina est Ecclesie, nam Tridentinum ait: (59) „ Si quis dixerit, amissa per peccatum gratia, simul et fidem semper amitti, aut fidem, quæ remanet, non esse veram fidem, licet non sit viva; aut eum, qui fidem sine charitate habet, non esse Christianum, anathema sit. “ Si autem fides, quæ in peccatore remanet, est vera fides, nonne etiam virtus vera erit? Deinde Clemens XI. has Quæsnelli theses solemnè decreto castigavit.

51. „ Fides justificat, quando operatur, sed ipsa non operatur, nisi per charitatem. “

52. „ Omnia alia salutis media continentur in fide, tamquam in suo germine, et semine; sed hæc fides non est absque amore, et fiducia. “

56. „ Deus non remunerat, nisi charitatem, quoniam charitas sola Deum honorat, “

57. „ Totum deest peccatori, quando ei deest spes, et non est spes in Deo, ubi non est amor Dei. “

(56) Tom. 7. c. 6. n. 3.

(57) Tom. 1. diss. 3. c. 1. §. 6. n. 3. et 7. et 9.

(58) Loc. citato de virtutibus ad 2. et ad 18. et a. 1. ad 1.

(59) Sess. 6. can. 28.

acquirat, habere debet actum charitatis, seu amorem Dei super omnia, quo impleat præceptum illud.

38. Præterea aliqua ratione in Deum nostra opera, deficiente charitate, referri possunt, nempe fide, ac spe: harum enim finis, et objectum Deus est, eodem Magistro teste: (51) „ Religio, ait, non est virtus theologica, cujus objectum est ultimus finis. . . Virtutes autem theologice, scilicet fides, spes, et charitas habent actum circa Deum, sicut circa proprium objectum. “ Fides Deum respicit, uti est infallibiliter verus, spes ut misericorditer remunerator: quocirca non solum fidei, ac spei actus, verum et alia opera, quæ ex fide, ac spe facimus, propter Deum facimus. Religio item Deum aspicit, non ut objectum, sed ut finem; et ideo actus Religionis, et quicquid ex religione fit, ob Deum similiter finem nostrum exercetur: (52) „ Religio, subdit ipse, ordinat hominem in Deum, non sicut in objectum, sed sicut in finem. “

39. Sentiant insuper complures, quod dum quis virtutis honestate illectus aliquid agit, propter Deum eisdem agit, quia honestas virtutis se ipsa in Deum, à quo venit, ordinata est. Id autem displicet Berti, astruitque idcirco: „ operantes propter solam virtutis honestatem, inflari vento ambitionis: “ ob idque si ob temperantiam bonitatem jejunas, aut à vino abstines, ambitioni succumbis: si ob castitatis pulchritudinem vitam agis colibem, aut fugis consortia lemmatarum, ambitione fedaris: si ob justitiæ decorem leges servas, officia dignioribus largiris, rem alienam restituis, ambitioni inservis: si ob misericordiæ præstantiam nudum operis, esurientem alijs, sitibundum refrigeras, ambitione laboras. Imo per ipsum, dum deficit charitas, aut ambitio, aut philantia, aut inani gloria, aut simili vicio inficiuntur Catholici, qui ob orationis excellentiam divinas canunt laudes, vel orant Patrem suum in abscondito: Judæi, qui ob religionis christianæ securitatem, baptismum petunt: Schismatici, Hæretici, Apostatae, qui ob fidei catholice infallibilem veritatem Ecclesie communionem, pacemque requirunt: ac demum qui ob perfectionem spei, in Deo sperant. Unde opera hujusmodi prava erunt, nedum quod in Deum finem ultimum non ordinentur, sed etiam quia perverso fine fiunt. At hæc omnia incredibilia mihi sunt, et ideo satius eorum sententia subscriberem, qui opera propter honestatem virtutis exercita, honestatis ipsius beneficio in Deum jam relata, ac subinde bona arbitrantur, et absque sorde ulla. Hoc haud obscure innuit D. Thomas, dum ait: (53) „ Quicumque acta intendit aliquem finem secundarium, virtute intendit finem principalem, sicut Medicus dum colligit herbas, actu intendit conficere potionem, nihil fortassis de sanitate cogitans, virtualiter tamen intendit sanitatem, propter quam potionem dat. “ Igitur et qui actum virtutis exercet ob ipsius virtutis bonum, quod finis secundarius est virtutis, licet de bonitate divina, quæ ejus finis est præcipuus, nil fortasse cogitet, eam tamen virtualiter intendit. Ait etiam Doctor Angelicus: (54) „ Fides dirigere intentionem in finem ultimum, sed ratio naturalis, vel prudentia potest dirigere in aliquem finem proximum, et quia ille finis proximus est ordinabilis in finem ultimum, etiamsi actu non ordinetur, ideo in infidelibus, quorum actus per vim rationis in talem finem diriguntur, possunt aliqui actus esse boni, sed deficientes a perfecta bonitate, secundum quam actus est meritorius. “ Opus itaque hominis infidelis, si fiat propter finem proximum, qui in ultimum ordinabilis sit, quamvis actu in eum non ordinetur, bonum est ac proinde alterius cujuscumque peccatoris opera erunt similiter innoxia, etsi in Deum actu non dirigantur, modo fiant ob ipsius virtutis bonum, hoc enim in Deum ordinatum est. (55) „ Virtutes, ait ipse Aquinas, sunt circa quadam bona creata, quæ ordinantur ad bonum increatum sicut ad ultimum finem: “ deest tamen operibus hisce, et virtutibus, à quibus proficiuntur, bonitas vite æternæ meritoria, hæc namque absque gratia, et charitate nullibi consistit.

40. His tamen Berti neutiquam acquiescet, cum velit, et doceat cum etiam, qui sine relatione, aut dilectione actus agit virtutum, delinquere, non quidem, quia actus

(51) 2. 2. q. 81. a. 3. c. et ad. 1.

(52) Ibi ad 2.

(53) De virtutibus q. 2. a. 11. ad 2.

(54) 2. Sent. d. 41. q. 4. a. 2. ad 2.

(55) De virtutibus q. 2. a. 3. c.

illos, qui boni sunt, exercet, sed quia eos exercet sine dilectione Dei: (56) „ Qui nudum operit, inquit, qui continentiam servat, qui honorat parentes, non peccat, sed bona opera facit: peccat tamen, et bonum non bene facit, quia non diligit Dominum ex toto corde. “ Imo virtutes ipsas à quibus actus illi exoriuntur, si dilectionis consortio cateant, veras negat esse virtutes, ajens: (57) „ In Augustiniana Schola non dantur virtutes steriles, et infructuosas: quia non est virtus quicquid non recto fine peragitur, nec peragitur recto fine, quicquid non fit propter Deum. Ad hoc autem ut aliquid fiat propter Deum, opus est amore Dei, sine quo nemo bene utitur creaturis. . . Virtutes itaque eorum, qui in ter Gentiles ceteris visi sunt antecellere, nequaquam virtutes veræ fuerunt. . . Verbo dicam: Augustinus veras virtutes non agnoscit, nisi quæ Deo serviunt, quæ propter Deum exercentur, quæ ad Deum referuntur. “ Cum autem relatio ista, ipso Berti iudice, charitate sit agenda, nec in Christianis, qui charitatem non habent, veræ erunt virtutes. Sed alicujus disquisitionis doctrina hujusmodi digna est.

41. Scire verò, ut hæc solvantur, operæ præcium erit, charitatem virtutum formam nuncupari, quia virtutes præter formam sibi propriam, aliam ipsi communem à charitate ipsa habere solent, quatenus hæc eas in Deum dirigit, et vite æternæ meritorias reddit. (58) „ A proprio fine, inquit D. Thomas, et à proprio objecto qualibet virtus habet formam specialem, per quam est hæc virtus: sed à charitate habet quandam formam communem, secundum quam est meritoria vite æternæ. “ Hæc communis forma extrinseca virtutibus est, non intrinseca, addit enim: „ Charitas non est forma intrinseca. “ Et iterum: „ Charitas non est perfectio intrinseca aliarum virtutum, sed extrinseca. “ Unde virtutes sine charitate, et merito plerumque consistunt, tuncque veræ virtutes, omnia scilicet in se habentes, quæ vera virtus exposcit, seu speciali forma constantes, quæ earum quævis est hæc virtus, orbatæ tamen extrinseca formatione, et merito charitatis.

42. Igitur ante charitatis amorem esse queunt in peccatore virtutes tam naturales, quam supernaturales, quæ veræ virtutes sint secundum formam, quæ ipsis propria est; secus tamen secundum formam communem. Hujusmodi autem virtutes steriles, et infructuosæ vocari absolute nequeunt, suos enim entuntur actus, qui quidem, si naturales sunt, peccata impediunt, actus namque castitatis luxuriæ vitæ culpam; si supernaturales, peccatorem ad gratiam disponunt: quocirca infæcunde duntaxat appellanda sunt, si conferantur cum vite æternæ merito, quod nondum pariunt. Professio in peccatore catholico charitatis experte, et meriti, manent fides, spes, et religio, quæ supernaturales sunt virtutes: et hinc deducitur, quod et in ipso, et in infideli consistere etiam valeant virtutes morales, hæc namque minorem habent, quam illæ cum statu peccati repugnantiam: sed tam naturalis, quam supernaturalis virtutis opera propter Deum sunt; hujus enim actus Deum suspicit uti finem, ac subinde propter eum fit: actus verò illius fit propter bonum creatum, quod in Deum ordinatum est.

43. Quod autem peccator catholicus habere valeat fidem, spem, et religionem, doctrina est Ecclesie, nam Tridentinum ait: (59) „ Si quis dixerit, amissa per peccatum gratia, simul et fidem semper amitti, aut fidem, quæ remanet, non esse veram fidem, licet non sit viva; aut eum, qui fidem sine charitate habet, non esse Christianum, anathema sit. “ Si autem fides, quæ in peccatore remanet, est vera fides, nonne etiam virtus vera erit? Deinde Clemens XI. has Quæsnelli theses solemnè decreto castigavit.

51. „ Fides justificat, quando operatur, sed ipsa non operatur, nisi per charitatem. “

52. „ Omnia alia salutis media continentur in fide, tamquam in suo germine, et semine; sed hæc fides non est absque amore, et fiducia. “

56. „ Deus non remunerat, nisi charitatem, quoniam charitas sola Deum honorat, “

57. „ Totum deest peccatori, quando ei deest spes, et non est spes in Deo, ubi non est amor Dei. “

(56) Tom. 7. c. 6. n. 3.

(57) Tom. 1. diss. 3. c. 1. §. 6. n. 3. et 7. et 9.

(58) Loc. citato de virtutibus ad 2. et ad 18. et a. 1. ad 1.

(59) Sess. 6. can. 28.

agnoscit virtutem, ait namque: (70) „ Primi Romani constituerunt (republicam) au-
 „ xeruntque virtutibus, etsi non habentes veram pietatem erga Deum verum, quæ
 „ illos etiam in æternam civitatem posset salubri religione perducere; cus-
 „ todientes tamen quamdam sui generis probitatem, quæ posset terrenæ ci-
 „ vitati constituendæ, augendæ, conservandæque sufficere. Deus enim sic ostendit, in
 „ opulentissimo, et præclaro imperio Romanorum, quantum valerent civiles etiam si-
 „ ne vera religione virtutes, ut intelligeretur, hac addita, fieri homines cives alterius
 „ civitatis, cujus rex veritas, cujus lex charitas, cujus modus æternitas. „ Planè hic,
 „ et etiam in verbis, quæ ante ista leguntur, virtutem à merito vitæ æternæ, à cha-
 „ ritate, à religione meritoria secerunt; et in hoc sensu virtutes, earumque officia Ro-
 „ manis attribuit; imò censet, quod ob hæc Deus temporale præmium quoddam satis no-
 „ bile eisdem contulerit, nempe potentissimum, ac celeberrimum orbis imperium, ita vi-
 „ delicet ut ipsi de Deo conqueri nequeant, quasi eorum virtutibus justam mercedem
 „ denegarit. (71) „ Isti privatas res suas pro re communi, hoc est republica, et pro
 „ ejus arario contempserunt, avaritiæ resistere, consuluerunt patriæ consilio libero,
 „ neque delicto secundum suas leges, neque libidini obnoxii: his omnibus artibus tam-
 „ quam verâ viâ nisi sunt ad honores, imperium, gloriam: honorati sunt in omnibus
 „ fere gentibus; imperij sui leges imposuerunt multis gentibus; hodieque literis, et his-
 „ toria gloriosi sunt pene in omnibus gentibus. Non est, quod de summi, et veri Dei
 „ justitia conquerantur: perceperunt mercedem suam. „ Hanc temporalem retributio-
 „ nem, (sempernam minimè daturus) „ bonis artibus eorum, ait, id est virtutibus
 „ largitus est. Porro Deus opera illa, quæ aut pravo fine fiunt, aut vitio alicui subsunt,
 „ nullatenus remunerat, sed punit potius; quandoquidem Saulem, juxta eundem Augus-
 „ tinum, (72) ob misericordiam contra præceptum ei impositum captivo regi Amaleci-
 „ tarum impensam condemnavit. Cum ergo antiquorum Romanorum virtutes, et opera re-
 „ muneraverit, non mala, sed bona dicenda sunt, ac recensito præmio digna, eo nimi-
 „ tum de quo Anchises apud Virgilium.

(73) „ Illa inclyta Roma

„ Imperium terris, animos æquabit Olympo. „

Ast quia Romanorum virtutes merito vitæ æternæ caruerunt, neque veræ virtutes in
 priori sensu Augustini dicuntur, neque cælesti mercede Romani ipsi donati sunt; et
 ideo Berecynthia nepotibus eos conferens haud rectè addidit ille:

„ Omnes calcicolas, omnes supra alta tenentes. „

48. Præterea nonnulla extant vitia, quæ ut ait S. Doctor (74) „ Finissima videntur,
 „ et propinqua virtutibus. „ Ideoque perscrutari opus est, et accuratè distinguere ger-
 manæ virtutis officia ab operibus his, quæ habent eisdem speciem virtutis, et mera sunt
 vitia. Qui à vino abstinere, ne ebrius fiat, virtutem exercet, nempe temperantiam;
 sed qui abstinere, ne pecunia pereat, haud virtuti incumbit, sed vitio, non est temperans,
 sed avarus. Primi generis ætus probo fine constant, fiunt enim ob ipsius virtutis boni-
 tum, nosque ad æternam independendam felicitatem juvare possunt, impediendo scilicet
 peccata, si naturales sint, vel nos ad gratiam præparando, si supernaturales. Ad se-
 cundum pertinent infidelium, aliorumque peccatorum operationes quamplures, quæ etsi
 bonæ appareant, fucosa vitia sunt, quia ob ambitionem, inanem gloriam, propriam uti-
 litatem, aut similem prævium finem exercentur. De hujusmodi frequenter loquitur B. An-
 tistes, et ubicumque extiterint, jure negat, veras esse virtutes, ob idque merito Epi-
 curum carpit, quod decreverit, voluptati virtutes ancillari. (75)

49. Sûperest tamen, D. Pauli enodare verba illa: (76) „ Omne autem, quod non
 „ est ex fide, peccatum est: „ quæ sententiæ hujusque impugnatae propitia videntur; in-
 fidelis enim utpote fidei cassus, nil ex fide operatur, proptereaque quidquid agit, cul-
 pa quæ existimari: ast opinio hæc plus quidem, quam Apostoli verba exigit, nam ul-

(70) Ep. 158. al. 5. ad Marcellinum c. 3. n. 17. (71) De Civitate Dei l. 5. c. 15.
 (72) lib. cit. contra Julianum n. 31. (73) Aeneid. 6. (74) Neque. Julian. n. 20.
 (75) ibi 21. (76) Rom. 14. 23.

tra fidem, exigit etiam charitatem, ut infidelium operta peccata non dicantur: et id-
 circo ex ea peccatum est nedum id, quod non est ex fide, sed etiam quod non est
 ex charitate, in quo dampnata illi thesi assimilatur: „ Omne quod non est ex fide Chris-
 „ tiana supernaturali, quæ per dilectionem operatur, peccatum est. „ Deinde omne quod
 non est ex fide, peccatum est, si cupiditate, jactantia, philantia, aut aliò pravo fine
 corrumpatur, secus verò si fiant ob virtutis honestatem. Præterea omne, quod non est
 ex fide, peccatum est in sua radice, anima enim, quæ humanarum operationum ra-
 dix est, dum fidem non habet, peccatum habet. Insuper infidelis cum operatur, non
 ex fide, sed ex infidelitate, seu ex affectu ad infidelitatem, delinquit proculdubio. Et
 hæc est doctrina Angelici Magistri, (77) quem si legeris, plura reperies ab eo tradi
 ex his, quæ caput istud amplectitur. Demum fides in verbis D. Pauli non solum vir-
 tutem theologicam, quæ hoc nomine dignoscitur, sed conscientiam itidem significat,
 et est sensus: quod non est ex fide, seu quod est contra fidem, vel contra conscien-
 tiam, peccatum est: agit enim Apostolus, juxta Augustinum (78) de ciborum delecta-
 et docet, his dumtaxat vesci fas, quos fides, seu conscientia innoxios habet. Sed au-
 diatur D. Thomas textum illum exponens (79) „ Potest autem hæc fides dupliciter ac-
 „ cipi: uno modo de fide, quæ est virtus; alio modo secundum quod fides dicitur
 „ conscientia: et hæc duæ acceptiones non differunt nisi secundum differentiam particu-
 „ laris, et universalis. Id enim quod universaliter fide tenemus, puta usum ciborum
 „ esse licitum, vel illicitum, conscientia applicat ad opus, quod est factum, vel fa-
 „ ciendum. . . In homine infideli, cum infidelitate est bonum nature: et ideo cum ali-
 „ quis infidelis ex dictamine rationis aliquid bonum facit, non referendo ad malum
 „ finem, non peccat. Non tamen opus ejus est meritorium, quia non est gratia infor-
 „ matum. . . Cum vero homo infidelis aliquid agit, ex eo quod infidelis est; manifes-
 „ tum est, quod peccat. Unde cum in Glossa dicitur: Opus omne, quod non est ex
 „ fide, peccatum est: sic est intelligendum: omne quod est contra fidem, vel con-
 „ scientiam, peccatum est, etsi ex genere suo bonum esse videatur; puta si
 „ paganus ad honorem suorum deorum virginitatem servet, vel eleemosynam det, hoc
 „ ipso peccat. „ Quocirca Vestales femina virginitatem in Vestæ honorem servantes,
 rei prævæ inuembant: exercuissent autem veram virtutem, si id castimonie decore illec-
 ta, et ob ipsius amorem peregrissent.

50. Ex dictis hæcenus novum pro attritionis sufficientia sciendum est argumen-
 tum, eo namque fine institutum est caput istud, quod foret ceteroquin extra chorum.
 Vult itaque adversa opinio, quod timor inferni non excludat voluntatem peccandi,
 nec desiderium peccati secundum se inspici, et quod timor ipse, ni initialis adsit
 amor, extrinsecus peccatum sit: idemque de attritione, quæ timore illo concipitur, as-
 truit: et inde concludere studet, neque timorem, neque attritionem præparationem ad
 gratiam in Sacramento recipiendam esse sufficientem; nam sufficiens præparatio volun-
 tatem illam, ac desiderium penitus arect, et nullo modo peccatum est. Atvero astantim,
 meo saltem iudicio, ostensum est, timorem supernaturalem absque labe ulla consistere,
 sicut et alia supernaturalia opera: et ideo tam ipse, quam attritio ex eo prognata de-
 siderium peccati, et peccandi voluntatem, si actu peccata sint, omnino expellunt, proin-
 deque dispositionis sufficientis munus ex hoc capite minime est eis denegandum. Ti-
 mor insuper in impiorum justificatione charitate prior est, id Berti ipso fatente; nam
 licet ad timorem statuat aliquem requiri amorem, huic tamen, ait, non esse charita-
 tem, sed bonam voluntatem, aut cupiditatem boni, aut præventivam gratiam; sic enim
 in Scripto jam memorato adversus Languetium Senoniarum Archiepiscopum mentem suam
 sine ambiguitate declarat: (80) „ Dissertissime trado, ipsum timorem procedere ab
 „ amore justitiæ, et à reverentia divinæ Majestatis, non autem ab illo amore, qui ten-
 „ dit in Deum summum bonum, et peculiari ratione charitas nuncupatur. . . Gratia

L

(77) 2. Sent. d. 46. q. 1. a. 2. (78) cont. Julian. n. 24. (79) Lect. 3.
 (80) Tom. 7. c. 6. n. 2.

38. „Nec Deus est, nec religio, ubi non est charitas.“ Harum thesium reprobat omnino evincit, quod in peccatore charitatis, et amoris vacuo esse queunt fides, spes, et religio, earumque subinde officia, nimirum credere, sperare, Deum colere, et honorare: illæ autem virtutes præstantissimæ revera sunt, utpote supernaturales, et à Deo nobis infusæ: insuper ad Deum ipsum suapte natura ordinantur, cumque credendo, sperando, colendo, honorando respiciunt, atque contingunt. Cur ergo veræ virtutes dicendæ non erunt? Aut cur ingenue, imò et nobilissimæ virtutis gradu sunt exaudorandæ? Quoniam detest illis, aïs, ordioatio, aut informatio charitatis. Verumtamen informatio isthæc solum ad virtutum meritum desideratur, ante eam namque illarum qualibet suam habet formam, qua fit hæc virtus. Ex ipsius Berti sententiâ virtus sine merito in peccatore consistit, quia si amore initiali in Deum ordinetur, vera virtus est, sed meritoria non est, initialis quippe amor utpote peccati socius nullum conferret peccatoris virtuti meritum: quapropter si ordinatio charitatis ad virtutis duntaxat meritum necessaria est, ut innuit D. Thomas, sine hac ordinatione vera virtus esse potest. Et hoc perspicuum magis est in fide, spe, et religione, quæ licet non informantur charitate, seipsas in Deum ordinantur.

44. Hinc videtur consiciendam, B. Augustinum de virtute secundum formam communem, sive ut meritoria est, asserit, virtutes sine charitate non esse. Hæc ipse ad S. Hieronymum scribens ait: (60) „quid autem est pietas, nisi Dei cultus? Et unde ille colitur, nisi charitate? Verum hic de cultu ut meritorio disserit, tum quia ex doctrina Ecclesiæ jam exposita, sine charitate religio est, ac propterea Dei cultus, sed meriti expers: tum quia addit: „Charitas igitur de corde puro, et conscientia bona, et fide non ficta, magna, et vera virtus est, quia ipsa est et finis præcepti. Meritum dicta est fortis sicut mors... quia sicut mors animam avellit, à sensibus carnis, sic charitas à concupiscentiis carnalibus.“ De hujusmodi agit charitate, quæ perfecta est, atque justificans: et hæc requiritur quidem ad meritum, secus autem ad hoc, ut Dei cultus, seu religio virtus vera sit, cum ad id ex Berti documentis initialis sufficiat amor, qui seipso neminem justificaret. Ait etiam ibi Augustinus (61) „Ut generaliter, breviterque complectar, quam de virtute habeam notionem, quod ad rectè viveadum attinet, virtus est charitas, quæ id, quod diligendum est, diligit.“ Igitur sola charitas virtus est, res enim ceteræ, quæ virtutes vocantur, nec sunt charitas, nec id, quod diligendum est, diligunt, cum earum officium non sit diligere? Ast quoniam pacto verum erit, quod sola charitas sit virtus? Meritorie, nam ipsa una per se meretur cælesti præmio, virtutes aliz per eam. Adversator ipse admittere non tenet veras virtutes aliquas ante meritum, aut sine eo, nempe fidem, ac spem peccatoris in Deum inchoato amore ordinatas; ac propterea dum virtutis ratio uni charitati tribuitur, de meritoria agitur virtute.

45. In ipso opere adversus Julianum Pelagianum conscripto, quod sæpius Berti producit, virtutem etiam considerat Augustinus, ut meritoria est, et in justis reperitur: unde ait: (62) „Absit, ut sit in aliquo vera virtus, nisi fuerit justus.“ Dilucidè hinc mentem suam aperit: virtus in justo gratiæ habet, charitatisque consortium, et idcirco meritoria est. Exinde rectè arguit, quod Gentiles, si habeant veram virtutem, justî forent, et salvi possent fieri, quia habere similiter quirent veram justiciam, veramque sapientiam. „Quam, subdit, si eis tribuerimus, nihil erit causa, cur non eos ad illud, regnum pervenire dicamus, de quo scriptum est: Concupiscentia sapientiæ deducit ad regnum.“ Præterea dum molestias perferimus, refrenamus libidines, innocentiam, et benivolentiam servamus, veras virtutes, ait, exercemus, si id prospicientes in posterum, et salutis, beatitudinisque obtinendæ animo peragimus: (63) „Quod cum facimus, ideo veras virtutes habemus, quia verum est propter quod facimus, id est hoc, naturæ nostræ consentaneum est ad salutem, et veram felicitatem.“ Quædam virtutis definitio ei nonnulli displicet, quia meritum vite æternæ, quod ipse virtutibus attribuit, non explicat: (64) „Non enim absurdè virtus definita est ab eis, qui dix-

runt: virtus est animi habitus, naturæ modo, atque rationi consentaneus. Verum dicentur, sed quid sit consentaneum liberandæ, ac beatificandæ naturæ mortallium nesciunt.“ Et subdit: „Si ergo ad consequendam veram beatitudinem, quam nobis immortalæ fides, quæ in Christo est vera promittit, nihil prosunt homini virtutes, nullo modo veræ possunt esse virtutes.“ Hoc etiam addit: (65) „Sed forte dicaturus est, misericors voluntas bona est. Rectè istud diceretur, si quemadmodum fides Christi, id est, fides, quæ per dilectionem operatur, semper est bona; ita misericordia semper esset bona.“ Ut ergo misericordia sit bona, et virtus vera, gratiæ habere debet societatem, assimilanda enim est fidei per dilectionem operanti; et fides hujusmodi ex ipso Augustino justificans, seu gratiæ sociæ est, ut dicam capite XXI. n. 5. et 21. Quod etiam astruit D. Thomas his verbis: (66) „Augustinus nominat fidem per dilectionem operantem gratiam, quia actus fidei per dilectionem operantis est primus actus, in quo gratia gratum faciens manifestatur.“ Ast obiter observandum, quod Doctores uterque evertere videtur opinionem Initialistarum; hi namque volunt, quod in peccatore sit fides dilectione operans, vel quod ipse credat, et diligat aut justificationem: sed Sancti illi fidem per dilectionem operantem, aut gratiam dicunt, aut gratiæ sociam; et ideo fides hujusmodi in peccatore esse nequit. Verum hæc ante tempus dicta sunt procul dubio; et idcirco ad rem iterum.

46. Conspicuum itaque est, Augustinum de virtute agere secundum formam, quam ei confert charitas, quo pacto meritoria est, et in viris justis unice reperitur. Quod etiam docet D. Thomas ajens: (67) „Augustinus loquitur de virtutibus secundum quod ordinantur ad æternam beatitudinem.“ Et hinc deducitur, amorem initialem inepum posse censeri, ut vera nobis in Augustini sensu insint virtutes; nam amor isthæc, quamquam impius ad justiciam aptaret, ei tamen meritum non conferret, quia peccatum non propulsaret; et ideo licet bona opera impius exerceat plura, et quæ in Deum initiali amore dirigeret, nullam prorsus hoc sensu haberet virtutem, hæc namque et meritoria est, et in solis justis reperitur. Amor utique necessarius est, ut quis bene, hoc est meritorie utatur creaturis, et veras, nempe meritorie item habeat virtutes; at non initialis, imperfectus, et culpæ socius, sed perfectus, à gratiæ, et charitatis progrediens: hic nimirum amor est, quo homines ad Deum perveniunt, quia ipsius consortium, gloriæque condigne meretur, et alijs hominum operibus ejusdem mercedis promerenda vim eam tribuit, ut vel ipsa conjugalî pudicitia bonum beatificum dicatur, quatenus videlicet ipsam meretur beatitudinem: (68) „Amor Dei, inquit Augustinus, quo pervenitur ad Deum, non est nisi à Deo Patre per Jesum Christum cum Spiritu Sancto. Per hunc amorem Creatoris bene quisque utitur etiam creaturis. Sine hoc amore Creatoris nullis quisquam bene utitur creaturis. Hoc ergo amore opus est, ut bonum beatificum sit et pudicitia conjugalîs.“

47. Verumtamen acceptio virtutis, quam hæcenus ex mente Augustini exposui, strictissima est: et ideo ampliori sensu quodam ante formationem, et meritum charitatis consistere valent veræ virtutes tam naturales, quam supernaturales, nimirum quatenus honestum finem habent sive naturalem, sive supernaturalem: hujusmodi autem virtutes vite æternæ meritorie nequaquam sunt: imò ab omni labe immunes sint oportet, quia si ambitione, inani gloria, ut simili vitio laborent, neque meritorie, neque virtutes erunt: et idem de virtutum officijs dscendum est; quia dum pravo fine peraguntur, nec meritum habent, nec virtutum opera sunt. Quocirca Gentilium virtutes, earumque exercitamenta, quæ laude alloqui digna videbantur, certum est, navo aliquo temerata à S. Doctore sæpissimè censeri, ac reprobari. Egredia illa facinora, quæ Romani pro salutè, et incolumitate patriæ gloriose adeo patrarunt, inexplibili laudis humanæ sibi vitiosa ut plurimum arbitrantur; ob idque de Fabricijs, Regulis, Fabijs, Scipionibus, et Camillis, qui inter eos præstantiores visi sunt, inquit: (69) „Dæmonibus, vel humanæ gloriæ servierunt.“ Ast in quibusdam ex antiquioribus Romanis veram

(60) ibi n. 11.

(62) 1. 2. q. 110. a. 3. ad 1.

(67) De virtutibus, q. 1. a. 9. ad 1.

(63) ubi supra, n. 13.

(69) ibi n. 26.

(60) Epist. 167. al. 29. n. 11.

(61) ibi n. 15.

(62) lib. 4. c. 3. n. 17.

(63) ibi n. 18.

(64) ibi n. 19.

timorem, timor charitatem precedit, et illa est bonorum omnium principium: timor remota ad justificationem dispositio, charitas vero proximior. Profecto si timor charitatem, et benevolam Dei amorem precedit, charitas, et amor benevolus non est principium timoris, nisi timoris illius filialis, qui, ut phrasi loquamur divinarum Scripturarum, permanet in saeculum saeculi. Charitas precedit timorem, si cum Augustino nomine charitatis intelligas bonam voluntatem, sive cupiditatem boni, ut charitas idem sit, quod gratia praeveniens motus omnes, et affectus bonae voluntatis, non autem dilectio Dei propter se: et timor precedit charitatem, si nomine charitatis intelligas dilectionem illam, et amorem, qui tendit in Deum ut summum bonum, et charitas peculiari titulo nuncupatur. De posteriori hac disputatio praesens tota est. Timor ergo istam precedit dilectionem, et charitatem; sed ex Berti placito, dum illam precedit, caret rectitudine ultimi finis, inficitur operantis vitio, non excludit peccandi desiderium, est extrinsece peccatum, et labeulis aliis aspergitur, quas praecedenti cap. n. 17. recensui. Attamen placitum isthoc difficile admodum, ne incredibile dicam, mihi est, et itidem habet incommodis, momentisque impedi lisdem valet, quae superius de primo fidei actu disserens exposui, nam timor praevia est sicut ille ad justificationem preparatio charitatem praeveniens. Sane si timor charitatem praecedat, impius, dum disponitur ad gratiam suscipiendam, timere debet sine charitate; et quantumvis ipse velit, in charitate, timere, nequit omnino, quia nondum charitatem possidet: et tamen dum timet sine charitate, peccat? Nunquis censendus est delinqueret, aut quia timet, sicut potest, et debet, aut quia non timet eo modo, quo non debet, nec potest? Humana operi sicut charitate in Deum refertur, ita et gratiae societate ornari debent, quia ut docet D. Thomas (81), Nec per modicum tempus licet, in peccato morari, sed quilibet tenetur, peccatum statim deserere. Quin potius gratiae consortium semper nobis necessarium est, relatio vero operum in Deum ea dumtaxat tempore, quo affirmativum praecipuum referendi urget et nihilominus naturalium virtutum, necnon fidei, spei, et religionis actus ab impio efficit, quod gratiae praesent, extrinsecus labeferi non dicuntur; et timor, quod charitatem praecedat, quae in Deum refertur, extrinsece peccatum est? Timor ipse quod ante gratiam sit, extrinsecus maculari non asseritur: et ita maculatur, si sit ante charitatem? Num initialis charitas, de qua agitur, necessaria est magis quam gratia? Enim gratia omnibus, nimirum et adultis, et parvulis necessaria est ad salutem; at charitas illa adultis dumtaxat, idque ex Initialistatum opinamenti solummodo, nam Attritionista ejusmodi necessitatem liquido negant. Porro timor si gratia deficiente, peccatum extrinsece non est, nec absente charitate erit; ac proinde voluntatem peccandi, et labe ceteras, quae ei tribuuntur, secum non habebit. Praeterquamquod voluntatem peccandi, ac peccati desiderium, etsi timor non pelleret, attritio sane eliminaret, quia in ea ultra timorem est dolor de peccatis una cum eorum odio, ac detestatione, proposito emendationis, seu servandi mandata omnia, et id generis sociis aliis praestantissimis, quos jam recensui, et iterum producam cap. XXVII, n. 14. His comitibus stipatam, et adornatam attritionem semper considero, dum proximam Sacramenti materiam, aut proximam dispositionem ad gratiam in illo obtinendam, eam appello: cum autem sic inspeca coire cum gravi culpa actuali nequeat, arceri debet desiderium peccati, ac peccandi voluntatem, si actuale sint peccatum, etsi timore solo non pellerentur. Quapropter ex impotentia timoris ad exclusionem hanc peragendam, nil in attritionis sufficientiam conficitur. Quod si voluntas peccandi, et desiderium peccati, non sunt culpa, aut habitualis sint, attritione ante justificationem nequamquam debent propulsari, ut supra dictum est. Demum quae statui in hoc capitulo, quod nimis revera crevit, et ultra vota, haud obscure produunt, peccatorem opera sua in Deum charitate non referre, nec habere propterea vere charitatis dilectionem; haec enim aut ipsa relatio est, aut illius opifex: et exinde fit, quod statuta illa huic dissertationi non sint incongrua, cuius est, amoris charitatis, qui in peccatore, et cum peccato esse valeat, impugnare necessitatem, existentiam, possibilitatem.

(81) 2. 2. q. 62. a. 8. c.

Summorum Pontificum, Inquisitionis Hispaniae, aliorumque Doctorum auctoritate sufficientia attritionis stabilitur.

1. Eugenius IV. in decreto, quod pro Armenorum instructione in Concilio Florentino edidit, haec de Penitentiae Sacramento ait: „Cujus quasi materia sunt actus poenitentis, qui in tres distinguuntur partes; quarum prima est cordis contritio, ad quam pertinet, ut doleat de peccato commisso cum proposito non peccandi de cetero.“ Hic sane sicut et in aliorum Sacramentorum explicatione, quam ibi similiter tradit, haud de insufficientibus, sed de sufficientibus partibus, ac materia loquitur; alioqui non completam, et integram, sicut oportebat, sed mutilam, et incompletam Sacramentorum notitiam Armenis exhibuisse convinceretur. Nec ipsum de sola contritione perfecta affari, perspicuum est; secus enim ipsa Penitentiae materia foret, quod nemini hodie probatur. Igitur imperfecta contritio, quae attritio vocatur, contineturque sub contritionis communi vocabulo, sufficiens itidem est nedum pars ac materia, sed et dispositio; sufficiens namque Sacramenti hujus materia, sufficiens quoque est preparatio. Dein de contritione indiscriminatim agit Pontifex; discriminatur vero ipsa in imperfectam, et perfectam; utraque ergo et materia, et pars munus obit. Praeterea contritio, quam materiam dicit, partemque Penitentiae, dolor est de peccato commisso cum proposito non peccandi de cetero: cum autem imperfecta contritio hujusmodi proposito constet, ac dolore, ut definitio ejus prodit, quam capite primo dedi, Penitentiae pars erit, ac materia. Charitatis, et dilectionis non meminit Eugenius; et hinc deduxerim, Penitentiam nequamquam his opus habere: qui enim fieri posset, ut earum, si necessariae essent, oblivisceretur, cum de dolore, ac proposito, quod ad Penitentiam desiderantur, mentionem faciat? Nec dixeris, sub contritionis nomine dilectionem, et charitatem comprehendere, ac postulare; etenim vera est contritio, nempe imperfecta, quae charitate, ac dilectione non constat. Insuper contritio dilectione, et charitate exorta, perfecta utique est: perfecta ergo contritio erit unica materia Penitentiae, si de contritione charitatem, dilectionemque includente dixerit Papa. In contritione ipsa dolor de peccatis, et propositum non peccandi de cetero proculdubio continentur: et nihilominus quia omnino desiderantur, expressè de eis loquitur: cum ergo dilectionem praetereat, eam inuult necessariam non esse.

2. Gregorius XIII. sufficientiae attritionis aperte suffragatur, ut decreti Gratiani emendationes, et correctiones nonnullas, quas, teste N. Liberio à Jesu, (1) fieri jussit, exploratè manifestant: nam sub secunda parte Decreti ad causam 33. quaestione 3. Distinctione 1. de Penitentia, cui titulus est: „Vtrum sola cordis contritio, et seculi creta satisfactione, absque oris confessione, quisque possit Deo satisfacere?“ Inquit Glossa antiqua: „Dic, quod nec cordis contritio, nec oris confessione peccata dimittuntur, sed tantum gratia Dei.“ Hic addi praecipit Gregorius: „Id est, solus Deus peccata dimittit; sed per meritum Christi, et ministerium sacerdotis: atque in peccatis nitente requirit contritionem, (aut saltem attritionem, quae deinde virtute clavium fit contritio) confessionem, et satisfactionem. Dum autem dimittit peccata, simul etiam infundit gratiam, et justitiam, qua formaliter fit justus.“ In fine tituli haec item Glossa reperitur: „Si subtiliter intueamur, gratiae Dei, non contritioni est attribuenda remissio peccatorum.“ Hic quoque, Papa imperante, adjectum est. „Adde, multò tutius hominem sibi posse persuadere, post confessionem se esse contritum, et in ipsa confessione, et absolute collatam sibi esse gratiam, quam antea; nam saepe virtute clavium ex attritio fit contritus.“ Igitur ex mente hujus Pontificis poenitens, qui verè attritus, seu attritionis dolore percussus peccata sua confitetur, persuadere si-

L §

(1) Tom. 4. Tr. de Pirnit. 2. p. disp. ultima art. 4. n. 146.

timorem, timor charitatem precedit, et illa est bonorum omnium principium: timor remota ad justificationem dispositio, charitas vero proximior. Profecto si timor charitatem, et benevolam Dei amorem precedit, charitas, et amor benevolus non est principium timoris, nisi timoris illius filialis, qui, ut phrasi loquamur divinarum Scripturarum, permanet in saeculum saeculi. Charitas precedit timorem, si cum Augustino nomine charitatis intelligas bonam voluntatem, sive cupiditatem boni, ut charitas idem sit, quod gratia praeveniens motus omnes, et affectus bonae voluntatis, non autem dilectio Dei propter se: et timor precedit charitatem, si nomine charitatis intelligas dilectionem illam, et amorem, qui tendit in Deum ut summum bonum, et charitas peculiari titulo nuncupatur. De posteriori hac disputatio praesens tota est. Timor ergo istam precedit dilectionem, et charitatem; sed ex Berti placito, dum illam precedit, caret rectitudine ultimi finis, inficitur operantis vitio, non excludit peccandi desiderium, est extrinsece peccatum, et labeulis aliis aspergitur, quas praecedenti cap. n. 17. recensui. Attamen placitum isthoc difficile admodum, ne incredibile dicam, mihi est, et itidem habet incommodis, momentisque impedi lisdem valet, quae superius de primo fidei actu disserens exposui, nam timor praevia est sicut ille ad justificationem preparatio charitatem praeveniens. Sane si timor charitatem praecedat, impius, dum disponitur ad gratiam suscipiendam, timere debet sine charitate; et quantumvis ipse velit, in charitate, timere, nequit omnino, quia nondum charitatem possidet: et tamen dum timet sine charitate, peccat? Nunquis censendus est delinqueret, aut quia timet, sicut potest, et debet, aut quia non timet eo modo, quo non debet, nec potest? Humana operi sicut charitate in Deum refertur, ita et gratiae societate ornari debent, quia ut docet D. Thomas (81), Nec per modicum tempus licet, in peccato morari, sed quilibet tenetur, peccatum statim deserere. Quin potius gratiae consortium semper nobis necessarium est, relatio vero operum in Deum ea dumtaxat tempore, quo affirmativum praecipuum referendi urget, et nihilominus naturalium virtutum, necnon fidei, spei, et religionis actus ab impio effecti, quod gratia praecedat, extrinsece labeferi non dicuntur; et timor, quod charitatem praecedat, quae in Deum referatur, extrinsece peccatum est? Timor ipse quod ante gratiam sit, extrinsece maculatur non asseritur: et ita maculatur, si sit ante charitatem? Num initialis charitas, de qua agitur, necessaria est magis quam gratia? Enim gratia omnibus, nimirum et adultis, et parvulis necessaria est ad salutem; at charitas illa adultis dumtaxat, idque ex Initialistatum opinamenti solummodo, nam Attritionista ejusmodi necessitatem liquido negant. Porro timor si gratia deficiente, peccatum extrinsece non est, nec absente charitate erit; ac proinde voluntatem peccandi, et labe ceteras, quae ei tribuuntur, secum non habebit. Praeterquamquod voluntatem peccandi, ac peccati desiderium, etsi timor non pelleret, attritio sane eliminaret, quia in ea ultra timorem est dolor de peccatis una cum eorum odio, ac detestatione, proposito emendationis, seu servandi mandata omnia, et id generis sociis aliis praestantissimis, quos jam recensui, et iterum producam cap. XXVII, n. 14. His comitibus stipatam, et adornatam attritionem semper considero, dum proximam Sacramenti materiam, aut proximam dispositionem ad gratiam in illo obtinendam, eam appello: cum autem sic inspeca coire cum gravi culpa actuali nequeat, arceri debet desiderium peccati, ac peccandi voluntatem, si actuale sint peccatum, etsi timore solo non pellerentur. Quapropter ex impotentia timoris ad exclusionem hanc peragendam, nil in attritionis sufficientiam conficitur. Quod si voluntas peccandi, et desiderium peccati, non sunt culpa, aut habitualis sint, attritione ante justificationem nequamquam debent propulsari, ut supra dictum est. Demum quae statui in hoc capitulo, quod nimis revera crevit, et ultra vota, haud obscure producit, peccatorem opera sua in Deum charitate non referre, nec habere propterea vere charitatis dilectionem; haec enim aut ipsa relatio est, aut illius opifex: et exinde fit, quod statuta illa huic dissertationi non sint incongrua, cujus est, amoris charitatis, qui in peccatore, et cum peccato esse valeat, impugnare necessitatem, existentiam, possibilitatem.

(81) 2. 2. q. 62. a. 8. c.

Summorum Pontificum, Inquisitionis Hispaniae, aliorumque Doctorum auctoritate sufficientia attritionis stabilitur.

1. Eugenius IV. in decreto, quod pro Armenorum instructione in Concilio Florentino edidit, haec de Penitentiae Sacramento ait: „Cujus quasi materia sunt actus poenitentis, qui in tres distinguuntur partes; quarum prima est cordis contritio, ad quam pertinet, ut doleat de peccato commisso cum proposito non peccandi de cetero.“ Hic sane sicut et in aliorum Sacramentorum explicatione, quam ibi similiter tradit, haud de insufficientibus, sed de sufficientibus partibus, ac materia loquitur; alioqui non completam, et integram, sicut oportebat, sed mutilam, et incompletam Sacramentorum notitiam Armenis exhibuisse convinceretur. Nec ipsum de sola contritione perfecta affari, perspicuum est; secus enim ipsa Penitentiae materia foret, quod nemini hodie probatur. Igitur imperfecta contritio, quae attritio vocatur, contineturque sub contritionis communi vocabulo, sufficiens itidem est nedum pars ac materia, sed et dispositio; sufficiens namque Sacramenti hujus materia, sufficiens quoque est preparatio. Dein de contritione indiscriminatim agit Pontifex; discriminatur vero ipsa in imperfectam, et perfectam; utraque ergo et materia, et pars munus obit. Praeterea contritio, quam materiam dicit, partemque Penitentiae, dolor est de peccato commisso cum proposito non peccandi de cetero: cum autem imperfecta contritio hujusmodi proposito constet, ac dolore, ut definitio ejus prodit, quam capite primo dedi, Penitentiae pars erit, ac materia. Charitatis, et dilectionis non meminit Eugenius; et hinc deduxerim, Penitentiam nequamquam his opus habere: qui enim fieri posset, ut earum, si necessariae essent, oblivisceretur, cum de dolore, ac proposito, quod ad Penitentiam desiderantur, mentionem faciat? Nec dixeris, sub contritionis nomine dilectionem, et charitatem comprehendere, ac postulare; etenim vera est contritio, nempe imperfecta, quae charitate, ac dilectione non constat. Insuper contritio dilectione, et charitate exorta, perfecta utique est: perfecta ergo contritio erit unica materia Penitentiae, si de contritione charitatem, dilectionemque includente dixerit Papa. In contritione ipsa dolor de peccatis, et propositum non peccandi de cetero proculdubio continentur: et nihilominus quia omnino desiderantur, expressè de eis loquitur: cum ergo dilectionem praetereat, eam inuult necessariam non esse.

2. Gregorius XIII. sufficientiae attritionis aperte suffragatur, ut decreti Gratiani emendationes, et correctiones nonnullas, quas, teste N. Liberio à Jesu, (1) fieri jussit, exploratè manifestant: nam sub secunda parte Decreti ad causam 33. quaestione 3. Distinctione 1. de Penitentia, cui titulus est: „Vtrum sola cordis contritio, et seculi creta satisfactione, absque oris confessione, quisque possit Deo satisfacere?“ Inquit Glossa antiqua: „Dic, quod nec cordis contritio, nec oris confessione peccata dimittuntur, sed tantum gratia Dei.“ Hic addi praecipit Gregorius: „Id est, solus Deus peccata dimittit; sed per meritum Christi, et ministerium sacerdotis: atque in peccatis nitente requirit contritionem, (aut saltem attritionem, quae deinde virtute clavium fit contritio) confessionem, et satisfactionem. Dum autem dimittit peccata, simul etiam infundit gratiam, et justitiam, qua formaliter fit justus.“ In fine tituli haec item Glossa reperitur: „Si subtiliter intueamur, gratiae Dei, non contritioni est attribuenda remissio peccatorum.“ Hic quoque, Papa imperante, adjectum est. „Adde, multò tutius hominem sibi posse persuadere, post confessionem se esse contritum, et in ipsa confessione, et absolute collatam sibi esse gratiam, quam antea; nam saepe virtute clavium ex attritio fit contritus.“ Igitur ex mente hujus Pontificis poenitens, qui verè attritus, seu attritionis dolore percussus peccata sua confitetur, persuadere si-

L §

(1) Tom. 4. Tr. de Pirnit. 2. p. disp. ultima art. 4. n. 146.

potissimum est, hominem de malo in bonum convertere; ad reliqua vero Sacramenta ipsum jam bonum meliorem reddere spectat. Insuper potentior, et efficacior attritio in Pœnitentiâ est, quam in aliis Sacramentis; in his enim dispositio solum, in ea vero pars quoque est, ac materia: in reliquis ut preparatio tantum valet operari; in Pœnitentiâ agit etiam, ut materia, et pars illius, id est, nedium natura sua, verum et virtute quadam à Christi passione derivata, qua ut Sacramenti pars, et materia fiat, à Deo ipso sublimatur. Quocirca si in Sacramentis aliis sufficientis quit dispositionis munus exple, satius id in Pœnitentiâ præstabit. Præterquamquod etsi vivorum Sacramenta ultra attritionem in homine ea suscipiente amorem charitatis postularent, non ob hoc illum item exigere Pœnitentiâ, quia illa suapte natura præstantiorem effluant dispositionem, quam Sacramenta mortuorum.

13. S. Bonaventura attritionem dumtaxat postulat ad receptionem Baptismi ajens (23) „Actus (pœnitentiæ) præcedit in adultis Baptismi Sacramentum: nec tamen oportet, quod actus pœnitentiæ formata, qui dicitur contritio, præcedat: sed sufficit, quod actus informis, utpote attritio: attriti enim, pœnitere est.“ Attritionem quoque exigit, ut quis suscipiat Pœnitentiæ Sacramentum: idque infra ostendam cap. XXIII. n. 6.

14. S. Antonius attritionis sufficientiam itidem fatetur inquit: (24) „Si aliter quam pœnitentiâ habet (consistens) de peccatis suis, tunc iterum distinguendum est, quia aut talem habet pœnitentiâ, quod sufficit cum Sacramento, puta attritus accedit ad confessionem, ex quo ibi fit contritus, unde fugatur fœditio: et sic non habet dabitum, quia et Sacramentum suscipit, et effectum ejus, scilicet remissionem peccatorum: unde non tenetur iterare. Et similiter, imò et fortius si accedit contritus.“ Attritio, quam sufficere cum Sacramento dicit ad remissionem peccatorum, servilis est, et sine amore super omnia: tum quia illam distinguit à contritione, à qua reapse non differt dolor de peccatis amore isto ornatus: tum quoniam amorem, qui ad justificationem requiritur, haud dispositionibus præviis, ut est attritio, sed concomitantibus adscribit, quæ unâ cum gratiæ infusione in justificatione ipsa sunt: (25) „Ad veram contritionem, aut, concurrunt ista quatuor, quæ requirit justificatio impii. Primum infusio gratiæ. Secundò motus liberi arbitrii in peccatum detestandum. Tertio motus liberi arbitrii in Deum diligendo super omnia. Quarto remissio culpæ. Quæ simul tempore, et in instanti uno sunt: unum tamen præcedit alterum ordine nature, et intellectus.“ Præterea si hæc ad veram contritionem concurrunt, contritio quævis, ac proinde etiam remissa, dummodò contritio vera sit, gratiæ infusionem, et remissionem culpæ secum habet.

15. In Instructionibus S. Caroli Borromæi hæc item reperies, quæ attritionis sufficientiam exploratè supponunt: „Antequam Confessarius absolutionem tribuat, videbit, an propter Deum veram peccatorum suorum contritionem habeat... Quod si talem contritionem illum non habere intellexerit, illius desiderio accendere conabitur, hoc admonens, propter Deum ipsum usque adeo quantum potest, cum peccata dolere oportere, ut saltem, adjutrice divina gratiæ, quam à Deo incite præcetur, ex Sacramenti virtute ex attrito contritus fiat. Quod si pœnitens nullam contritionem, nec verò saltem attritionem, aut neque propositum abstinendi in posterum ab omni peccato mortali ostenderit, cum minime Confessor absolvat.“ Igitur etsi nulla contritione percitus sit, modo attritionem cum proposito non peccandi habeat, absolutione donandus est. Neque ea idcirco privari debet, licet amoris, set attritionis initialis expertus sit; hæc namque vera, quamquam remissa, contritio foret, et omni verâ contritione destitutus suscipere valet Sacramentum, cujus virtute ex attrito contritus fiet. Et notandum, in versione Hispana harum Instructionum hoc etiam legi: (26) „Con principio de amor de Dios:“ ammirum: „Cum principio amoris Dei.“ Verumtamen hæc verba haudquam Auctoris, sed adjecta ibi sunt; et ideo quo agnoscat, ea ex aliena manu profici-

(23) 4. Sent. d. 4. in expos. literæ dqb. 1.
(24) ibi c. 16. in princ.

(24) 1. p. tit. 14. c. 19. §. 5.
(26) Edit. Matric. 1721. p. 17.

ei, aliis sunt caracteribus excusa. Præterquamquod attritio secum semper habet aliquod amoris principium, quia nascitur ex Dei timore, qui est initium dilectionis ejus. Vide cap. XVIII. n. 2.

16. Sanctissimo Mediolanensium Archipresuli Episcopum alterum atroxam exitium pariter, ac celeberrimum, nempe Venerabilem Dei Servum Joannem de Palafox et Mendoza, qui non solum doctrina, sed vita quoque sanctitate, ac miraculis Europam, et Americam, sicut ille Italiam, illustravit. Episcopus iste peregrinus, ut noxius quis in Sacramento justus fiat, vel contritionem postulat, vel attritionem, innuens, quamlibet ex his ad id satis esse: (27) „Como el Demonio aborrece tanto al alma, y quiere, que sus daños sean sin remedio alguno, pone en el remedio el daño... Y sien-do su remedio, que el pecador se confiese, y que sea con dolor, y contritio, ó verdadera attritio, llevalo à confesar sin contritio, sin attritio, ni dolor.“ Et de Parocho quodam disserens, qui culparum suarum penas dabat in Purgatorio, inquit: (28) „Pusose en gracia con un acto de attritio, y el Sacramento, ó con un remiso de contritio:“ id est: „attritione cum Sacramento, vel remisso contritionis actu, gratiam obtinuit.“ Ubi duo capita, quæ Initialista obfirmate inficiuntur, tradit aper-tissime, videlicet et contritionem remissam, et attritionem cum Sacramento homines justificare. Sed quoniam viri hujus permagna mihi est auctoritas, alia ipsius verba, quæ Adversatorum evertunt similiter doctrinam, referam libentissime. Ait itaque: (29) „Acto perfecto de contritio es sentir vivamente haber ofendido à su Dios, por ser digno de amor... Todo aquello, que trae consigo pena y dolor con amor, y compasion, y lagrimas, por tener à Dios descontento, ofendido, y mal servido, por ser sobre todas las cosas digno de amor, de reverencia, con propósito firme de nunca mas ofenderle, y esperar en su piedad de que le ha de perdonar, son perfectos actos de contritio.“ Dolorem de peccatis, qui Dei amori junctus est, perfectam dicit contritionem: et cum hæc esse nequeat cum peccato, nec cum eo consistet formatum amorem. Addit: „La attritio buena es, pero tan imperfecta de su co-secu, que no nos quita la culpa, si à ella no se sigue el Sacramento. Y como que- ra que en los accidentes de esta vida no es facil tal vez hallar luego al Confesor, y muy dañoso estar, por poco tiempo que sea, en la desgracia de Dios, es menes- ter enseñar lo mas seguro à las almas; y así han de procurar, que se exerciten en actos de contritio, y que acudan quanto antes al Sacramento con contritio, ó attritio... Conviene, y es necesario siempre levantar, y elevar con la gracia di- vina à motivos sobrenaturales, y mas que humanos el dolor de la attritio, (ya que se queden en ella) y subirla de punto, hasta que haga respeto, y relacion al mis- mo Dios, ó por justo, que nos puede condenar, si le ofendemos; ó por pode-roso, y rico, que nos puede dar la gloria, si le servimos; ó por recelo de que no me castigue en el infierno; ó por desco que me premie con la bienaventuranza; y todo esto con propósito firme de no ofenderle jamas, y esperar de que le ha de perdonar. No sean los motivos de la attritio tan remisos, que se queden en esto natural, y transitorio: sentirlo por la verguenza del peccado, por el deshonor, que resulta del caso, porque de el se le sigue descreditos, persecuciones, y afrentas, y por esta natural fealdad, que causa el obrar lo malo, (cosa que à los mismos Gen- tiles succedia) no mirar en el dolor à Dios como aquel, que me puede castigar, ó que me puede premiar, y no añadir propósito de la enmienda, y esperanza del per- don, no es disposicion bastante: es menester elevar el acto al motivo, y al fin so- brenatural; y esto es lo menos que puede ser, para que se llegue à lo bastante... Si no hay disposicion bastante en el penitente de contritio, ó attritio, no le bas- ta el Sacramento.“ Optime hic naturalem, quæ inferiori, et supernaturalem, quæ su-

M §

(27) Notas al aviso 16. de S. Teresa num. 11.

(28) Luz à los vivos, y escarmiento en los

muer-tos. Relac. 44. nota num. 1.

(29) Carta pastoral 3. y dictámenes de Curas de

alzas. §. 26. num. 26. 27. 28. 28.

accipiat. Itaque Inquisitio Hispana assertum hoc, teste Arsidekino (6) improbavit. Confessio ex solo pœnarum metu facta, et non etiam ex amore Dei, nulla est, adeo, que iteranda. Amor ergo non requiritur, sed sufficit attritio ex solo pœnarum metu orta, ad confessionem ritè peragendam. Nec mirum esse debet, quod thesis ista reprobetur, tum quia conformis est Lutheri doctrinæ cap. VI. n. 10. relatæ: tum quia summopere adversatur verbis illis supradictæ correctionis Gregorianæ. Etiam cum sola, la attritione verè quis, et utiliter confitetur. Ubi verò propositio damnata invenitur, ignorat, eam tamen esse in Gaugedici scholiis (quæ videre non licuit) ad Summam, vel Summam Cajetani, innere videtur Expurgatorium ejusdem Inquisitionis jussu editum anno 1632. pag. 909. ibi enim prima propositionis verba referuntur. Præterea amorem remissum charitatis, et culpam gravem esse insociabiles, ac proinde attritionem sine amore illo sufficere in peccatore ad Sacramentum, innuit quoque idem Tribunal, delere jubens hanc aliam thesiam, quæ olim legebatur in percelebri fabula equitis errantis Don Quixote de la Mancha: (7) „Las obras de caridad, que se hacen floxamente, no tienen merito, ni valen nada: Id est. „opera charitatis, quæ remissè fiunt, nec meritum habent, nec valent quidquam. Remissus ergo charitatis amor, si meritum habet, cum gratia, et non cum peccato est, nil enim homo meretur capitali noxa obstrictus; in quo idcirco amor ille esse nequit.

6. Sed accipe alia documenta. Tertulianus inquit: (8) „Si de exomolesi tractas, gehennam in corde considera, quam tibi exomolesis extinguit: et pœnæ prius magnitudinem imaginare, ut de remedii adeptione non dubites. Ubi non amoris, sed formidolosa attritionis incitamenta tibi proponit, ut exomolesim ritè facias, ejusque fructum percipias. Similia docet B. Cyprianus dicens: (9) „Deum juvare dicem subterfugere, et vitare non poterit. Videt ille corda, et pœtora singulorum, et judicatoris est non tantum de factis, sed et de verbis, et de cogitationibus nostris, omnium mentes, voluntatesque conceptas in ipsis adhuc clausi pedoris latebris intuetur. Denique quanto et fide majores, et timore meliores sunt, qui quamvis nullo sacrificij, aut libelli facinore constricti, quoniam tamen de hoc vel cogitaverunt, hoc ipsum apud sacerdotes Dei dolenter, et simpliciter confitentis Exomolesim conscientie faciunt, animi sui pondus exponunt, salutarem medelam parvis licet, et modicis vulneribus exquirunt, scientes, scriptum esse: (ad Gal. 6.) Deus non irridetur. De illis hic loquitur, qui etsi exterius Idololatricæ, et Libellatiorum flagitium non patravunt, intus tamen in animo suo illud admiservunt: quos quidem dolentes, hoc est dolore ex Dei judicis metu concepto itos, quin amorem, nec ejus illucium, scilicet divinam bonitatem recorderent, exomolesim, seu delicti sui confessionem fecisse tradit apud sacerdotes, ut salutare remedium exquirent. S. Ambrosius sic ad resipiscendum hortabatur sceminam Deo dicatam nomine Susannæ, quæ stupri labem exceperat: (10) „Pœnitudo lapsis necessaria est, sicut vulneratis sunt necessaria medicamina. Pœnitentia ergo non verbis agenda est, sed et actu. Hæc autem sic agitur, si tibi ante oculos ponas, de quanta gloria ruaris, et de quo libro vita nomen tuum deleterum sit, et si te jam credas prope ipsas positam tenet, bras exteriores, tibi erit flectus, et stridor dentium sine fine. Neque ulla hic pro vera pœnitentia peragenda dilectionis illectamenta, sed unice attritionis motiva, nempe amissionem beatitudinis, et æternam gehennæ cruciationem memorantur. Insuper ut culpæ suæ veniam obtineret, haud amorem prævium, sed inferni cogitationem, mentis, et membrorum castigationem, crinium amputationem, lachrymarum effusionem, totius corporis macerationem, cineris asperisionem, sensuum cruciationem, vestem lugubrem, cilicium, jejunia ei præscripsit. Ac demum ejusdem Susannæ vitiatori similem suadet pœnitentiam dicens: „Petas ultro carcerem pœnitentiæ, obstringas catenis viscera, animam tuam gemitibus, jejunisque discrucias, sanctorum petas auxilium, jaceas sub

(6) Tom. 2. p. 2. trad. 1. c. 5. q. 21. §. 1. (7) Vide Expurg. edit. 1747. et 1790. v. Miguel Cervantes. (8) Lib. de Pœnit. prope finem. (9) Sermon. 1. de lapsis. (10) Lib. de virginis lapsu cap. 8. et 9.

„pedibus electorum, ut non per cor impenitens thesaurizes tibi iram in die justi iudicii Dei, qui reddet singulis secundum opera ipsorum. Exlude ergo vel nunc infelix de corde tuo blandimenta serpentis, et lucia, et fletu continuo, dum in corpore tuo immundo anima illa tenebrosa versatur, remedium tibi in die necessitatis acquirere, semper ante oculos tuos habens Apostoli sententiam: (2. Cor. 5.) Quia omnes nos oportet manifestari ante tribunal Christi, ut referat unusquisque propria corporis sui secundum quod gessit, sive bonum, sive malum.

7. S. Hieronymus docuit, sicut dixi cap. VIII. nos suppliciorum metu à malis recedere, Deumque à filiis gloriam, sed à servis, nimirum ab his, qui peccati servi adhuc sunt, timorem expetere, ut de timore servorum transeant ad filiorum gloriam, seu ad justificationis gratiam, quæ eos constituit Dei filios. S. Augustinus de cupiditate acquirendi res temporales, et de timore eas amittendi loquens ait: (11) „Per quas duas januas intrat, et regnat inimicus, qui primò Dei timore, deinde charitate pellendus est. Si timore pellitur inimicus, attritionis etiam opere, quod ex metu ipso oritur, excluditur. Inimico expulso, gratia Dei, ac Deus ipse in nos intrant, et regnant in nobis. Timor itaque, et attritio, Sacramenti utique virtute, ac consortio hanc operantur vicissitudinem: sed timor primò, hoc est antecedenter, et dispositivè deinde, nempe concomitantèr illam efficit charitas. Neque de incongrua, aut incompleta preparatione aliqua hic sermo est; quemadmodum enim januæ illæ proximæ, et sufficienter aditum inimico præbent, sic timor, et charitas sufficientes, et proximæ, ut expellatur, dispositiones esse debent. Præterea ad suscipiendum Baptisma, quod quidem utpote mortuorum Sacramentum, eadem, ac Pœnitentia preparatione indiget, concupiscentiæ amoris, et attritionis motiva S. Doctore probantur, ait enim: (12) „Qui autem propter beatitudinem sempiternam, et perpetuam requiem, quæ post hanc vitam sanctis futura promittitur, vult fieri Christianus, ut non eat in ignem æternum cum Diabolo, sed in regnum æternum intret cum Christo, verè ipse Christianus est, cautus in omni temptatione, ne prosperis rebus corrumpatur, et ne frangatur adversis, et in abundantia bonorum terrenorum modestus, et temperans, et in tribulationibus fortis, et patiens. Qui etiam proficiendo perveniet ad talem animum, ut plus amet Deum, quam timeat gehennam. Juxta verba hæc attritus homo, sive is qui concupiscentiæ amore afficitur, gehennæque formidine, et baptisma, et baptismi effectum suscipit, quo quidem, ne iterum corrumpatur, aut fragatur, modestus, temperans, fortis, et patiens redditur: quod idem est, ac dicere, eum gratia, et virtutibus in Baptismo donari. Amor verò, quo plus Deum amat, quam timeat gehennam, non antecedens, et initialis, sed concomitans est, aut subsequens; ad eum namque proficiendo pervenit, et ideo non imperfectus, sed satis perfectus est, ut ibi explicat S. Doctor. Præterquam quod gehennæ timor fervidissimus interdum est in peccatore; et idcirco amor, qui eum excedat, intensus esse debet; initialis autem remissus semper foret, de quo proinde allata verba non bene accipiuntur. Vide cap. XIX. n. 4.

8. S. Bernardus asserit, sicut etiam laudato capite VIII. dixi, peccatum, quod jam admissum est, nempe habituale, timore pœnitendo, seu pœnitentia mea concepta, quæ attritio dicitur, expelli. Et ait insuper: (13) „Vides, quia præcedit timor, et sequatur justificatio? Forsitan ergo timore vocamur, amore justificamur. Ubi à timore proveni, ab amore verò comitari justificationem innuit: et ideo sicut amor est justificativus, seu justificationis socius, ita timor, et ex illo orta attritio, antecedens erit dispositio, non quidem remota, et insufficientis, sed sufficientis, et proxima, quia inter timorem, et amorem justificationem aliam dispositionem non assignat. Quinimo dum amorem justificationis comitem facit, initialem penitus excludit: hic namque sine justificatione esset plerumque juxta ejus Assertores.

9. Angelicus Magister de Baptismo agens, quod eandem, ut dixi, in adultis hominibus preparationem exposcit, ac Pœnitentiâ, inquit: (14) „Recta intentio requiritur

(11) De agone Christiano cap. 31. (12) de catechizandis rudibus. c. 17. n. 17. (13) Epist. 107. (14) 4. Sent. d. 6. q. 1. à 3. ad 5.

ad consequendam rem Sacramenti. Fides autem intentionem dirigit, et sine ea non potest esse, præcipue in talibus (in adultis) intentio recta: sed charitas ultioris, cit intentionem meritoriam: et ideo ad hoc quod homo præparet se ad gratiam in Baptismo percipiendam, præxigitur fides, sed non charitas, quia sufficit attritio præcedens, etsi non sit contritio. Nil clarius, nilve opportunius pro austruenda attritionis amore vacantis sufficientia desiderari poterat. Loquitur de charitate actuali, sicut etiam de fide actuali, atque actuali intentione, quibus affici tenetur adultus, dum Baptismum suscipit. Actualis igitur charitas non præxigitur, ut homo præparet se ad gratiam in Sacramento percipiendam, vel antecedens, ad id præparatio non est. Quare? Quia sufficit attritio præcedens, etsi non sit contritio. Ita ergo sufficit attritio, ut nulla præxigatur contritio: ac propterea nec attritio cum amore inchoato necessaria erit, hæc enim, quæ attritio initialis ab Adversarijs nuncupatur, contritio potius dici deberet, et reapse dicitur plerumque ab illis, quia dolor de peccatis foret propter Deum summè dilectum. Neque charitatem, et contritionem intensam duntaxat, sed remissam etiam excludit D. Thomas; fides enim, et intentio, quas exigit, etsi intense non sint, sufficientes ad Sacramentum suscipiendum: eo autem modo quo intentio, et fides sufficientes, contritio, et charitas non requiruntur, propterea nec quando intense non sunt, sive neque in statu imperfecto, et remisso, sunt necessaria. De confessione non re, sed desiderio facta ait: (15) „Secundum quod in voto penitentis præcessit, à culpa liberavit. Postmodum autem in actu confessionis, et absolutionis gratia augetur: et etiam remissio peccatorum daretur, si præcedens dolor de peccatis non sufficiens ad contritionem fuisset, et ipse tunc obicem gratiæ non præberet.“ Dolor præcedens confessionem satis est, ad hanciscendam in actu confessionis, et absolutionis gratiam, quamvis ad contritionem non sufficiat: at vero dolor, qui non sufficit ad contritionem, attritio servilis est, non initialis, hæc namque vera esset contritio; quocirca formidolosa attritio quamvis cum voto confessionis non sufficiat, cum ipsa tamen confessione, et absolutione satis est ad gratiam obtinendam. Et hinc attritione initiali, nimirum contritione remissa peccata solvi, ipsamque propterea non præviam, sed concomitantem esse præparationem, deducitur, nam dolor confessionem præcedens, eamque in voto habens, si ad contritionem sufficiat, à culpa liberat, antequam Sacramentum actu suscipiatur; initialis autem attritio dolor esset de peccatis confessionem, quam voto haberet, præcedens, et ad contritionem sufficiens: unde peccata se ipsa aboleret, gratiamque comitaretur. Hæc similiter de attritio homine docet: (16) „Quando aliquis accedit ad confessionem attritus, non plene contritus, si obicem non ponat, in ipsa confessione, et absolutione sibi gratia, et remissio peccatorum datur.“ Nullum hic amorem, nullam contritionem, sed attritionem tantummodo ad gratiam, et remissionem obtinendam efflagitat.

10. Præterea attritio sufficiens quandoque est præparatio, ut quis Sacramenta visorum accipiens, remissionis gratia donetur. In primis enim de Eucharistia disserens ait: (17) „Potest tamen hoc Sacramentum operari remissionem peccati. Etiam perceptum ab eo, qui est in peccato mortali, cujus conscientiam, et affectum non habet. Forte enim primò non fuit sufficienter contritus: sed devotè, et reverenter accedens, consequetur per hoc Sacramentum gratiam charitatis, quæ contritionem perficiet, et remissionem peccati.“ Contritio, quæ primò ad peccati remissionem obtinendam sufficiens non fuit, imperfecta quidem, seu attritio est; quia perfecta, et intensa ad id semper sufficit: de remissa idem est asserendum, quoniam omnis contritio, quantumvis exigua, modo contritio vera, seu dolor sit de peccatis propter Deum summè dilectum, gratiam secum habet, ut ad mentem ipsius Angelici Præceptoris dicam capite XV. Insuper initialis ipsa attritio, quæ contritio remissa foret, satis plerumque esset, juxta Adversantes, (18) ad peccati veniam acquirendam, videlicet in

(15) ibi. dist. 17. q. 2. 5. quæstioncula 1. c. (16) ibi dist. 22. q. 2. 2. quæstionc. 1. c.
(17) 3. p. q. 79. a. 3. c. (18) Vide Jusuini diss. 6. de Sacram. Pœnit. q. 4. c. 2. 2. 5. 1.

articulo, et periculo mortis, in casu scandali, vel alterius peccati incurrendi, si absolutio petatur, et quando penitens opportuno tempore sacerdotem, à quo absolvetur, adire non possit, ut accidit, dum habitat inter infideles, aut tenetur in vinculis, aut simili quopiam impedimento prohibetur. Quapropter de contritione, quæ toties impium justificaret extra Sacramentum, haud rectè accipiuntur verba illa: „Non fuit sufficienter contritus.“ Dein hæc eadem verba significant, non quidem contritionem remissam, aut remissum amorem, sed dolorem de peccatis, et propositum non peccandi. Unde ait: (19) „Cum doluit de peccato, sed non est sufficienter contritus. . . non peccat, sumendo corpus Christi, quia homo per certitudinem scire non potest, utrum sit vere contritus; sufficit enim, si in se signa contritionis inveniat, puta si doleat de præteritis, et proponat cavere de futuris.“ Servilis autem attritio propositum istud ambit, et dolorem, est enim dolor de peccatis cum proposito non peccandi de cetero: et ideo peccator attritione hujusmodi percussus, qui culpæ suæ conscientiam non habet, sed illius penitus oblitus est, si devotè, et reverenter Eucharistiam sumat, gratiam charitatis accipiet, quæ peccati remissionem operabitur, et contritionem perficiet. Id verò præstat gratia illa, actum contritionis perfecta in justificatione ipsa efficiendo, non autem quia attritio fiat contritio, aut dolor de peccatis charitatem, et gratiam anteverrens, ipsis advenientibus perficiatur, aliisve actus informis tunc formatus evadat: hæc enim omnia improbat dicens: (20) „Actus ille informis transit, et non manet, veniente charitate. . . et sic nullo modo attritio potest fieri contritio. . . sed dolor ille, qui erat informis, non manet, charitate adveniente, et ideo formari non potest.“ Dispositiones actuales prævix cessant, dum gratia, et charitas adveniunt: tunc enim præstantiores actus fiunt, qui concomitantes sunt præparationes: quocirca pro informi assensu fidelis efficitur assensus formatus: loco timoris servilis fieri solet timor filialis, vel initialis attritioni succedit contritio. Unde quorundam Initialistarum sententia asserentium, amorem initialem ante justificationem remissum esse, ac informem, et in justificatione formatum fieri, atque intensum, huic S. Thomæ doctrinæ videtur adversa. Legesis caput. 1. n. 9.

11. Eandem, ac Eucharistia, Confirmationis Sacramento vim attribuit inquires: (21) „Si aliquis adultus in peccato existens, cujus conscientiam non habet, vel si etiam non perfecte contritus accedat, dummodo non fictus accedat, per gratiam collatam, in hoc Sacramento consequetur remissionem peccatorum.“ Imperfecta contritio, quæ ante hujus Sacramenti receptionem peccatorum remissionem non contulit, servilis attritio fuit propter dicta. Cum ea ergo, culpa oblita, Confirmationem quis accipiens justificatur. Denique similem doctrinam circa Extremam Unctionem tradit his verbis: (22) „Quamvis culpa quoad maculam sine contritione non dimittatur, tamen hoc Sacramentum per gratiam, quam infundit, facit quod ille motus liberi arbitrii in peccatum sit contritio, sicut etiam in Eucharistia, et Confirmatione potest accedere.“ Motus liberi arbitrii, qui ante Sacramentum non erat contritio, attritio proculdubio est, cum qua profunde is, qui peccati sui oblitus Extremam suscipit Unctionem, gratiam recipit, quæ motus ille contritio sit modo jam exposito, nimirum quantum liberum arbitrium, quod prius attritum erat, gratia postea ornatum perfectam elicit contritionem.

12. Ipse ultro Aquinas in Expositione Evangelii S. Joannis cap. XI. lect. 6. id Sacramentis omnibus tribuit, ut justificare interdum valeant hominem non plene contritum; cujus nomine attritum ab eo intelligi, tradique propterea, attritionem cum Sacramento ad impiorum sulcicare justificationem, auctor est Melchior Cano Thomistarum omnium doctissimus, qui de Penitentia disserens lectionem eam laudat, ut illiusmodi stabiliat sufficientiam. Sed licet cunctis commune sit Sacramentis, re tamen vera Penitentia, et Baptismo congruentius aptatur Aquinatis documentum: horum namque

M

(19) 3. p. q. 80. a. 4. ad 1. (20) Suppl. q. 2. a. 1. c. et ad. 2.
(21) 4. Sent. d. 13. q. 1. 2. 2. quæstionc. 1. ad. 2. (22) 3. p. q. 79. a. 7. ad. 1.

hi valet, se eorum remissionem, necnon gratiam, ac iustitiam indeperit, quibus iustus, et contritus fiat. Ante usum clavium, id est ante absolutionem, non contritio, nem semper; sed vel hanc, vel attritionem possit. Neque ut attritus homo iustificetur, charitatem, aut amorem praeve postulat; sed virtute clavium ex attrito fieri contritum, docet, prout scilicet eidem in confessione, et absolutione confertur gratia, quae cum virtus venit poenitentiae, et ex utraque exoritur contritio. Deinde super caput quintum ejusdem Distinctionis inquit Glossa: „Non enim potest quisquam verè contritus, nisi habeat prius fidem per dilectionem cooperantem:“ quod ita correxit Pontifex: „etiam cum sola attritione verè quis, et utiliter confitetur.“ Glossa ad unguem exprimit Initialistarum doctrinam; correctio verò continet Attritionistarum sententiam: ipse autem Adversarius Glossam libenter relinquens, correctionem ex animo complectitur, astruendoque cum Pontifice ipso correctore, solam attritionem sufficere ad veram, atque utilem confessionem et necessarium non esse, quod dilectio seu fides dilectione operans confessioni ipsi proponatur. Hoc insuper jussu Pontificis ibi additum est: „Contritio, dilectio, justificatio, et remissio simul sunt:“ ubi assertum alterum, quod propugno, tradit, nempe quod adus contritionis, et dilectionis ad justificationem, et remissionem requiruntur quidem, sed non ante illas, sed una cum eis existunt; suntque idcirco, non antecedentes, sed concomitantes dispositiones. Correctiones hujusmodi magis sunt illi auctoritatis, non solum quod à Sancta Sede dimanant, sed quia Gregorius ipse fuit vir sapientissimus, et Concilio Tridentino interfuit, quod etiam saepe laudat, quo innuat, se ad ejus mentem loqui in correctionibus ipsis: ac demum quoniam de his ita assatur in Bulla, quae est, ante Gratiani Decretum ejus jussu emendatum: „Jubemus igitur, ut quae emendata, et reposita sunt omnia quam diligentissime retineantur, ita ut nihil addatur, minuetur, aut imminuatur.“ Et cum dilectio correctiones ipsae favent attritionis sufficientiae, videtur haec Pontificio oraculo confirmata. Unde ait prae laudatus Liberius: „Dispositio sub qua Sacramentum producit gratiam, est dispositio proxima, et sufficientis; sed ex doctrina Gregorii XIII. corpori Juris inserta sub attritione Sacramentum Poenitentiae producit gratiam: Ergo attritio est dispositio sufficientis, et proxima.“

3. Alexander VII. in decreto suo, quod capite IV. dedi, tria habet, quae sufficientiam attritionis haud parum favere censeo. Primum: sententiam, quae amoris necessitate in attritione metu concepta negat, communiorem suo tempore visam fuisse inter Scholasticos, qui illam et veram, et tutam proculdubio existimant; incredibile enim est, Scholasticorum Catholicorum, de quibus Papa loquitur, partem pleniorum, in re tanti ponderis, ex qua nimirum fidelium justificatio, et salus aeterna pendet, falsam, aut periculosam consevisse doctrinam. Secundum: praefatam Scholasticorum sententiam nullius censurae theologiae, alteriusve injuriae, aut contumeliae nota posse taxari: quod quidem interdici, si aut erronea, ut inverisimilis illa esset, inopportunitate censeretur: siquidem nullius rei, quam animarum salutis curam studiosius gerit Romanus Pontifex: equomodo itaque sententiam illam, quae nisi veritati congruat, animabus ipsis aeternum exitum asserere poterat, necdum impunè grassari, verum et à censuris, injuriis, contumeliisque tutari voluisset? Sic enim muneri suo, et non leviculo, defuisse videretur, quoniam plenior Scholasticorum numerus sententiam, quam firmiter propugnabat, majori fidem fidelium parti documenta praebere, qui proinde dum illorum ducem, ac magistrum attriti ad Sacramentum accederent, reconciliationis gratiam non acciperent? Quomodo itaque pacate hoc aut dissimulari, aut tolerari poterat? Ipse Alexander in componendis eorumdem Scholasticorum dissidiis, quae controversiae hujusmodi causa admodum exarserant, maximam curam adhibuit, ut ipsis decretum ostendit, qui ergo animarum salutem, quam Scholasticorum pars major apertè discrimini committere, incuriosè negligeret? Rei hujusmodi gravissimè quidem indormire, et Scholasticorum paci accuratissimè consulere, improbum videretur Scribarum, et Pharisaorum studium emulari, quo (2) „Excolantes calicem, camelam autem glutientes“ effecti sunt. Cum verò Pontifici Maximo, nefas sit, similem curam affingere, cum potius attritionaria sententia pe-

(2) Matth. 23. 24.

stulari neminem, verisimilius est existimasse. Tertium denique: peccandi voluntatem attritione dispellit; neque enim conditionatè, sed absolutè inquit: „Attritio, quae concipitur ex metu gehennae, excludens voluntatem peccandi cum spe veniae.“ Et sic Pontificem summum affari minime decebat, si attritione hujusmodi, quae servilis est, voluntas peccandi non pelleretur: et ideo attritio illam arceret, atque pro digna Sacramenti receptione sufficere, dicenda est; potissimum namque, quod eam voluntatem non evertat, insufficientis creditur ab Adversariis.

4. Benedictus XIV. in aereo suo opere de Synodo Diocesana, quod supremus Ecclesiae Pastor renuntiatus in lucem edidit, utriusque sententiae meminit: et licet nobis more suo adhaereat, Attritionismo adversus non est omnino. Fatetur in primis voluntatem peccandi attritione servili extrudi (3). „Alia est, inquit, contritio super-naturalis, et efficax, omnem excludens voluntatem peccandi, quae nihilominus aliis nonnullis dicitur imperfecta, et in quam unice cadit controversia:“ Imperfecta autem contritio, de cujus sufficientia controversatur, attritio servilis est. Agnoscit deinde opinionis contrariae difficultatem, et ait: „Difficile tamen est explicare hunc amorem rem initialem.“ Et de Cane dogmate, quo stabilitur, sufficere attritionem absque ulla nec vera, nec existimata contritione, addit: „Melchioris Cane sententia vix nata Scholasticorum pervasit, et tanto plura excepta est, ut plurimos, ac magis nominis statim inveniunt patronos:“ et hoc satis videtur, ut nemini, quod simili opinamento adhaereat, vitio sit verendum. Sed apertius id ulterius tradit inquit: (4). „Cum itaque, quae versetur in questione ab Ecclesia haecenus non definita, jure, ac merito Alexander VII. praecipit...“ hic inserit Alexandrinum decretum, et subdit: „Caveant proinde Episcopi, ne in suis Synodis, aut in instructione Sacerdotum, quam Synodis praebet consilium, aliquid decernant, aut de attritionis mere servilis ad Sacramentum Poenitentiae sufficientiam, aut de amoris saltem initialis necessitate. Adhuc quippe sub iudice lis est, adhuc impunè pro una, et altera sententia dimicatur.“ Verbis hujusmodi quamquam mentem suam clarè non pandat, in attritionis sufficientiam, videre mihi videor, quadantenus propendere, vel eam saltem non improbare: quandoquidem si attritionariam doctrinam aut veritati dissonam, aut periculo affinem credidisset, longe aliud pastor vigilantissimus (haec enim dum esset Summus Pontifex aiebat) Episcopis praebere consilium, sicut centies circa res alias in praedicto opere facit, verbi causa, missis ceteris, quae non ita opportuna sunt, dum disserit, nam Galliae Episcopi ab haeresi mixta, et occulta poenitentes absolvere valeant, ut Galli Auctores docent multi? Cum enim horum doctrina ei displiceret, illam in multis argumentis oppugnat: laudatque quorundam illius Gentis Episcoporum exemplo, qui facultatem ad ejusmodi absolutionem impartendam à Sancta Sede flagitarunt, sic ceteros sermone monet: (5). „Judicent nunc alii Antistites, an ipsi valeant sine temeritate nota tot illustrium, et amplissimorum Praesulum exemplis contraire, eamque auctoritatem sibi arrogare, atque etiam in Synodo ostentare.“ Quis ergo dubitet, quod pari ratione, si attritionariam doctrinam aut falsitatem, aut discrimini censeret obnoxiam, usus fuisset? Nonne eam similiter impugnet, et à nemine sine temeritate nota defenditari posse, etiam commoneret? Etenim cum dubia, et incerta dispositione absolutionem sacramentalem accipere, aequè, imò et poenitentiae magis noxium est, quam eam cum dubia, et incerta jurisdictione impetire: quapropter sicut hujusmodi jurisdictionis usum damnat, et ab Episcopis damnari curat, sic Attritionistarum sententiam, si attritio aut dubia, aut incerta esset dispositio, improbat ipse, et ab Episcopis reprobari quoque, studeret. Cum igitur sufficientiam attritionis non respicit, nec ab Episcopis quid contra eam decerni patiatur, ipsam probare videtur, attritionemque propterea et certam recti, et sufficientem ad suscipiendum Sacramentum preparationem.

5. Post Jesu Christi Vicarios Inquisitio Sacra jure venit memoranda, quod auctoritatem magnam quidem, sed Ecclesiae Dei utilissimam, qua fungitur, ab eisdem ipsis

(3) Lib. 7. c. 13. n. 5. et 7.

(4) ibi. n. 2.

(5) Lib. 9. c. 5. n. 4.

84.
 periori ininitio fundamento, edisserit attritionem; et posteriorem ad suscipiendum Sacramentum agnoscit necessariam: ast attritio, supernaturalis, que ipso iudice, ad id sufficit, et in qua sistere valet penitens, non initialis, sed servilis est, hanc enim motiva omnia, que recenset, conspicue signant. At ulterius (30) „No solo cura este „santo Sacramento (Penitentia) al contrito, que ya viene en gracia con el presu- „puesto de confesar sus pecados, (porque sin el nunca la conseguirá) sino que tam- „bien resucita difuntos; y este es su mayor milagro. Porque el que no viene con- „trito, sino atrito, y con dolor imperfecto, (que no es pequeño trabajo dolerse imper- „fectamente de sus culpas) viniendo este hombre muerto del todo á la gracia, solo „con la confesion, aquella atricion tiene fuerza, y efecto de contricion, y lo per- „dona, y lo resucita desde la culpa á la gracia. . . (31) Entramos en un jardín de „unas flores tristes, amarillas, y de poquisimo olor. Pregunte: si era aquel jardín del „Temor Santo? Dijo, que sí: pero que era tan imperfecto el jardinero, que no aca- „baba de lucirlo, y cultivarlo. Encontré luego con él jardinero, hombre melancó- „lico, y afligido, pensativo de unas memorias muy tristes: pregunte: como se llama- „baba? Dijome muy congojado, que se llamaba *Atricion*. Entonces yo dije: O Señor qué triste cosa! Dijome la *Claridad*: triste, pero buena; porque hablando este á una San- „ta Señora, que se llama *Confesion*, con debida reverencia, y circunstancias, comuni- „cacion con toda verdad sus penas, se hermosa, y estas flores dan muy suave é „olor. Tam aperte, ac multipliciter astruit attritionis sufficientiam, atque idéo si „quando ad Penitentiam amorem quoque exigere videtur, de concomitanti id acci- „piendum arbitror, secus de antecedenti, qui cum gravi culpa in impio penitente re- „peritur. Præsertim quia satis ipse innuit, amorem, et peccatum simul habitare non „posse: (32) „Cubre, inquit, y deshace el amor de Dios á las culpas, y limpia al al- „ma no solo de ellas, sino de sus cicatrices. . . (33) Si siente tu corazon amor de „Dios, y una centella suya lo calienta, alegrate, hijo, que ya estas muy cerca de la „cumbre del Calvario, que es el monte de la perfeccion christiana. . . El amor de „Dios facilita los exercicios de la vida espiritual, y los hace suavissimos, aunque en „si sean amargos. El amor de Dios alegra al alma, y resiste á grandes tempestades, „tentaciones, tribulaciones, y angustias, y conserva la conciencia pura, santa, pron- „ta, alegre. El amor de Dios causa mas gusto en el padecer que el deleite en el „gozar. El amor de Dios da luz, y aumenta del corazon las tinieblas; y como no es „compatible la noche con el dia, ni la caridad divina con los pecados, y culpas. El „amor de Dios da fuerzas, y perseverancia en lo bueno, y valor, y constancia, para „contrastar lo malo. El amor de Dios arranca del corazon los odios, las pasiones, y „venganzas, é introduce en él la piedad, bondad, y misericordia, y otras insignes „virtudes. Finalmente, hijo, el amor de Dios vivifica, alegra, defiende, consuela, for- „talza, mejora, alumbra, calienta, perfecciona al alma, y al corazon: y quanto tiem- „po alli lo tuvieres, todo lo sujeta, y lo rinde á la razon. Es fuerte y dulce, es „poderoso y suave, es amoroso y constante, es valeroso y alegre: tiene en sí todo „lo bueno, y arroja de sí lo malo. Exercitate en amor, si quieres que te corone el „Señor. Ita nimirum aperit amoris præstantiam, virtutem, effectus, et cum noxa mortifera insociabilitatem: ipsiusque verba nedum intenso, sed remisso etiam congruunt „amori, et quia de amore absolute affatur, qui utranque ambit, et quia memorat amoris scintillam, que amor parvus est, ac exiguus, sicut scintilla ignis minima est ignis particula: amor autem, si cum peccato esse non valet, injungi peccatori non debet, ut se ad gratiam in Sacramento suscipiendam apte prævic, satisque propterea ad id erit attritio. Perspectum igitur, ac exploratum est, Venerabilem Palafoxium Attritionis adhaesisse, quorum proinde sententia illustrior, ac certior apparet, non solum ob insignem tanti viri eruditionem, et sanctimoniam, verumetiam quia ejus opera á censoribus Romanis approbata sunt, ut constat ex decreto Sacre Congregationis, annuente Cle-

(30) Año espiritual. Junio. Semana 3. num. 6.

(32) Año Espiritual. Julio. Semana 4. n. 29.

(31) Pastor de Noche Buena c. 6.

(33) Ibi: Abril. Semana 1. n. 10. 12.

mente XIII. emanato, quod in primo volumine editionis Matritensis 1762. ita refer- „tur: „Quæ quidem Opera, ac Manuscripta per Theologos à cl. me. Cardinalibus Ca- „sanate, et Porzia olim Cause Ponentibus in Revisores electos, ac nuperime per no- „vos Theologos in Revisores ab Emò. Cardinali Passione hodierno Ponente depu- „tatos, diligentissime revisa, atque examinata fuerunt: cumque à prædicto Emò. Po- „nente in Sacra Rituum Congregatione, habita sub infrascripta die omnium dictorum „Revisorum fuerit relata sententia, nimirum in prædictis Operibus juxta supra lau- „datum decretum Urbani VIII. nihil reperiri contra fidem, vel bonos mores, neque „contineri doctrinam aliquam novam, et peregrinam, atque à communi sensu Eccle- „siaz, et consuetudine alienam: Ipsa Sacra Congregatio omnibus mature perpensis, ac „audito R. P. D. Fidei Promotore, unanimi Emorum Suffragantium sensu rescriben- „dum censuit: *Posse procedi ad ulteriora*, reservato jure Promotori Fidei opponendi „suis loco, et tempore, si Santissimo Domino nostro placuerit. Die 9. Decembris „1760. Fadaque deinde per me Secretarium de prædictis eidem Sanctissimo nostro „relatione, Sanctitas sua benigne annuit. Die 26. ejusdem mensis, et anni. D. F. Card. „Tamburinus Præfatus. - L. M. de Lerma Sac. Rit. Congr. Secretarius. Ex hoc de- „creto haud temere quis deduceret, approbatam simul fuisse attritionis sufficientiam, „hæc enim in Operibus memoratis sæpe numero, ut supra visum est, offenditur: et exin- „de asseverare saltem licet, Attritionisimum fidei, ac bonis moribus neutiquam refraga- „ri, neque esse doctrinam novam, aut peregrinam, aut à communi sensu Ecclesiaz, et „consuetudine alienam: quod maxime oportet in memoria retineri, quia novitatis nota eam infamare, Initialistis solemne est, ac frequentissimum. Sedenim ut ad Palafoxium redeam, que ex eo hæcenus recensui testimonia, in oris istis decretoria esse debebant, ubi pro ingenti, quæ Antistes præstantissimus apud omnes valet, observantia, ac reve- „rentia, tot fere sunt Palafoxista, quot homines: siqui autem adhuc supersint, qui ejus „memoriam in veneratione non habeant, hi profecto, nullatenus ad Initialistarum album, „sed ad eorum censum ob id spectant potius, qui teste Rosende in ejus vita, (34) quon- „dam hic Mexicanorum Idiomate *Palancopatis* appellati sunt, quo significaretur, ejus Ad- „versarios patredine sua (invidia) intus consumi: et hujusmodi miseratione magis, quam „impugnatione egent. Quis addiderim, Magistrum Joannem à S. Thoma testari, (35) „se ejusdem Servi Dei jussu Catechismum, sive suam doctrinam Christianæ Explicatio- „nem lucubrasset, in qua similiter et contritionem sine Sacramento, et cum eo attri- „tionem sufficere, ita statuit: (36) „La contricion verdadera, que anda junta con la „caridad, basta por sí sola, aun antes de recibir el Sacramento, para el perdon del „pecado, pero con deseo, y obligacion de confesarse. La atricion no basta, sin- „que esté junta con el Sacramento. Explicatio autem illa quasi proprium Palafoxii „opus censerì valet, quia ejus jussu confecta, quia ei nuncupata, et quia tanti eam „fecit, ut voverit, ac mandaverit, quod Parochi suæ Diocæsis simul cum Sacris Bi- „bliis, et Concilio Tridentino illam haberent omnes. (37)

(34) Lib. 4. c. 10.

(35) Epist. dedicat.

(36) Primera parte de la contricion, y atricion.

(37) Epistola 2. exhortatoria á los Curas, y Beneficiados de la Puebla de los Angeles, capi- tulo 7. numero 22. 22.



*Aliqua etiam rationum momenta sufficientiam attritionis
amoris charitatis expertis aperiunt.*

1. **N**ec in homine justo, nec in peccatore, ut utrumque ad Sacramentum apte prave dolorem, seu attritionem amore Dei verae charitatis et super omnia indigere existimo. Justus cum primis gratia, charitate, poenitentia à Deo donatus, perfectam et dilectionem, et contritionem adhibere, dum ad Sacramentum accedit, potest quidem, sed non tenetur; cum certum sit apud omnes, Poenitentiam necessario materiam adeo praestantem non exigere: quapropter attritio, quae in probis hominibus, sicut etiam inferni timor comperitur, satis superque erit, ut ipsi ad suscipiendum Sacramentum disponantur: ob idque pro supervacuo ad hoc, initialem amorem comminisci, quis poterit habere: etenim voluntatem peccandi, labesque ceteras, quae in noxiis hominibus afficitur, juxta Adversatores, attritio, non habet in viris justis unde eis amor ille, qui ad probra haec eluenda postulat, inutilis est: Neque ut primo, et maximo praecepto satisfiat, (ad hoc etiam initialem flagitant amorem) homo justus dum Poenitentiam suscipit, dilectione necessario indiget; ei namque dum justificatus fuit, plene satisfecit, amore scilicet concomitanti, quem tum elicit. Fieri in super potest, quod summo mane, quin de Sacramento suscipiendo cogit, Deum perfecte diligat: et idcirco si hora ejusdem diei tertia ad Poenitentiam accedere constituat, Deum iterato amare lege illa, quam jam implevit, minime tenetur. Quocirca satis erit, quod materiam proximam adhibendi causa, de peccatis suis propter poenas inferni doleat. At dolor isthuc, quamquam ex gehenna consideratione, et metu suboritur, quod gratia, charitatisque habeat societatem, non tam attritio, quam contritio nuncupatur. Quo sensu inquit D. Thomas: (1) „Omnis dolor de peccato in habente gratiam est contritio.“ At praefatus justus dolor nec natura sua, nec Sacramenti ratione, cujus est pars, ac materia, charitatis, gratiaeque petit consortium, sed status causa, in quo poenitens ipse justus comperitur. Et ait Canus in Relezione de Poenitentia 3. p. „Quod D. Thomas dixit, omnem dolorem de peccato in habente gratiam esse contritionem, improprium est. Nec abusus vocabuli trahendus est in hanc nostram disputationem, ubi de contritione, et attritione proprie loquimur.“ Quapropter cum justus ut ad Sacramentum accedat, de peccato dolet propter poenas inferni, ejus dolor vere, et proprie attritio est, quamvis improprie dicatur contritio, eo dumtaxat, quod gratia, et charitati sit conjunctus.

2. Attritio itaque in viro justo absque dilectionis actu et parte, et materia est Sacramenti: occur igitur id similiter in peccatore non habebit? Num in isto aliam, et aliam in illo materiam Poenitentia exposcit? Haud sane unicum, si hoc ita esset, sed duplex saltem Poenitentia foret Sacramentum, alterum nimirum pro peccatoribus, et pro justis alterum, nam pro diversitate materiae Sacramenta diversa sunt. Ceterum Poenitentia unum, et idem pro omnibus Sacramentum est, et ideo similem in cunctis materiam postulat: cum autem in justo dolorem flagitet, et non amorem, non hunc, sed illum poscet quoque in peccatore. Deinde attritio in justo si amoris expertis Sacramenti est materia, sufficiens etiam erit dispositio, ut Sacramenti effectum, id est gratia incrementum, quod gratia secunda vocatur, obtineat ille: quin peccatori, ut primam redispicatur gratiam, sufficiat? Praesertim cum attritio et materia, et sufficientis dispositionis munus, haud quidem natura sua obeat in justo, sed Christi Domini institutione, ac passionis suae virtute, qua ad istiusmodi officium sublimatur: unde et in peccatore aequè sublimari poterit; in eo namque virtus illa debilior non est, quin potius etsi par in utroque sit, potentior, ac robustior ostenditur in peccatore, quia in ipso justificationem operatur, quae maximum Dei opus dicitur, juxta illud: (2) „Miserationes ejus super omnia opera ejus.“ Cui consonat illa Ecclesiae collecta: „Deus qui om-

(1) De verit. q. 18. a. 8. c.

(2) Ps. 144. 9.

„impotentiam tuam parcendo maxime, et miserendo manifestas.“ (3) Sicut igitur virtus passionis dominica attritionem sine amore et materia Sacramenti, et sufficientem dispositionem efficit in justo, in peccatore idipsum pariter, et fortasse melius praestabit.

3. Alia item ratio à peccatore exul abire cogitur initialis amor. Lethalia crimina haud aequo pondere, ac momento, sed aliis alia graviora, alia aliis esse intensiora, inficias nemo unus Catholicorum ibit, cum Dominus dixerit (4) „Qui me tradidit tibi, majus peccatum habet.“ Aliqua maximo conamento, et ardore constant, ut in desideriis luxuria, et in passione ira liquet, quae fervidissima, ac vehementissima esse solent. Alia contra ex levitate porius animi, quam ex cordis nequitia profisciscuntur, ut in detractione, subsannatione, et id genus alijs accidit plerumque, quae idcirco etsi mortifera, remissiora ut plurimum censentur. Dum igitur homo aliquispian gravissimis, et intensissimis flagitijs colluctatur, amicabilem, ac benevolam amoris Dei quasi incapax haberi potest: quia amor iste si intensus sit, peccatum mortale quantumvis remissum secum fert nullum prorsus, id fatentibus Adversarijs: similiter ergo peccatum, si intensum fuerit, ac praesertim si intensio, et gravitas illius maxima sint, Dei amorem quamquam remissum perferre nequibit. Amor ita valet intendi ut lethalia crimina delectanda et actualia, et habitualia: peccatum pariter sic intendi poterit, ut amorem vicissim tam habitualem, quam actualem extinguat. Imo facilius culpa dilectionem, quam dilectio pellit culpam, quia plus ad bonum perpetrandum, quam ad malum requiri, docent omnes. Quid ergo scolesto illi, qui magnis criminibus sordescit, faciendum superest, si propter ipsa amare nequit, et amoris eget, ut poeniteat? Num medela carebit opportuna? Num redispicendae salutis nulla ei spes? Num desperatio eidem necessaria? At si ei amoris via intercluditur, timoris patet ad salutem. Si diligere ob immania sua scelera id temporis nequit, timere, ac timendo dolere, et poenitere, optime valet. Timeat ergo Deum judicem sempiterna supplicia noxiis hominibus minitantiem, peccasse ipsum poeniteat, de commissis doleat intemè; et ita ad Sacramentum accedens, certè, ut reor, ne misericordia Dei cuiquam desuisse dicatur, culpam suam veniam obtinebit. Et hinc peccatorem quemlibet eandem quire sine amore initiali nancisci gratiam, rectè deduxerit, si enormium nozarum rei, qui dispositione egent pleniore, absque eo valeant justificari.

4. Ulterius, attritum peccatorem, et ad Poenitentiam accedentem nihilum amat Deus: (5) „Neminem enim diligit Deus, nisi cum, qui cum sapientia inhabitat.“ cum ea scilicet, quae: „In animas sanctas se transfert, amicos Dei, et prophetas constituit.“ et haec in attrito illo nullatenus invenitur, quia neque sanctus, neque Dei amicus, sed ejus potius est inimicus, mortiferi sceleris causa, cui subest: et ideo Deus eum non diligit. Imo peccatores se odio habere, Deus ipse testatur in Scriptura. Eapropter si amorem Dei in se habere antequam justificetur, et à peccatis solvatur, potest, ac tenetur peccator attritus, Deum utique, priusquam ab eo diligatur, dilige: hoc autem ferendum est minime, dicente S. Joanne (6) „Diligamus Deum, quoniam Deus prior dilexit nos.“ Et ergo prior diligit nos, et peccatores non amat, prius nos à peccatis solvet, et amabit, ut ipsum nos vicissim diligamus. Et hic Deo solemniter erga peccatores agendi modus, ut eos non amet, nisi gratiam ipsis conferens, quae eorumdem peccata delectat, illosque, ut cum ament, potentes, aptosque constituat. (7) „Dilectio Dei, ait D. Thomas, quae nos diligit, consequenter aliquem effectum in nobis relinquit, scilicet gratiam, per quam digni reddimur vita aeterna.“ Idque saepius repetit, ut patebit cap. XIV. Dilectio itaque Dei, quae prior est dilectione nostra, gratiam nobis praebet: ac propterea cum nostra adest dilectio, jam gratiam habemus, et justi sumus. Cum ergo peccator attritus nec à peccatis adhuc solutus, nec à Deo dilectus, nec ipsius gratiam nactus sit, quomodo eum amabit? Satis proinde erit, ut ad Sacramentum, sicut cum valet, accedat, timore videlicet, ac dolore percussus. Sed B. Augustinum audi momentum

(1) Vide D. Thomas 1. 2. q. 117. a. 9.

(4) Joan. 19. 11.

(5) Sap. 7. 27. et 18.

(6) Epist. r. c. 4. 19.

(7) De verit. q. 18. a. 1. ad 6.

hocce bis ita expendentem: (8) „Ideo amat ille, quia nos amamus, an potius quia ille amat, ideo nos amamus? Ex Epistola sua Evangelista idem ipse respondeat: Nos diligimus, inquit, quia prior ipse dilexit nos. Hinc ergo factum est, ut diligeremus, quia dilecti sumus. Prorsus donum Dei est, diligere Deum. Ipse ut diligeretur, dedit, qui non dilectus dilexit. Displacentes amati sumus, ut esset in nobis unum de placeremus. Non enim amaremus Filium, nisi amaremus et Patrem. Amat nos Pater, quia nos amamus Filium; cum à Patre, et Filio acceperimus, ut et Patrem amemus, et Filium: diffundit enim charitatem in cordibus nostris amborum Spiritus... Amorem itaque nostrum primum, quo colimus Deum, fecit Deus, et vidit, quia bonum est: ideo quippe amavit ipse quod fecit. Sed in nobis non faceret, quod amaret, nisi antequam id faceret, nos amaret.“ Dei ergo dilectio est dilectione nostra prior, quia ipse non dilectus dilexit, et nos diligimus, quia dilecti sumus. At Deus prior diligens nos, dat ut eum diligamus, et ei placeamus: et quid dat? Charitatem in cordibus nostris per Spiritum Sanctum diffusam. Cum autem charitas hæc in peccatore non sit, neque dilectio erit, sine qua idcirco, ac proinde cum sola attritione prævie ad Sacramentum aditum paratur. Sed iterum loquatur Augustinus: „Nos diligimus: et hoc unde nobis? Quia ipse prior dilexit nos. Quare unde homini diligere Deum: nec invenies omnino, nisi quia prior illum dilexit Deus. Dedit seipsum quem dileximus: dedit unde diligeremus. Quid enim dedit, unde diligeremus, apertius audite per Apostolum Paulum (Rom. 5.) Charitas, inquit, Dei diffusa est in cordibus nostris. Unde? Num forte à nobis? Non. Ergo unde? Per Spiritum Sanctum, qui datus est nobis. Habentes ergo tantam fiduciam, amemus Deum de Deo. Imo quia Spiritus Sanctus Deus est, amemus Deum de Deo. Quid enim plus dicam, amemus Deum de Deo? Certe quia dixi: Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum Sanctum, qui datus est nobis: ideo est consequens, ut quia Spiritus Sanctus Deus est, nec diligere possumus Deum, nisi per Spiritum Sanctum, amemus Deum de Deo... Deum non vides: ama, et habes. Quam multa in damabilibus cupiditatibus amantur, et tunc habentur: sordide quarantur, nec tamen continuo possidentur. Numquid hoc est autem amare, quod aurum habere? Multi amant, et non habent... Deus nobis de compendio se offert: clamat nobis: amate me, et habebitis me; quia nec potestis amare me, nisi habueritis me.“ D. Paulus, et consequenter B. Augustinus, hic asatur de Spiritu Sancto inhabitante, et Divinus Spiritus in nobis habitat per gratiam sanctificantem. Utrumque statuendum est duobus capitibus sequentibus. Nunc autem tria ex Augustino constituo: primum, quod nos amamus Deum de Deo, hoc est de Spiritu Sancto inhabitante. Secundum, quod Deum diligere non possumus, nisi per Spiritum Sanctum inhabitantem. Tertium, quod dum Deum amamus, Deum ipsum in nobis habitantem habemus. Asserta isthæc produunt, quod homo attritus, dum in peccato existit, Deum amare nequit, quia non habet gratiam, ac propterea nec Spiritum Sanctum in se habitantem: et eam ob rem cogi non debet, ut eo temporis Deum amet: nemo enim id efficere constitutus est, quod non valet: et insuper si tunc amare teneretur, peccaret, si non diligeret; hoc autem improbat Augustinus ipse verbis his cap. IX. n. 10. relatis: „Peccati reum tenere quemquam, quia non fecit, quod facere non potuit, summæ iniquitatis est, et insanis.“ Igitur homo attritus, priusquam justus fiat, nec tenetur, nec potest Deum amare; et ideo consequens est, quod absque amore, unaque idcirco attritione ad gratiam in Sacramento accipiendam satis comparatur: id namque Initialista negant, quod censeant, eundem et posse, et teneri Deum diligere. Et observes æquum erit, præfata S. Augustini documenta nequam argumentum capitis evincere, sed et utilla valde simul esse pro ostendenda amoris, et peccati insociabilitate, de qua mox disserendum est.

5. Præterea si homo attritus, ut ad Sacramentum rite disponatur, præter attritionem, Dei quoque amorem super omnia habere debeat, charitatis virtutem, quæ in ipsa Sacramentali justificatione ei præbetur, non modo ut diligit, sed etiam quia di-

(8) Tract. 101. in Joan. n. 1. et Serm. 44. al. 2. de diversis. n. 2. 3. 5.

lexit, à Deo accipiet: id vero his, quæ ex D. Augustino nuper dicebam, refragari existimo; non enim quia nos dileximus, sed quia Deus prior dilexit nos, dedit nobis unde eum diligeremus, nempe charitatem ipsam in cordibus nostris per Spiritum Sanctum diffusam. Refragatur etiam veritati, nam fides nobis, non quia credidimus, sed ut credamus: spes similiter, non quia speravimus, sed ut speremus conferatur: imo gratia ipsa, non quia fuimus, vel eramus, sed ut simus Deo grati, nobis itidem tribuitur. Igitur et charitas non quia dileximus, sed ut Deum diligamus, nobis conceditur in justificatione: et ideo ante charitatem amor Dei super omnia non est, quo subinde, ut ad Sacramentum accedat, non eget attritus peccator.

6. Insuper si idem ipse peccator attritus ante justificationem suam diligere Deum super omnia adstringitur, non solum timoris, sed etiam charitatis motivo, dum prævie, et apte comparatur ad justificationem ipsam, de peccatis suis dolebit: si vero ita dolet, jam charitatem habet: quia dum dolet ex timoris motivo, jam in se habet timorem, siquidem ad dolorem hunc à timore nondum existente moveri, aut citari nequit, sed prius penas æternas metuit, horret, expavescit, et postmodum de flagitiis, quibus scit, condigne eas sibi promeruisse, cordiculus dolet. Nihil ergo secius charitatem, dum illius motivo dolet, pariter in se habere censendus est. In aliis quoque idipsum accidit virtutibus theologice; qui enim ex motivo fidei, speive aliquid agit, spe, ac fide jam afficitur: et ideo dum veritates à Deo revelatas fidei motivo credit, spem sane, dum motivo spei beatitudinem celestem auxilio Dei sperat obtinere, spem quoque habet: igitur qui ex motivo charitatis Deum super omnia diligit, habebit etiam charitatem; dilectio namque ista peculiare est charitatis opus, sicut et fidei, atque spei sperare, et credere proprii sunt actus. Cum itaque attritus homo antequam justificetur, charitate orbatus sit, ex motivo charitatis Deum amare nequit, propterea que sine amore hujusmodi recte ad Sacramentum accedet.

7. Ad hæc, Deus, dum ingrato, ac perloquo animo eum offendimus, charitatem, ceterasque virtutes, ac dona, quibus nos in justificatione cumulaverat, aufert nobis æquissime: ast pro sua bonitate, ac misericordia, que modum, et mensuram nesciunt, fidem, et spem, quæ nos à culpa emergere juvent, in nobis ipsis relinquunt. Supervacuo autem beneficium hocce, quod inestimabile reapse est, nobis peccantibus conferre videretur, si homo attritus, qui prius justus fiat, et charitatem indepiscatur, amare ipsum quiret: tunc enim absque auxilio hujusmodi justificari posset; siquidem ut à peccato surgat, non solum credere, et sperare, sed etiam Deum diligere super omnia tenetur juxta Adversarios; amare autem, quod ob suam præstantiam inter harum virtutum opera primas obtinet, sine charitate per eos valet: igitur et sperare, et credere, quæ minus perfecta, et idcirco faciliora sunt, sine fide ac spe satius poterit: Quid itaque spes, ac fides illi præstarent? Quo virtutes hæc eidem, dum peccavit, Deus reliquerit? Veruntamen cum aut hoc, aut aliud quid frustra Deum agere, nedum dicere, sed vel cogitare, valde impium sit, dilectionem charitatis, et super omnia, ut attritus homo Sacramentum suscipiat, minime necessariam, inferam potius; etenim quia sperare, et credere, ut se ad illud præparet, et à peccato surgat, necesse est, virtutes, quæ credat, et speret, in ejus corde, dum peccavit, sicut Deus; virtutem vero, quia ipsum amaret, sicut in eo nullam: amor itaque ad hoc nullatenus est necessarius.

8. Nonnulla itidem Sacramenti ipsius natura, ac institutio pro attritionis sufficientia momenta nobis offerunt. Penitentia materia dolor est de peccatis; dolorem autem hunc facilius in peccatoribus excitat timor inferni, quam amor Dei: cum verò non ut difficilius, sed ut facilius justificemur hoc Sacramentum institutum sit, illius materia, hand quidem is, qui ex amore, sed qui ex metu nascitur, dolor erit. Verum id amplius enucleare est. Timor ipse facilius in peccatore exoritur, quam amor; hic enim longe illi in perfectione præstat, et quo nobiliores, eo res difficiliore esse solent. Unde qua facilius amore timor, facilius etiam dolorem excitabit. Amor insuper ex divinæ bonitatis, timor ex infernalium punarum consideratione ortum habet; istius-

modi autem pœnæ, magis quam bonitas illa, ut de culpis delectat, et respiscat, commovere solent peccatorem; amplius namque reos plerumque movent iudicis justitia punitiva, et severitas, quam ejus bonitas, et misericordia, quæ abuti, ac peiores fieri, solenne ipsis est. Præterea peccator, utpote noxa infectus, et terrenis rebus adhuc mancipatus, parùm solet, de bonitate Dei cogitare; sed ipsum metuere, pœnasque ab eo infligendas, ipsa, qua sordidatur, noxa sæpius obstringitur: quocirca flagitiosi ac perditissimi homines, qui nullius bonitatis meditatione, nec beneficiorum exhibitione, nec ulla alia ratione cohiberi amant, suppliciorum metu à malis abstinere interdum, et ob id dictum est:

„ Oderunt peccare mali formidine pœnæ. “

Et quamquam justî homines Dei amore inflammari delinquere omnino renuant, atque idcirco dictum quoque sit:

„ Oderunt peccare boni virtutis amore: “

id tamen non vincit, amorem magis, quam timorem ad Penitentiam materiam spectare, in ea namque assignanda inspiciendum potissimum est, haud sane quid in probis, sed quid in pravis hominibus potentius sit, ac efficacius ad hos comprimendum, excitandumque in eorum cordibus culpæ dolorem, siquidem pro malis potius, quam pro bonis saluiferum remedium istud instituit Medicus celestis, qui et dixit: (9) „ Non egent qui sani sunt medico, sed qui malè habent. Non veni vocare justos, sed peccatores ad penitentiam. “ Cum ergo ad malos cohibendum, suscitandumque in eorum animis dolorem, major vis, ac efficacia timori insit, quam amori, præ isto ille, et consequenter ab eo profluens dolor, sive attritio ad Penitentiam materiam pertinebit.

9. Præterquamquod infernalis ignis res quedam sensibilis est, ac sensibilem omnium, quæ nocere possunt, terribilissima, aut ita saltem ab omnibus communiter concipitur: et ideo apta nimium ipsius memoria existimanda, ut peccatorem sensibus utentem, et ea quæ seuis ipsos ladunt formidantem, fugientemque, respiscere faciat, et de culpis suis dolere, quarum merito igni illi addici potest in æternum. Ast infinita Dei bonitas insensibilis prorsus est; et ejus idcirco meditatio non ita idonea videtur, ut peccatoris animum intime percèllat, et ad dolorem trahat. Quapropter in Sacro Eloquio, ut homines à culpis avertat, et ad respicientiam moveat, supplicij combinatione frequentius, quam suæ bonitatis ostensione, utitur Deus. Et hinc deducere proclive est, peccatores timore potius, quam amore commoveri; aptarique prævie ad Penitentiam; neque enim Deus minus apta ad id nobis media, seu motiva proponere credendus est. Unde ex mente D. Thomæ bonitas divina, quamvis ex se fortius, quam pœna nos retrahat à culpa, secus verò dum ad bonitatis ipsius dulcedinem degustandam percipiendamve gustum non habemus sanum, sed delitio aliquo infectum; et ideo peccatores pœnæ metu magis, quam ejusdem bonitatis contemplatione à peccato revocantur, et ad penitentiam moventur. S. Doctôris verba dabo capite XXIII. num. 17. Accedit, quod dolor ipse metu ortus Sacramentorum institutioni quadrans videtur, et consonans magis, quam amor: nam Christus Dominus sua Sacramenta sensibilibus rebus constare voluit, propterea quod non pro Angelis, sed pro nobis similiter, sensibilibus illa instituit, et idcirco ea materia, quæ propius ad sensibilia accedit, magis idonea, seu institutioni præfate conformior est censenda: timor autem, sive dolor timore satius, quamquam insensibilis, propinquior tamen sensibilibus rebus est, quam amor, sive dolor amore conceptus, quia hic insensibilis bonitatis divinæ consideratione, ille verò ex sensibilis ignis æterni memoria descendit. Quæ de re dolor metu ortus congruentius, et Sacramentorum institutioni conformius, Penitentiam materia dici valet, quam amore natus dolor.

10. Ipsius itidem amoris munia capitis hujus argumentum videntur constabillire: ipse enim et cordis, et animæ vita nuncupatur, proptereaque ad vivorum magis, quam ad mortuorum Sacramenta, siqua tamen cum uti præviam exposcunt dispositionem, pertinere debebat. Illa insuper homo accipit, aut accipere tenetur, gratia, et charitate or-

(9) Luc. 5. 31.

natus, quibus facile Deum amare potest: ista verò donis hisce privatus recipit ut plurimum. Imò priora vivorum, quia ab hominibus gratiæ, et charitatis vita gaudentibus; posteriora autem mortuorum, quod ab eisdem vita illa orbatis, et culpæ morti subditis suscipiantur frequentius appellantur, et sunt. Penitentia itaque, cum Sacramentum mortuorum sit, nullatenus vitam amoris, sicut nec gratiam, et charitatem in penitentibus prævie exposcit. Quin potius amoris vitam, quod ad eam mortuis hominibus præstandam, instituta sit, in illis non supponit: sicut nec gratiæ, et charitatis incrementum, cui efficiendo data sunt, prævie in nobis exigunt vivorum Sacramenta.

11. Attamen, ut verum fatear, nec Sacramenta ipsa vivorum dilectionem postulant prævie, quamquam hæc illorum magis, quam mortuorum propria sit. Unde is, qui vivorum Sacramentum suscepturus est, nulla lege, quam ego saltem sciam, dilectiones actum efficere ligatur: amicus Dei jam tum esse debet, ast Dei dilector non item, præsertim si paulò ante dilectionis implevit præceptum: Quomodo ergo qui mortuorum Sacramentum accipit, amoris actum habere tenebitur? Fortasse priusquam peccaret, Deum dilexit super omnia; sed peccato commisso, statim respiscit, et ad Penitentiam accedere, statuit: numquidnam antequam eam suscipiat, iterum diligere debet? Profectò hanc iteratam dilectionem Eucharistia à susceptoribus non flagitat. Verùm id amplius enotare præstat.

12. Ad Eucharistiam convivium, quod Sacramentorum omnium præstantissimum est, qui accedere præsumit, vestem nuptialem, id est sanctificantem gratiam habere omnino debet, quia vivorum Sacramentum est; ast Deum insuper actum amare, quamvis nullo negotio id agere valeat, minimè tenetur: aliouquin sacerdos, qui Sacris quotidie operandi legi subjacet, pari etiam quotidie Deum diligendi statuto subesse dicitur: quinimo si bis in die sacrum peragat, aut ter, aut pluries, ut in his oris accidere solet diebus festis, totidem actus amoris Dei super omnia, ut sese ad sacram communionem aptet prævie, perficere debebit: hoc autem cum nemo asserat, nec attritus homo antequam Penitentiam suscipiat, Deum obstringitur amare. Suscipiens ritè Eucharistiam, quod gratia et charitate fruatur, ad diligendum Deum magnam habet facilitatem ad id tamen in recipiente Penitentiam, dum donis hisce caret, difficultas est quam maxima: et is nihilominus præ illo amoris adhibendi legi erit obnoxius? Majas in Eucharistia, quam in Penitentia robur est, ad excitandum divini amoris ignem, plura ad dilectionem illectamenta: in illa namque Corpus, et Sanguis Domini, passionis ejus virtus, et meritum, neenon integra ipsius humanitas, ac divinitas nobis conferuntur: hoc autem beneficium, quod incomprehensibile revera est, acque inestimabile, dilectionis onus prævie adhibenda suscipienti illud non imponit: et ecut igitur attritus homo accedens ad Penitentiam, quæ pauciora dona præbet, subire onus illud cogendus est? Ad Eucharisticam mensam homo accedit sicut filius ad patrem, sicut sponsa ad sponsum; ad Penitentiam verò sicut servus ad dominum, sicut reus ad judicem: filii, et sponsæ opus proprium amor est; ac servi, et rei timor: filius tamen, et sponsa, dum ad sponsum, et patrem in Eucharistia accedunt, cum amare non tenentur; et judicem, ac dominum, dum ad illum accedunt in Penitentia, diligere debent servi, et rei? Integrum illis est, proprium ipsorum actum, nempe amorem, tunc omittere; et hi actum eundem, qui ipsorum non est, efficere ligantur? Nonne timor potius, quam amor conditioni misere, sub qua laborant isti, scilicet peccati videtur convenire? Nonne servus coram hero, quem graviter delinquendo offendit, et reus coram judice, cui maximam intulit injuriam, timore agi dicendi sunt, magis quam amore? Nonne ipsi, cogente eos natura, quæ cruciamenta omnia refugit, supplicium, quod illis eo temporis imminet, formidabunt, ejusque auctorem timebunt quoque citius, quam amabunt? Profectò jam non servi, et rei, si tunc diligèrent, sed filii, et sponsæ munus satius obfrent: et ideo non amore, qui istorum proprius est, sed timore, qui illorum, is qui peccati causa uti servus, et reus ad Penitentiam accedit, rede, ut arbitror, paratur,

modi autem pœnæ, magis quam bonitas illa, ut de culpis delectat, et respiscat, commovere solent peccatorem; amplius namque reos plerumque movent iudicis justitia punitiva, et severitas, quam ejus bonitas, et misericordia, quæ abuti, ac peiores fieri, solenne ipsis est. Præterea peccator, utpote noxa infectus, et terrenis rebus adhuc mancipatus, parum solet, de bonitate Dei cogitare; sed ipsum metuere, pœnasque ab eo infligendas, ipsa, qua sordidatur, noxa sæpius obstringitur: quocirca flagitiosi ac perditissimi homines, qui nullius bonitatis meditatione, nec beneficiorum exhibitione, nec ulla alia ratione cohiberi amant, suppliciorum metu à malis abstinere interdum, et ob id dictum est:

„ Oderunt peccare mali formidine pœnæ. “

Et quamquam justî homines Dei amore inflammari delinquere omnino renuant, atque idcirco dictum quoque sit:

„ Oderunt peccare boni virtutis amore: “

id tamen non vincit, amorem magis, quam timorem ad Penitentiam materiam spectare, in ea namque assignanda inspiciendum potissimum est, haud sane quid in probis, sed quid in pravis hominibus potentius sit, ac efficacius ad hos comprimendum, excitandumque in eorum cordibus culpæ dolorem, siquidem pro malis potius, quam pro bonis saluiferum remedium istud instituit Medicus celestis, qui et dixit: (9) „ Non egent qui sani sunt medico, sed qui malè habent. Non veni vocare justos, sed peccatores ad penitentiam. “ Cum ergo ad malos cohibendum, suscitandumque in eorum animis dolorem, major vis, ac efficacia timori insit, quam amori, præ isto ille, et consequenter ab eo profluens dolor, sive attritio ad Penitentiam materiam pertinebit.

9. Præterquamquod infernalis ignis res quedam sensibilis est, ac sensibilem omnium, quæ nocere possunt, terribilissima, aut ita saltem ab omnibus communiter concipitur: et ideo apta nimium ipsius memoria existimanda, ut peccatorem sensibus utentem, et ea quæ seuis ipsos ladunt formidantem, fugientemque, respiscere faciat, et de culpis suis dolere, quarum merito igni illi addici potest in æternum. Ast infinita Dei bonitas insensibilis prorsus est; et ejus idcirco meditatio non ita idonea videtur, ut peccatoris animum intime percèllat, et ad dolorem trahat. Quapropter in Sacro Eloquio, ut homines à culpis avertat, et ad respicientiam moveat, supplicij combinatione frequentius, quam suæ bonitatis ostensione, utitur Deus. Et hinc deducere proclive est, peccatores timore potius, quam amore commoveri; aptarique prævie ad Penitentiam; neque enim Deus minus apta ad id nobis media, seu motiva proponere credendus est. Unde ex mente D. Thomæ bonitas divina, quamvis ex se fortius, quam pœna nos retrahat à culpa, secus verò dum ad bonitatis ipsius dulcedinem degustandam percipiendamve gustum non habemus sanum, sed delictò aliquo infectum: et ideo peccatores pœnæ metu magis, quam ejusdem bonitatis contemplatione à peccato revocantur, et ad penitentiam moventur. S. Doctòris verba dabo capite XXIII. num. 17. Accedit, quod dolor ipse metu ortus Sacramentorum institutioni quadrans videtur, et consonans magis, quam amor: nam Christus Dominus sua Sacramenta sensibilibus rebus constare voluit, propterea quod non pro Angelis, sed pro nobis similiter, sensibilibus illa instituit, et idcirco ea materia, quæ propius ad sensibilia accedit, magis idonea, seu institutioni præfate conformior est censenda: timor autem, sive dolor timore satius, quamquam insensibilis, propinquior tamen sensibilibus rebus est, quam amor, sive dolor amore conceptus, quia hic insensibilis bonitatis divinæ consideratione, ille verò ex sensibilis ignis æterni memoria descendit. Qua de re dolor metu ortus congruentius, et Sacramentorum institutioni conformius, Penitentiam materia dici valet, quam amore natus dolor.

10. Ipsius itidem amoris munia capitis hujus argumentum videntur constabillire: ipse enim et cordis, et animæ vita nuncupatur, proptereaque ad vivorum magis, quam ad mortuorum Sacramenta, siqua tamen cum uti præviam exposcunt dispositionem, pertinere debebat. Illa insuper homo accipit, aut accipere tenetur, gratia, et charitate or-

(9) Luc. 5. 31.

natus, quibus facile Deum amare potest: ista verò donis hisce privatus recipit ut plurimum. Imò priora vivorum, quia ab hominibus gratiæ, et charitatis vita gaudentibus; posteriora autem mortuorum, quod ab eisdem vita illa orbatis, et culpæ mortis subditis suscipiantur frequentius appellantur, et sunt. Penitentia itaque, cum Sacramentum mortuorum sit, nullatenus vitam amoris, sicut nec gratiam, et charitatem in penitentibus prævie exposcit. Quin potius amoris vitam, quod ad eam mortuis hominibus præstandam, instituta sit, in illis non supponit: sicut nec gratiæ, et charitatis incrementum, cui efficiendo data sunt, prævie in nobis exigunt vivorum Sacramenta.

11. Attamen, ut verum fatear, nec Sacramenta ipsa vivorum dilectionem postulant prævie, quamquam hæc illorum magis, quam mortuorum propria sit. Unde is, qui vivorum Sacramentum suscepturus est, nulla lege, quam ego saltem sciam, dilectiones adum efficere ligatur: amicus Dei jam tum esse debet, ast Dei dilector non item, præsertim si paulò ante dilectionis implevit præceptum: Quomodo ergo qui mortuorum Sacramentum accipit, amoris adum habere tenebitur? Fortasse priusquam peccaret, Deum dilexit super omnia; sed peccato commisso, statim respiscit, et ad Penitentiam accedere, statuit: numquidnam antequam eam suscipiat, iterum diligere debet? Profectò hanc iteratam dilectionem Eucharistia à susceptoribus non flagitat. Verùm id amplius enotare præstat.

12. Ad Eucharistiam convivium, quod Sacramentorum omnium præstantissimum est, qui accedere præsumit, vestem nuptialem, id est sanctificantem gratiam habere omnino debet, quia vivorum Sacramentum est; ast Deum insuper adum amare, quamvis nullo negotio id agere valeat, minimè tenetur: aliòquin sacerdos, qui Sacris quotidie operandi legi subjacet, pari etiam quotidie Deum diligendi statuto subesse dicitur: quinimo si bis in die sacrum peragat, aut ter, aut pluries, ut in his oris accedere solet diebus festis, totidem actus amoris Dei super omnia, ut sese ad sacram communionem aptet prævie, perficere debebit: hoc autem cum nemo asserat, nec attritus homo antequam Penitentiam suscipiat, Deum obstringitur amare. Suscipiens ritè Eucharistiam, quod gratia et charitate fruatur, ad diligendum Deum magnam habet facilitatem ad id tamen in recipiente Penitentiam, dum donis hisce caret, difficultas est quam maxima: et is nihilominus præ illo amoris adhibendi legi erit obnoxius? Majus in Eucharistia, quam in Penitentia robur est, ad excitandum divini amoris ignem, plura ad dilectionem illectamenta: in illa namque Corpus, et Sanguis Domini, passionis ejus virtus, et meritum, necnon integra ipsius humanitas, ac divinitas nobis conferuntur: hoc autem beneficium, quod incomprehensibile revera est, acque inestimabile, dilectionis onus prævie adhibenda suscipienti illud non imponit: et ecut igitur attritus homo accedens ad Penitentiam, quæ pauciora dona præbet, subire onus illud cogendus est? Ad Eucharisticam mensam homo accedit sicut filius ad patrem, sicut sponsa ad sponsum; ad Penitentiam verò sicut servus ad dominum, sicut reus ad judicem: filii, et sponsæ opus proprium amor est; ac servi, et rei timor: filius tamen, et sponsa, dum ad sponsum, et patrem in Eucharistia accedunt, cum amare non tenentur; et judicem, ac dominum, dum ad illum accedunt in Penitentia, diligere debent servi, et rei? Integrum illis est, proprium ipsorum adum, nempe amorem, tunc omittere; et hi adum eundem, qui ipsorum non est, efficere ligantur? Nonne timor potius, quam amor conditioni miseræ, sub qua laborant isti, scilicet peccati videtur convenire? Nonne servus coram hero, quem graviter delinquendo offendit, et reus coram judice, cui maximam intulit injuriam, timore agi dicendi sunt, magis quam amore? Nonne ipsi, cogente eos natura, quæ cruciamenta omnia refugit, supplicium, quod illis eo temporis imminet, formidabunt, ejusque auctorem timebunt quoque citius, quam amabunt? Profectò jam non servi, et rei, si tunc diligèrent, sed filii, et sponsæ munus satius obfrent: et ideo non amore, qui istorum proprius est, sed timore, qui illorum, is qui peccati causa uti servus, et reus ad Penitentiam accedit, rede, ut arbitror, paratur,

datur, et in tantum diligit, in quantum mundatur; ac proinde si non mundatur, non diligit: cum autem impius antequam gratiam, et charitatem recipiat, à peccato non mundatur, neque tunc Deum diligit. Quando gratia caret, et charitate, in peccato est: non ergo facit quod Deus jubet, ac propterea eum non amat. Et ait etiam S. Antistes ante allatum testimonium: „Ea quippe dilectio dicenda est, quæ vera est; „ alioquin cupiditas est: atque ita cupidi abusive dicuntur diligere, quemadmodum „ cupere abusive dicuntur qui diligunt. Hac est autem vera dilectio, ut inherentes „ veritati juste vivamus. “ Cum autem impius nec veritati adhuc inhereat, nec juste vivat, haud veram dilectionem, sed cupiditatem habere dicendus est.

11. Adhuc tamen pro Initialistarum sensu affirmabis, S. Joannem in sua Epistola non de remissa, sed de intensa loqui dilectione. Atvero Initialistæ ipsi nonnulla verba ex supradictis laudant pro sua astruenda dilectione initiali, quæ remissa foret, de qua idcirco, et non solum de intensa affatur Evangelista. Id insuper quod ais, ipsius Evangelistæ menti adversari arbitror; siquidem de dilectione generatim agit, et ideo nullam excipit, sed omnes, ac propterea remissam etiam comprehendit. Deinde de sola intensa certum est ipsum non loqui, affatur enim de dilectione nobis præcepta, et ideo dixit: „ quia præceptum Domini est. “ Et in Epistola sua prima, ex qua testimonia allata desumpsit: (63) „ Diligamus alterutrum, sicut dedit mandatum nobis. “ Et hoc ipsum etiam atque etiam inculcat ibi. Dilectio autem intensa nemini injungitur, quia intentio consilii est, non præcepti, ut supra dixi: unde de una dilectione intensa eum non disserere, plane conficitur. Præterea si de hac dumtaxat loquitur, proximorum amor, de quo agit frequentius, si intensus fuerit, universam legem implere faciet, subindeque peccata omnia aut impedit, aut extrudet, ac Deum per gratiam, et charitatem in corde hominis præsentem reddet, atque inhabitantem. Porro si amor fratrum hæc præstat nonnumquam, nunquamnon Dei amor eadem ipsa efficiet, quoniam hic et excellenter, et illius est causa, Quocirca dilectio Dei primigenium est, ac præstantissimum charitatis opus; dilectio autem proximi succedaneum, ac non ita præcipuum: et ideo dilectio Dei est magis perfecta, magis meritoria, imo et magis intensa, quam proximi dilectio, quia ut ait D. Thomas: (64) „ Propter „ quod nunquamquod tale, et illud magis: sed dilectio proximi non est meritoria nisi „ si in quantum ordinatur ad Deum actum, vel habitum: Ergo dilectio Dei est magis meritoria. Præterea: quanto charitas est magis intensa, magis erit meritoria: sed intensus diligit charitatem Deum, quam proximum: Ergo in hoc magis meretur. Præterea: qualibet virtus efficacius operatur circa objectum suum, quanto est sibi magis „ proprium, et per se: sed objectum per se charitatis est Deus, proximus autem non „ nisi consequenter, sicut magnitudo visus consequenter, color per se: Ergo cum mereri sit effectus charitatis, videtur quod sicut visus melius cognoscit colorem, quam „ magnitudinem, quia circa colorem non decipitur, sicut circa magnitudinem; ita charitas magis mereatur in dilectione Dei, quam in dilectione proximi. Præterea: quod „ est difficilius, videtur esse magis meritorium: sed diligere Deum videtur difficilius, „ quam diligere proximum, dicitur enim 1. Joan. 4: „ Qui proximum, quem videt, non „ diligit, Deum, quem non videt, quomodo potest diligere? Ergo dilectio Dei est magis meritoria, quam dilectio proximi. “ Sæpius revera nos creaturam magis amamus quam Creatorem; sed amor huiusmodi naturalis est: at cum dilectione supernaturali, et ex motivo charitatis proficiente afficiamur, usus contra venit; tum namque hominem diligimus propter Deum, et idcirco plus Deum amamus, quam hominem. Unde supernaturalis dilectio Dei, non solum quantum ad objectum, quod Deus ipse est, sed etiam quantum ad intensionem, supernaturali item proximorum dilectioni semper antecellit: (65) „ Invenimus, subdit ipse, dilectionem Dei potius, quam dilectionem „ proximi, scilicet et quantum ad objectum, quod est competentius dilectioni, et quantum ad voluntatem, quæ intensius, et promptius afficitur in Deum, quam in proximum.

(63) C. 3. 23.

(64) 3. Sent. d. 30. q. 1. a. 4. sed. contra.

(65) ibi c.

„ mum: et ideo motus dilectionis in Deum est melior, et magis meritorius, quam „ motus dilectionis in proximum, nisi dilectio proximi procedat ex majore dilectione „ Dei, quam sit dilectio, quæ fertur in Deum immediate in aliquo actu: quod quidem „ aliquando contingit, sed non semper; quia minima dilectio charitatis in Deum sufficit, ut extendat affectum in proximum. “ Et hinc recte, ut arbitror, deducitur, quod si amor supernaturalis fratrum scelorum maculam auferre, afferreque Dei præsentiam, et inhabitantem quandoque valet, id semper Dei dilectio itidem supernaturalis prestare debet; quamvis enim hæc remissa, et exigua videatur, amorem illum longè superat. Minima dilectio Dei sufficit, ut proximus etiam diligatur: si autem proximum intense, et cum fervore diligimus aliquando, tunc amor isthæ ex majore Dei dilectione procedit: quapropter istiusmodi dilectio fraterno amori nedum nobilitate, sed et intensione quoque præferenda est, uberiorique propterea ad expellendum peccatum, et justificationis opus peragendum vi donanda.

12. Ipse quoque Servator noster dilectioni remissa, ut culpam propulset, tribuisse videtur potestatem, cum de muliere peccatrice loquens dixit: (66) „ Remittuntur ei peccata „ multa, quoniam dilexit multum: cui autem minus dimittitur, minus diligit. “ De peccatis mortiferis hic sermo est proculdubio, loquebatur enim Dominus de conversione, et justificatione femine peccatricis. Effabatur item de amore inteso, et remissione: „ Dilixit multum: “ ecce dilectio intensa. „ Minus diligit: “ ecce dilectio remissa. Ei itaque, qui multum, sive intense, et ei, qui minus, seu remisse diligit, peccata remittuntur, etsi plus priori, quam posteriori, remitti dicatur. Si autem minus et remisse diligenti de peccato aliquid remittitur, totum remitti, necesse est; neque enim peccata pauillatim, aut quasi per partes ignoscuntur, sed vel penitus, vel nullatenus: vel omnia, vel nullum donantur; quia sine gratia nulla fit remissio, gratia vero cuncta delicta crimina, protereaquod nequeat cum ullo consistere. Discrimen autem illud inter multum, et minus diligenter, quod Dominus insinuavit, temporalem dumtaxat penam contere, arbitror, quæ inæqualiter remittitur: quapropter utriusque culpa integre, utriusque pariter supplicium condonatur æternum: ast pena temporalis non ita luenda enim superest post justificationem, sive in hac vita per penitentiam, sive per ignem purgatorium in altera. De ea utique ei, qui plus diligit, plus remittitur; et minus sibi remittitur, qui minus diligit; quia hujusce remissionis mensura amor est: quo crescit amor, eo decrescit pena: et amor sic intendi valet, ut piissimo, ac indulgentissimo Domino id ita volente, nulla supersit solvenda pena pro peccatis, sicut docet D. Thomas dicens: (67) Intensio contritionis potest attendi dupliciter. Uno modo ex parte charitatis, que displicentiam causat: et sic contingit, tantum intendi charitatem in actu, „ quod contritio inde sequens merebitur non solum culpæ amissionem, sed etiam absolutionem ab omni pena. “

13. Ast inobservatum nolim, Jacobum Ferrusium Episcopi Segoviensis Theologum in Concilio Tridentino, quo prævii amoris probaret necessitatem, hæc, Pallavicino teste, (68) protulisse: „ Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum; et dixit „ lex inquit per præteritum, quia dilectio remissionem accessit. “ Hoc autem haud recte assertum est, nam dilectio illa fervidissima fuit; et nunquam existit dilectio huiusmodi sine culpæ remissione, quam idcirco antecedere non valet. Insuper Cornelius à Lapide perdoctus Scripturæ Interpres ait: (69) „ Græce est, remissa sunt in præterito, sic et Syrus, et Arabicus. “ His consentit B. Gregorius Papa, nam verba Domini in præterito etiam habet, et ita legit: (70) „ Dimissa sunt ei peccata multa, quia „ dilexit multum. “ Et prælaudatus Cornelius appositè addit: „ Antequam Christus diceret: remittuntur ei peccata, jam vi contritionis perfecta, et charitate formata remissa erant ei peccata. Noster tamen Interpres vertit, remittuntur in presenti, eodem sensu quo sacerdos in Sacramento Penitentiae peccatorem penitentem etiam „ perfectè contritum, ideoque jam justificatum, à peccatis absolvit, dicitque: Ego te

(66) Luc. 7. 47.

(67) Suppl. q. 5. a. 2. c.

(68) 2. p. l. 12. c. 107. n. 24.

(69) In Luc. 7. 47.

(70) Hom. 25. in Evang.

ultimum super omnia dilectum: ad id initialem duntaxat amorem peccati solum Adversarii possunt; ac D. Thomas gratiam possit: (10) „Sine gratia gratum faciente, „inquit, non potest recte à mortalibus vita duci, secundum quod *lylly* importat „rectitudinem ad finem ultimum pertinentem“ Is itaque, qui gratia caret, rectitudinem ista similiter caret; ac propterea Deum non amat, quia ipse etiam eicit: (11) „Nal- „lus enim te diligit, nisi rectus, nullus est rectus, nisi qui te diligit.“ Præterea Deus inquit: (12) „Ego diligentes me diligo:“ diligit ergo Deus hominem in peccato existentem, si hic Deum amat: hoc tamen inficiabitur Deus ipse; quia adhuc impius est homo ille, et (13) „Oidio sunt Deo impius, et impietas ejus:“ adhuc peccator est, et (14) „Altissimus odio habet peccatores.“ At ultra Scriptura: (15) „In „malevolam animam non introibit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis.“ Amor Dei vera sapientia est, juxta illud: (16) „Dilectio Dei honorabilis sapientia:“ Dei igitur dilectio neque in malevolam, seu delicto obnoxiam animam introire, neque in corpore, sive in homine, qui exitiali aliquo consceleratur crimine, habitare valet. At itidem: (17) „Si quis autem diligit Deum, hic cognitus est ab eo:“ Deo cognitus Scripturæ sensu is dicitur, qui Deo ipsi probatus, atque idcirco justus est: injustos enim, et à Deo reprobatos se non cognoscere, ipsemet testatur inquiring: (18) „Num- „quam novi vos; discedite à me, qui operamini iniquitatem.“ Et iterum: (19) „Amen „dico vobis, nescio vos.“ Et B. Augustinus: (20) „Non illas novit, qui omnia no- „vit? Quid ergo est, non novi vos? Improbo vos, reprobo vos... Dicitur aliquando „ignorare, quod non approbamus.“ Quapropter si is, qui diligit Deum, cognitus est ab eo, ei quoque probatus, ac justus est. Unde ait D. Thomas: (21) „Si quis au- „tem diligit Deum; et ita cum scientia habet charitatem, hic cognitus, id est approbatus „est ab eo: Novit enim Dominus qui sunt ejus. 2. Timoth. 2. 19. Unde talis vere scit, „Deo approbante, quia bene utitur scientia propter charitatem annexam.“ Ubi non solum Dei approbationem diligentem attribuit, sed etiam charitatem, sive scientiam cha- ritate formatam, de qua agit cum Apostolo.

3. Ut alia proferam Scripturæ Sacræ documenta, scire est, eadem nos et Deum, et hominem prosequi charitate, Deum videlicet præprimis, deinde et per ordinem ad ipsum Deum, hominem: (22) „Ex una, eademque charitate, ait B. Augustinus, Deum, proxi- „mumque diligimus: sed Deum propter Deum, nos autem, et proximum propter „Deum.“ At proximorum amore longe præstantior, et ob id etiam culpæ reluctans magis Dei amor est. Scire item oportet, Deum qua immensum, ubique, id est rebus omnibus à se factis semper adesse, naturalia bona eisdem præbendo, aut conservando: sed hominibus cum diligentibus, et mandata ejus servantibus alia insuper ratione se adfuturum spondit dicens: (23) „Si quis diligit me, sermonem meum servabit, „et Pater meus diligit eum, et ad eum veniemus, et mansionem apud eum facie- „mus.“ Est itaque in id genus hominibus, nedum ut in rebus ceteris, sed specia- lius etiam, nimirum supernaturalis ordinis virtutes, ac dona eisdem conferens, quo- rum causa ipse quoque dicitur, sicut res cognita, et amata in eam amante, et cog- noscente, in illis esse, atque habitare: ipsi enim Deum, quem in se habent, fide for- mata noscunt, et gratia, charitateque amant. Quocirca gratia solum, qua fides for- matur, et charitas, ac dona exoriuntur, Deum ita presentem reddit. (24) „Est enim, „inquit D. Thomas, communis modum, quo Deus est in omnibus rebus per essen- „tiam, potentiam, et presentiam, sicut causa in effectibus participantibus bonitatem „ipsius. Super istum modum autem communem est unus specialis, qui convenit na- „tura rationali, in qua Deus dicitur esse, sicut cognitus in cognoscente, et

(10) 4. Sent. d. 17. q. 1. 2. 2. quest. iunc. 2. ad 2.

(11) Sap. 14. 9.

(12) Eccl. 1. 14.

(13) 1. Cor. 8. 3.

(14) Serm. 91. de verbis Evangelii Matth. al. 23. de verbis Domini num. 26. et de div. ques- tionibus ad Simplicianum l. 1. q. 1. n. 8.

(15) In 1. ad Cor. cap. 8. lect. 1.

(16) Lib. 8. de Trinit. c. 8. n. 22.

(17) In Cant. 1.

(18) Eccl. 12. 3.

(19) Matth. 7. 21.

(20) Idem 27. 22.

(21) In 1. ad Cor. cap. 8. lect. 1.

(22) Joan. 14. 21.

(23) Prov. 8. 17.

(24) Sap. 1. 4.

(25) Idem 27. 22.

(26) Idem 27. 22.

(27) Ep. 1. c. 2. v. 10.

(28) ibi c. 2. v. 6.

(29) De Trinit. l. 8. c. 8. n. 22.

„amatam in amante, Et quia cognoscendo, et amando creatura rationalis sua opo- „ratione attingit ad ipsum Deum, secundum istum specialem modum Deus non so- „lum dicitur esse in creatura rationali, sed etiam habitare in ea, sicut in templo suo. „Sic igitur nullus alius effectus potest esse ratio, quod divina persona sit novo mo- „do in rationali creatura, nisi gratia gratum faciens.“ Exinde agnoscitur, Deum in omnibus rebus esse, in viris tamen justis insuper habitare: in peccatoribus autem non ha- bitat quidem, quoniam ipsi templum ejus minime sunt, sed habitatio potius Demo- niorum delinquendo efficiuntur, juxta illud: (25) „Intravit autem Satanas in Judam.“ Quinimo Deum, in peccatoribus non esse, sed recedere ab eis, ipsosque deserere, sæpe innuit Scriptura: in hoc tamen presentiam, quam immensitatis ratione ubique ipse habet, nullatenus inficitur, sed docet, cum per gratiam in peccatoribus non existere, neque hos templum esse, ubi ille inhabitet, et mansionem faciat. Verumtamen Deus, quamquam in peccatoribus non habitat, eos ad opera salutaria extendenda, quibus ad justitiam patentur, misericorditer movet: ob idque eorum affectio Spiritus Sancti Impulsus non adhuc quidem inhabitantis, sed tantum moventis, quo penitens adjutus viam sibi ad justitiam parat, à Tridentino vocatur. Et hinc noscitur etiam, dona, virtutes, opera, et quidquid à Spiritu Sancto tantum movente, et nondum inhabitante descendit, cum mortali culpa esse posse; secus verò ea, quæ ab ipso proveniunt jam inhabitante, quia in nobis habitat per gratiam, et charitatem, qua nos templum ejus constituunt, ac propterea ab omni sordide exitialis noxæ purificant, et sanctos efficiunt. Unde ait Apostolus. (26) „Nescitis, quia templum Dei estis, et Spiritus Dei habi- „tat in vobis? . . . Templum Dei sanctum est, quod estis vos.“ Et B. Augustinus: „Manet autem ipse in nobis, cum sumus templum ejus. . . Nec dubitari ullo modo „potest, quod templum Dei sit homo in quo habitat charitas. . . Venit enim Spiri- „tus ad animam nostram, quia charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spi- „ritum Sanctum, qui datus est nobis. . . Templum ruinosum non inhabitat, templum „sordidum non ingreditur.“

4. His pro reâ nonnullorum, quæ mox expendenda sunt, præmonstratis, ad rei caput; à quod diversa est parumper, redire debet oratio. Igitur S. Joannes de proxi- mi dilectione pertractans ait: (27) „Qui diligit fratrem suum, in lumine manet, et „scandalum in eo non est. Qui autem odit fratrem suum, in tenebris est, et in te- „nebris ambulat, et nescit quò eat, quia tenebræ obsecaverunt oculos ejus.“ Hic loquitur non de amore naturali proximi, sed de dilectione charitatis, qua eum pro- sequi debemus. Antithesis autem hæc tenebrarum, et luminis, dilectionis, et odii, quid odium valeat, quid dilectio, imò diversa, et contraria ab ipsis efficit, palam ostendit. Tenebræ in ea culpam, quæ Dei gratiam evertit, nosque à Deo disjungit, lumen verò gratiam, quæ eadem nos consociat, et à peccato liberat, aperte significant, ait enim: (28) „Si dixerimus, quoniam societatem habemus cum eo, et in tenebris am- „bulamus, mentimur, et veritatem non facimus. Si autem in luce ambulamus, sicut „et ipse est in luce, societatem habemus ad invicem, et sanguis Jesus Christus filii „ejus emundat nos ab omni peccato.“ Itaque si is, qui diligit fratrem suum, in lumine manet, et scandalum in eo non est, ille potius, qui Deum diligit, in lumi- ne, hoc est, in gratia manebit, et scandalum, sive peccatum in eo non erit. Dilectio secum habet gratiæ lumen; odium verò peccati tenebras, et obsecrationem; unde sicut odium tenebris ejusmodi gratiæ lumen obscurat semper, et perdit, ita dilectio gratiæ lumine tenebras peccati, et obsecrationem dissipare semper debet. Id autem si proximi dilectio præstat, satius efficiet dilectio Dei. Sed audi B. Augustinum. (29) „Qui diligit fra- „trem suum, in lumine manet, et scandalum in eo non est. Manifestum est, quod justitiam „perfectionem in fratris dilectione posuerit: nam in quo scandalum non est, utique perfectus „est.“ Ille ergo, qui fratrem ex charitate diligit, justitiæ habet perfectionem, atque idcirco

(31) Luc. 22. 1.

(32) 1. Cor. 1. 16. 17. August. Tract. 27. in Joan. n. 6. et serm. 350.

(33) al. 39. de tempore n. 1. et serm. 161. al. 13. de verbis Apost. n. 2. et 7.

(34) Ep. 1. c. 2. v. 10.

(35) ibi c. 2. v. 6.

(36) De Trinit. l. 8. c. 8. n. 22.

at justus, et perfectus est: cum vero Dei dilectio fratris dilectioni præcellat, qui Deum ex charitate amat, perfectus pariter, et justus erit. Ante prædicta verba ait etiam S. Doctor: „Dilectione amplectere Deum. Ipsa est dilectio, quæ omnes bonos Angelos, et omnes Dei servos consociat vinculo sanctitatis, nosque et illos conjungit invicem nobis, et subjungit sibi.“ Unde fit, Dei dilectionem non esse in peccatoribus; isti enim non bonis Angelis, sed malis, neque Dei servis, sed ejus inimicis, nempe impiis conjuncti sunt. Sed addit S. Joannes: (30) „Omnis qui odit fratrem, homicida est. Et scitis, quoniam omnis homicida non habet vitam æternam in semetipso manentem.“ Homicida is, qui fratrem suum odit, appellatur, nedum quia jam in corde suo illum perimere videtur, vetum etiam quoniam sibi met adimit vitam gratiæ: et ideo non habet in se vitam æternam, id est, non habet gratiam, quæ vita æterna nuncupatur: (31) „Gratiæ autem Dei, vita æterna.“ Odium itaque fratris comes est mortis, ob idque animæ vitam auferit, mortem infert: dilectio ergo contra vitæ sociæ erit, proptereaque mortem animæ subtrahet, vitam donabit. Odium expellit gratiam, et peccati maculam inducit: dilectio igitur gratiam, quæ maculam eam abstergat, restituet. Odium, eum, qui odit, spiritualiter interficit: dilectio ergo illum, qui diligit, vivificabit spiritualiter. Cuncta hæc antithesis illa, quam Evangelista adnotat, astruere satis videtur. Nec dubites, ea quæ ipse fratris dilectioni confert, Dei dilectioni aptare, hæc enim, ut mox dicebam, nobilior est, idcirco quod Deum diligimus propter Deum, et proximum propter Deum; et ideo cum fratrem amamus, plus Deum amamus juxta illud: „Propter quod unumquodque tale, et illud magis.“

5. (32) „Nolite diligere mundum, ait etiam, neque ea, quæ in mundo sunt. Si quis diligit mundum, non est charitas Patris in eo.“ Sic ut ad amorem Dei nos provocet, affatur, amoveatque à mundi dilectione: unde charitas Patris, si mundi dilectori deest, amatorum Dei inerat: amor mundi charitatem extinguit; amor igitur Dei charitatem accendit: et ideo qui Deum diligit, charitatem in se habet, nullique propterea mortali crimini obnoxius est, quia (33) „Universa delicta operit charitas.“ Addit Evangelista: (34) „Omnis, qui non est justus, non est ex Deo, et qui non diligit fratrem suum.“ Omnis itaque, qui diligit fratrem suum, ac potius is, qui Deum amat, ex Deo ipso, et justus erit, omni que subinde noxa mortifera carebit, nam qui culpe subest, non ex Deo, sed ex Diabolo est: (35) „Qui facit peccatum, ait idem, ex Diabolo est.“ Subdit quoque: (36) „Translati sumus de morte ad vitam, quoniam diligimus fratres.“ Si dilectio fratrum homines de morte ad vitam transfert, id satius præstabit amor Dei: et ideo qui Deum diligit, de morte, quam peccatum infert, ad vitam, quam gratia confert, transfertur; de hujusmodi enim vita, et morte agit. Addit iterum: (37) „Qui non diligit, manet in morte:“ ergo qui diligit, non manet in morte, et qui in morte manet, non diligit, ac propterea dilectio, et mors simul esse non possunt: privatio dilectionis mortem adfert: igitur dilectio ipsa vitam inducit. Et id non solum de perfecto, sed de imperfecto quoque amore dictum fateri debent Adversantes; ipsi namque hæc eadem verba laudant, ut amoris sui initialis, ac imperfecti necessitatem probent, de quo idcirco illa intelligunt: ac propterea à peccati morte liberatur, qui Deum amat, etsi initialiter, remissè, et imperfectè id faciat.

6. Insuper Dei dilectores ipsius esse filios ostendit dicens: (38) „Omnis qui diligit, ex Deo natus est.“ Omnis, inquit, ut diligentem nullum excipiat, ut amantes comprehendat universos: et ideo omnes, qui diligunt, sive intense, sive remissè diligant, ex Deo nati, seu filij Dei sunt: proptereaque immunes etiam erunt à peccato, hoc enim longè abest à filiis Dei, quia (39) „Omnis, qui natus est ex Deo, peccatum non facit, quoniam semen ipsius in eo manet, et non potest peccare, quoniam ex Deo natus est.“ Si Filius Dei, propterea quod ipsius semen in eo manet,

(30) c. 3. 17.
(34) c. 3. 10.
(38) ibi. 4. 7.

(31) Rom. 6. 23.
(35) ibi. 8.
(39) ibi. 3. 9.

(32) c. 2. 17.
(36) ibi. 14.

(33) Prov. 10. 11.
(37) ibi.

peccate nequit, neque peccatum secum habere poterit: impedit utique patrandum, et patratum jam scelus removebit, quia utrique adversatur semen Dei, quod nos efficit filios ejus, est namque ipsiusmet gratia, aut charitas: (40) „Videte qualem charitatem dedit nobis Pater, ut filij Dei nominemur, et simus.“ Ita itaque, qui diligit, filius Dei, et idcirco sine peccato est.

7. Hæc etiam ait ipse Evangelista: (41) „Qui autem servat verbum ejus, verè in hoc charitas Dei perfecta est.“ Hic Dei amatorem criminis exsortem esse, iterato indicat. Potissimum Dei verbum, seu mandatum est illud: (42) „Diliges Dominum, Deum tuum ex toto corde tuo...et proximum tuum sicut te ipsum.“ Hoc autem verbum adamussim implet, et idcirco charitatem in se ipsa perfectam habet, qui Deum diligit, quamvis remissa, et imperfecta sit ejus dilectio; istud namque præceptum etiam proferunt Adversarii, ut suum evincant initialem amorem, qui quidem ratione hac, licet intentione exutus, satis superque, ut jussum ejusmodi adimpleatur, esse debet. Unde qui initialiter Deum amat, verbum ejus servat præcipuum: si autem servat verbum ejus, verè in illo charitas perfecta est: perfecta, inquam, quoad substantiam, non quoad intentionem: ceterum hoc sufficit, ut à peccato liber sit ille, nam charitas ista culpam expellit. Præterquamquod præcepta non intentionem, sed actum substantiam à nobis exigunt; non enim fides assensum vehementem, sed firmum; nec justitia restitutionem intensam, sed integram; nec castitas puritatem fervidam, sed incorruptam injungit. Quamobrem D. Thomas (43) inter ea, quæ non ad præceptum, sed ad consilium spectant, recenset amoris intentionem. Et insuper ait: (44) „Ad perfectionem, quæ est per intentionem tenetur tendere, quamvis, non teneatur, eam habere...“ (45) non autem dilectio Dei, et proximi cadit sub præcepto secundum aliquam mensuram...Cum autem id quod cadit sub præcepto, diversimode possit impleri, non efficitur transgressor præcepti aliquis, ex hoc, quod non optimo modo implet, sed sufficit, quod quocumque modo impleat illud...Et similiter non est transgressor præcepti, qui non attingit ad medios perfectionis gradus, dummodo attingat ad infimum.“ Quapropter is, qui diligit, quantumvis remissè diligit, præceptum dilectionis substantialiter implet, ob idque charitatem, quæ licet intentione similiter careat, perfecta item quoad substantiam, et peccati sit expultrix, in se habebit, quoniam „qui servat verbum ejus, verè in hoc charitas Dei perfecta est.“

8. Hinc deducere planum est, Deum esse in homine, qui eum diligit, non solum immensitatis causa, seu naturaliter, sicut in rebus ceteris, naturam scilicet, et naturalia bona tribuendo, servandove, sed etiam supernaturaliter, sicut est in justis, nimirum peccata remittendo, gratiam conferendo, ac virtutes; in eoque esse itidem hominem illum; hic namque jussa Dei exequitur, (46) „Et qui servat mandata ejus, in illo manet, et ipse in eo.“ Reciproca autem isthæc Dei in homine et hominis in Deo mansio sine charitate mortalia omnia propulsante nullatenus fieri valet, quia (47) „Deus charitas est, et qui manet in charitate, in Deo manet, et Deus in eo.“ Deus vero, et charitas cum peccato esse nequeunt: et idcirco absque illo pariter erit is, qui dilectionis servat mandatum, siquidem in charitate est, et in Deo manet, et Deus in eo. Et adjecit S. Joannes: (48) „Nos ergo diligamus Deum, quoniam Deus prior dilexit nos.“ Dicitur est capite precedenti n. 4. dilectionem Dei nobis conferre gratiam juxta D. Thomam, et etiam charitatem secundum B. Augustinum: igitur cum Deus prior diligit nos, dum eum nos diligimus, jam gratiam, et charitatem, ac proinde Deum in nobis habitantem habemus. Imo ut quis Deum amet, cum in corde suo ita manentem habere debet: (49) „Neque enim, ait S. Gregorius Pa-

O

(40) ibi. 1.

(41) ibi. 2. 5.

(42) Luc. 10. 27.

(43) Opusc. 17. al. 18. de perfectione vitæ spiritualis cap. 14.

(44) 1. Sent. d. 29. q. 1. a. 8. quæstion. 2. Sol.

(45) 2. 2. q. 184. a. 3. c. et ad 2.

(46) 1. Joan. 1. 24.

(47) ibi. 4. 16.

(48) ibi. 12.

(49) Hom. 10. in Evang.

„pa, quisquam posset Deum diligere, si cum quem diligit, non haberet.“ Et B. Augustinus eodem loci inquit quoque: „Clamat nobis: (Deus) amate me, et habebitis „me, quia nec potestis amare me, nisi habueritis me:“ et loquitur de Deo inhabitante, ut inibi assertum est; et ideo amorem Dei secerit ab amore rerum temporalium, quæ amari possunt, quin habeantur: quocirca de auro inquit: „Multi amant, „et non habent.“ Cum autem hi, qui amant aurum, ipsum jam movens habeant, ab eo quippe moventur ad amorem, sic inde, non de Deo solum movente, sed de eo inhabitante Augustinum affari. Et notandum, quod ex doctrina S. Præsulis, ut Deum diligamus, opus omnino est, quod Deus prior diligit nos, et charitatem in cordibus nostris per Spiritum Sanctum diffundat: nec alia, ipso iudice, Deum amandi via invenitur, ut constat ex ejus verbis ibidem productis. Ast Initialista arbitratur, aliter Deum amari posse, quatenus astruit, quod homo attritus, et in peccato existens, nimirum dum à Deo non amatur, sed odio habetur, Deum amare ex charitate, et super omnia potest, et debet; quod si præstiterit, Deum utique diligit, quin Deus prior diligit eum, et in corde ejus charitatem per Spiritum Sanctum diffundat. Sed iudicet nunc æquus rerum ponderator, satiusne sit, viam hujusmodi, quæ et S. Joanni videtur adversa, cum B. Augustino nescire, quam cum nuperis Anti-Attritionariis comminisci.

9. Verumtamen Deum tantummodo in eo esse, et inhabitare dices, qui charitate habituali, quæ ipsamet charitatis virtus est, secus autem in illo, qui charitate actuali, seu amoris actu dumtaxat exornatur. Et tunc vero? Num charitas actualis vera charitas non est? Si autem vera charitas, cum Deo revera in corde hominis est, quia Deus ipse in eo, qui charitatem habet, aut in charitate manet, se esse absolute, quin actualem excipiat, testatur. Dein si charitas quædam Dei dicenda est contubernalis, id præsertim actuali, seu dilectioni ipsi, quod nos intimius, vel actualius, quam habitualis Deo consociat, tribuendum arbitror. Unde sapientia apud Salomonem (50) „Contubernium habens Dei“ nuncupatur: cum autem dilectio Dei honorabilis sapientia sit, Dei quoque contubernium habebit. Sed quod caput est, ipsem Evangelista, imò et ejus Magister Christus Dominus dilectioni actuali, seu homini actu diligenti ipsius Dei societatem adjudicant, et mansionem. Ille ait: (51) „Si diligamus invicem, Deus in nobis manet, et charitas ejus in nobis perfecta est.“ Hoc autem, quod de proximorum asserit dilectione, satis congruit Dei amor, quia hic etsi remissus, illi non parum præstat. Dominus quoque inquit: (52) „Si quis diligit me sermo „nem meum servabit, et Pater meus diligit eum, et ad eum veniemus, et mansio „nem apud eum faciemus.“ Cum verò in utroque loco de dilectione, seu diligente actu sermo sit apertissimè, Dei adventum, præsentiam, inhabitationem, mutuamque Dei in homine, et hominis in Deo mansionem illi denegare, et uni charitati habituali tribuere, vis est egregia. Aliter profectò et Scripturis hisce conformius Augustinus, et Thomas senserunt. Prior non solum de habituali, sed etiam de actuali charitate verba illa Joannis: „Deus charitas est: &c.“ intellexit, et dixit: (53) „Deus dilectio est, et qui manet in dilectione, in Deo manet, et Deus in illo manet.“ Eodem prorsus modo exposuit testimonium illud D. Pauli: „Charitas Dei diffusa est „in cordibus nostris &c.“ inquit: (54) „Non habet homo, unde Deum diligit, „nisi ex Deo. Propter quod paulò post dicit: Nos diligamus eum, quia ipse prior „dilexit nos. Apostolus quoque Paulus, Dilectio, inquit, Dei diffusa est in cordi „bus nostris per Spiritum Sanctum, qui datus est nobis.“ Ipsa itaque dilectio à Spiritu Sancto inhabitante est, vel hunc in nobis facit habitare: quod et ipse paulò ante affirmaverat dicens: „Spiritus Sanctus, de quo dedit nobis, facit nos in Deo manere, et ipsum in nobis: hoc autem facit dilectio... Spiritus Sanctus, qui procedit „ex Deo, cum datus fuerit homini, accendit eum in dilectionem Dei, et proximi „et ipse dilectio est.“ Et iterum: (55) „Intelligendum est, opera bona per dilec-

(50) Sap. 8. 7.

(51) 1. Joan. 4. 12.

(52) Joan. 14. 23.

(53) In Epist. Joan. tr. 9. n. 1.

(54) De Trinit. l. 1. c. 17. n. 11.

(55) Expositio, quarundam prop. ex Epist. ad Rom. n. 60.

„tionem fieri, dilectionem autem esse in nobis per donum Spiritus Sancti, sicut idem „Apostolus dicit: charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum Sanctum, „qui datus est nobis.“ Alia his similia ejusdem profertur testimonia capitibus XIII. „XXI. XXVI. et alibi. D. Thomas eandem quoque tradit doctrinam ajens: (56) „Dei „dilectio est in nobis per inhabitantem Spiritum.“ Alia pariter his consimilia ipsius „loca laudabo capitibus XIV. XXV. XXX. Insuper nedum habitum, sed etiam actum „charitatis satis esse existimat, ut Deus habitet in nobis per gratiam sicut in Sanctis: „(57) „Deus, ait, specialiter est in rationali creatura, quæ cognoscit, et diligit illum „actu, vel habitu. Et quia hoc habet rationalis creatura per gratiam, dicitur esse „hoc modo in Sanctis per gratiam.“ Igitur qui actu diligit, gratiam, charitatem, ac „Deum in se manentem, et inhabitantem habet; ipse ultro in Deo etiam est: atque idcirco „expers est peccati.

10. Placuit ex S. Joanne tot excerpere, et producere documenta, quia de charitate, ac dilectione ipse est, siquis alius, locupletissimus, et expertissimus testis. Scimus quidem, quia verum est testimonium ejus: et insuper præ amore eximio, quo Magistrum suum est prosecutus, eidem charus fieri, et discipulus, quem diligebat Jesus, meruit nuncupari. Unde nemo de dilectione, et charitate plenius, dulciusve, neque frequentius ullas videtur elocutus; eas namque nedum scripto, sed et ore tenus sapientissimè, ac mirificè laudavit, nec ab illarum commendatione destitit usque ad mortem. Rem hanc scitu dignissimam narrat S. Hieronymus inquit: (58) „Beatus Joannes Evangelista cum Ephesi moraretur usque ad ultimam senectutem, et vix inter discipulorum manus ad Ecclesiam deferretur, nec posset in plura vocem verba confexere; nihil aliud per singulas solebat proferre collectas, nisi hoc: Filii diligite alterutrum, Tandem discipuli, et fratres, qui aderant, tedio affecti, quod eadem semper „audirent, dixerunt: Magister, quare semper hoc loqueris? Qui respondit dignam „Joanne sententiam: quia præceptum Domini est, et si solum fiat, sufficit.“ Quid autem sufficit dilectio proximorum, si roges, sufficit, inquam, ad culpæ remissionem, ad justificationis gratiam, ad beatitudinis meritum, et ad sempiternum præmium nanciscendum. Id sententia illa innuit, et veritati maximè congruit, nam de dilectione ista dicitur: (59) „Plenitudo ergo legis est dilectio:“ et omnimodam ad bona ea capessendam sufficientiam habet, qui universam legem, aut legis servat plenitudinem. Sufficientia hujusmodi, quæ amoris proximorum jure conceditur, Dei quoque amoris debet attribui; hic namque longè præstantior est, atque ideo ad præfata bona comparanda potentior. Præterea qui proximum ex charitate amat, Deum etiam amat, proximum namque diligit propter Deum, et illum, si Deum insimul amet, ita diligere non valet. Unde ait B. Augustinus: (60) „Necessè est, ut Deum diligit, quisquis diligit fratrem.“ Porro qui Deum amat, jussa illius exequitur, quia „Siquis diligit me, sermonem meum servabit... qui non diligit me, sermones meos non servat:“ ast qui sermones Dei servat, justus est, et salvus fiet. Quocirca, qui Deum, vel proximum amat, non jam sceleris ergo Dei inimicus, sed ejus amicus, ipsiusque idcirco gratia, et charitate, quæ hæc stabilitur amicitia, ornatus erit; divina enim custodie mandata, et ipse Dominus dixit: (61) „Vos amici mei estis, si feceritis, quæ ego „præcipio vobis.“ Ipsa mandatorum custodia certum est dilectionis indicium, quia ut nuper dicebam: „Plenitudo legis est dilectio:“ Et: „Qui diligit me, sermonem „meum servabit... qui non diligit me, sermones meos non servat.“ Et S. Augustinus inquit: (62) „Qui diligit Deum, consequens est, ut faciat quod præcipit Deus, „et in tantum diligit, in quantum facit.“ Deus verò vult, et præcipit, nos omnes sine peccato esse, vel à peccato mundari: et ideo qui Deum diligit, à peccato mun-

O §

(56) In eadem Epist. c. 8. lect. 6.

(57) 1. p. q. 8. 2. 5. 6.

(58) In Ep. ad Gal. l. 3. c. 6.

(59) ad Rom. 13. 10.

(60) In Epist. Joan. tr. 9. n. 10.

(61) Joan. 15. 14.

(57) 1. p. q. 8. 2. 5. 6.

(58) ad Rom. 13. 10.

(59) ad Rom. 13. 10.

(60) In Epist. Joan. tr. 9. n. 10.

(61) Joan. 15. 14.

13. Denique Pœnitentiã non vivorum, sed mortuorum esse Sacramentum, dixi sæpius, et convenit apud omnes: at contra non ad mortuos, sed ad vivos pertinere, si ultra dolorem, amorem etiam Dei super omnia in his, qui illam suscipiunt, præviè flagitare, Attritionis visum est cunctis: qui quidem amorem hujusmodi veniam peccatorum, justificationisque gratiam afferre secum semper, arbitrantur: quo circa si homo attritus antequam Sacramentum accipiat, Deum ita bebet amare, non culpa mortuus, sed gratia vivus; ac propterea non justificandus, sed plenè jam justificatus ad Sacramentum ipsum accedere, quod hac ratione non à mortuis, sed à vivis recipitur. Ceterum rem hanc ampliorem, et accuratorem, discussione dignissimam in his, quæ subsequenter capitibus, diligentius explorare, ac enotare, perentabo.

CAPUT. XII.

Amor Dei super omnia cum peccato mortali esse nequit.

1. **I**nitalistarum omnium haud unus sensus est erga naturam, causasque initialis amoris, quem in peccatore præviè exigunt, ut ritè valeat Sacramentum Pœnitentiæ recipere, sed alio eum, alioque modo edisserunt: communior tamen inter eos videtur esse sententia, quod ad charitatem pertineat, sitque propterea actio veræ charitatis, seu actus dilectionis Dei propter se, et super omnia, etsi imperfectæ, ac remissæ. (1) „ Postrema denique sententia, inquit Berti aliis relatis, quam Augustinianæ omnes (parce hypervole) alicui celeberrimi viri propugnant, tenet, non quidem requiri in Sacramento Pœnitentiæ contritionem charitate perfectam, quæ hominem Deo reconciliat, priusquam hoc Sacramentum actu suscipiatur; requiri tamen amorem aliquem initialem, sive actualem dilectionem Dei super omnia, nec satis esse attritionem servilem, quæ in solo gehennæ timore persicit, neque ad amorem procedit; oportere etiam, ut ipse amor charitatis sit, nec sufficere amorem concupiscentiæ, vel spei... Tametsi perfectum, et imperfectum sint ejusdem speciei, uni tamen debetur prerogativa, quæ non debetur alteri; nam calor intensus trahit secum substantiali formam, quam non trahit calor remissus: et charitatis perfectæ, ac prædominanti conjuncta est ea gratia, quæ sanctificat, et est consortium divini nature; quæ gratia non semper conjuncta est charitati initiali, atque imperfectæ. “ Id ipsum assertit P. Coucina verbis hisce cap. XXVIII. n. 12. iterum producendis: „ Clare ergo, et rotunde dicimus, amorem præfatum esse veræ charitatis, quæ Deum spectat propter se dilectum... Non differt à charitate habituali, et actuali perfecta nisi secundum statum, et gradum... Dux itaque, charitatis (perfectæ, et imperfectæ) gradu, est status, non natura differunt... Nego hunc Dei amorem inchoatæ charitatis tollere maculam, et reatum peccati. “ De amore isto veræ charitatis, qui à charitate perfectâ haud natura differt, sed gradu, et statu, in hoc, et reliquis capitibus agendum est; ejusque cum mortali culpa insociabilitas ostendenda; ut ita perspicuum sit, absque eo proximæ, ac sufficientis dispositionis præviæ manus, dum Pœnitentiæ Sacramentum à peccatore suscipitur, attritionem obire. Et id advertant opto il omnes, quorum relatu persuasus est Mexicanus Antistes, Illustrissimus nempe, et Excellentissimus Dñus. Dör. Ildephonus Nuñez de Haro, et Peralta, opellâ meâ istâ Epistolam suam profligari Pastoralem ab eo editam anno 1776. qua de Dei amore agit, cui profecto minime Hominis attriti sententia opponi potuit: initialis quippe amor, qui in ea propugnatur, non est amor veræ charitatis, ut verba isthæ ad liquidum manifestant, quæ pag. 243. reperiantur:

(1) Lib. 34. cap. 5. et tom. 5. diss. 2. cap. 3. §. 6. num. 4.

„ Este amor de Dios imperfecto, lo llamamos comunmente caridad imperfecta, contrition imperfecta; mas hablando con propiedad, no es, ni puede llamarse absolutamente caridad. “ Cum ergo ipse de veræ charitatis amore, qui non naturâ, sed gradu à charitate perfectâ differat, dumtaxat disputem, injuriâ dicor Epistolam illam impugnare, seu à me profligari, ut perperam quidam intellexerunt. Eò vel maxime quod auctoritatem Eximii Prasulis magni quidem semper feci. Verum ut candidè fatear, infallibilem non agnosco; unde Epistola ipsius regula fidei mihi non est, à qua propterea, quamvis ipsi obsterem, sine piaculo ut reor, dissidere valeam, ac impune, et non sine exemplo: Attritionistæ enim alii aperte et impune refragantur alterius Antistitis de Schola Thomistica optimè meriti, nempe Illmi. ac Revmi. Joannis de Montalvan Episcopi Guadicensis Epistolæ Pastoralis, in qua similiter amor initialis ad impiorum justificationem necessarius dicitur; et tamen Auctores illi, sive potius refragatores, nihil peccarunt, nihil taxati, nihilque ob idem sunt passi: ipsis enim et mihi, hac in parte, animo certè nostro haud aliud insedit, haud aliud opere patramus, quàm ea libertate usi qua Theologus quilibet à Pontificibus summis est donatus, Theologi munus, Theologi partes explere liberrime sententiam promendo nostram, vtiorem præ opposita putaram, illam exponendo, illam illustrando, illam constabiliendo firmitus, illam pro viribus tutando, illam denique ab Opugnatorum telis servando, atque præservando incolumem. Præterquamquod etsi ab Illmò. et Exmò. Nuñez dissentite convincat, alterum pro me habeo Illustrissimum et Excellentissimum Pontificem, qui et Mexicanorum Archiepiscopus designatus fuit, nimirum V. Dei Servum Joannem de Palafox, et Mendoza, qui quidem attritionem cum Sacramento sufficere ad impiorum justificationem sæpe docet, sicut Capite X. num. 16. visum est. Nec ulli mirandum, si Clarissimum Virum hunc doctrinâ, sanctitate, miraculisque celebratissimum, eidem in hac concertatione, non motò conferrem; verum etiam præponerem. Sed hactenus de parecasi, et rursus ad litem.

2. Itaque de uno veræ charitatis amore dissero, et eum astruo cum peccato nunquam convenire, attritionemque propterea, satis esse, ut in Sacramento peccator gratiam inveniat. Verum id præsciendum, amoris ac dilectionis nomine charitatis opus in libris sanctis communiter significatis et attritionis vocabulo eam hic intelligi, quæ supernaturalis est, et fide, spe, aliisque donis similiter supernaturalibus stipatur, quæ memoravi sæpius, et alias conjunctim dabo cap. XXVII. num. 14. Porro amorem peccatorumque mortiferum res esse prorsus insociabiles, haud uno loco indigiat Scriptura; Dei namque dilectionem, non impiis, sed justis frequenter attribuit. Ac primo dicit (2) „ Adolescentulæ dilexerat te: “ quod ita exponit S. Isidorus (3) „ Electorum animæ gratia Baptismatis renovat. “ S. Gregorius ait: (4) „ Quid enim per adolescentulæ, nisi sanctæ animæ designantur, quæ Baptismatis aqua per Spiritum Sanctum, regenerantur? “ D. Thomas eandem amplectitur expositionem, et inquit: (5) „ Adolescentulæ dicuntur animæ electorum, quia in Baptismo reliquerunt sordes veteris hominis, et renovatæ sunt in Christo. “ Non ergo culparum sordibus inquinata, sed ab eis libera, regenerata, et renovata est anima, quæ Deum diligit. Sed pergit Scriptura: (6) „ Recti diligunt te: “ Recti hic non peccatores, sed justi sunt, teste S. Bernardo dicente: (7) „ Rectum judica, si fide catholicum, et justum opere probaveris... quomodo reus, cujus fides mortua? “ Rectus itaque, nempe justus est, qui diligit Deum, ac propterea cum non diligit is, qui justus, aut reus non fuerit. Unde ait S. Gregorius: (8) „ Solum utique recti Christum diligunt. “ Et S. Isidorus: (9) „ Nullus te diligit nisi reus, et nullus est reus, nisi qui te diligit. “ Reatus, de qua hic sermo est, tum nobis adest, cum aperibus nostris Deum attingimus finem

(2) Cant. 1. 2.

(3) In Cant. 1.

(4) Cant. 1. 15.

(5) ubi supra.

(6) Super Cant. 1.

(7) In Cant. 1.

(8) Sermon. 24. in Cant.

(9) ubi supra.

„absolvo. Quia scilicet quantum est ex parte sua cum absolvit, esto vi contritionis
„jam sit absolutus: absolutio enim hæc tam efficax est, ut si quod inveniret in con-
„fessione peccatum, illud plane tolleret, et absolveret. Adde, idem peccatum posse sa-
„pius condonari, maxime si poenitens ex humilitate, et dolore illud sapius confitea-
„tur, ac clavibus Ecclesie subiciat, et remissionem flagitet. Unde Christus hic ter-
„tio Magdalena peccata remittit. (Primo enim remisit in actu contritionis: secun-
„do cum ad Simonem sic locutus est: remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit
„multum: tertio dum fœmina ipsi dixit: remittuntur tibi peccata. Quare non tantum
„omnem culpam, sed et omnem poenam culpæ debitam ei remisit, illique plenam
„omnium indulgentiam, ac quasi primum jubilæum indulsit.“

14. Denique Scriptura hoc etiam atque etiam jubet: „Diliges Dominum Deum
„tuum.“ Jussum autem istud remisso amore compleri, Adversarii non negabunt; ipsi enim
„atritum hominem ante justificationem præcepto illo docent ligari, et pro
„ejus custodia dilectionem non quidem intensam, sed remissam exigunt. Verum hinc
„amorem remissum et culpam pellere, et peccatoris justificationem secum afferre, ipse
„potius coniciam: etenim amor, quo Deus amari vult, et jubet, ab animo non scelerato,
„sed culpa eluto debet proficisci, juxta illud B. Pauli: (71) „Finis autem præ-
„cepti est charitas de corde puro, et conscientia bona, et fide non ficta.“ Charitas,
„quam finem præcepti, seu actum præceptum vocat, actualis est, non habitualis; neque
„enim de virtutibus, sed de carum actibus præcepta feruntur, ut super hunc locum do-
„cet D. Thomas inquitens: „Omnia præcepta legis sunt de actibus virtutum.“ Et iterum:
„(72) „Præcepta non dantur de habitibus virtutum, sed de actibus.“ Quocirca
„in ipso primo, et maximo mandato non jubemur habitum, seu virtutem charitatis ha-
„bere, sed Deum diligere. Ait etiam: (73) „Cum præcepta dentur de actibus virtu-
„tum, hoc modo aliquis actus cadit sub præcepto, secundum quod est actus virtutis.“
„Ait insuper: (74) „Cum charitas dicitur in nobis procedere ex corde puro, et cons-
„cientia bona, et fide non ficta, hoc referendum est ad actum charitatis, qui ex
„præmissis excitatur.“ Amor itaque legis impletivus, et qui finis præcepti, seu ac-
„tus præceptus nuncupatur, nullum cum lethifera culpa, quæ nequitia sua cor, et
„conscientiam maculat, fidemque spiritualiter occidit, habere potest consortium, quia
„de corde puro, et conscientia bona, et fide non ficta egredi, et actus virtutis, scilicet
„charitatis, esse debet. Quapropter si amor remissus dilectionis præceptum implet,
„haud sane cum peccato, sed absque illo cum conscientia bona, corde puro, et chari-
„tatis virtute in homine poenitente erit. Vide cap. XVI. n. 11.“

(71) 1. ad Tim. 1. 5.

(72) 2. 2. q. 11. a. 4. ad 1.

(73) Ibi q. 44. a. 4. c.

(74) Ibi q. 24. a. 2. ad 1.

CAPUT XIII.

*Sanctus Augustinus unioni amoris cum peccato
propitius non est.*

1. Beatissimus hic Pater, et Ecclesie Doctor egregius Expositionem Epistolæ
„primæ S. Joannis Evangelistæ ad Parthos, ut ipse retur, scriptæ daturus,
„inquit in Prologo: „In ipsa Epistola satis dulci omnibus, quibus sanum est pala-
„tum cordis, ubi sapiat panis Dei, et satis memorabili in sancta Ecclesia Dei,
„maxime charitas commendatur. Locutus est multa, et prope omnia de charitate.“
„Idcirco quemadmodum ex Epistola hac superiori capite plura verba dedi, ut amoris
„cum peccato insociabilitas patefieret, ita nunc ex illa Expositione haud pauca eodem
„consilio testimonia excerptam, et ipsomet, quo in ea sunt ordine expendam. Ecce illa.

2. (1) „Qui odit fratrem suum, in tenebris ambulat, et nescit quò eat, quoniam
„tenebræ excæcaverunt oculos ejus. Nos ergo sequentia videamus; et non simus in
„tenebris. Unde non erimus in tenebris? Si amemus fratres.“ Hic de supernaturali
„amore, sicut B. Joannes, eloquitur, eo nimirum quo proximos nostros in ordine ad
„æternam beatitudinem, vel hanc ipsi charitatis gratia exoptantes, diligimus. Tene-
„brarum nomine crimina agnoscit ajens: (2) „Iniquitates autem tenebræ sunt. . . Pec-
„cata tenebræ sunt.“ Ab his ergo tenebris supernaturalis fratrum dilectio nos libe-
„rat, quia non erimus in tenebris, si amemus fratres. Quomodo itaque supernatura-
„lis dilectio Dei nos tenebris obvolutos, excæcosque ferre unquam poterit? In te-
„nebris seu peccatis non est qui fratrem amat; jacebitque in eis qui amat Deum?
„Equidem amor Dei fratrum amore præstantior semper est; et ideo si quando hic, om-
„ni ille tempore peccatorum tenebras dissipabit. Præterea peccata tenebræ sunt, amor-
„que lux id in nobis efficiens, ut non simus in tenebris: exin vero haud sinistre quis
„ultra intulerit, amorem, et peccatum insociabiles prorsus esse res, nam ut Apostolus
„ajebat: „Quæ societas luci ad tenebras?“

3. (3) „Si quis dilexerit mundum, dilectio Patris non est in ipso. Vis habere
„dilectionem Patris, ut sis coheres Filii? Noli diligere mundum. Exclde malum
„amorem mundi, ut implearis amore Dei. Vas es, sed adhuc plenus es? Funde quod
„habes, ut accipias quod non habes.“ Malus amor mundi, de quo hic, peccatum ha-
„bituale est, non actuale: hoc enim citò transit, et idcirco non actuali, sed habituali
„vas cordis nostri, dum in peccato sumus, plenum est. Excludi itaque ac hoc vase
„debet habitualis culpa, ut dilectio Patris in eo sit. Is insuper qui Patrem diligit, jam
„coheres Filii, subindeque sine peccato est, nam qui culpæ subjacet, non Filii coheres,
„sed Satanz heres porius est.

4. (4) „Facietis locum (culparum exclusionem) charitati venienti, ut diligatis Deum.
„Quia si fuerit ibi dilectio mundi, non ibi erit dilectio Dei. Tenete potius dilec-
„tionem Dei, ut quomodo Deus est æternus, sic et vos maneat in æternum quia
„talis est quisque, qualis ejus dilectio est. Tetram diligis? Terra eris. Deum diligis?
„Quid dicam? Deus eris? Non audeo dicere ex me: Scripturas audiamus: Ego dixi,
„dij estis, et filij Altissimi omnes.“ Itaque ut Deum diligamus, venire prius chari-
„tatis debet: ut charitas veniat, locus eidem est faciendus: ut locus charitati fiat, mor-
„talia extinguere delicta, opus est, quæ idcirco disjicienda cuncta sunt, ut quis Deum
„amet. Dein dilectio Dei mundi dilectionem nedum actualem, sed habitualementiam ex-
„cludit; et ideo æternitate dignus, sive quod maneat in æternum, quomodo Deus æter-
„num est, existimatur is, qui Deum diligit, et filius Altissimi, necnon Deus quoque
„nuncupatur, non natura quidem, sed gratia, et charitate, quæ nos naturæ divinæ fa-
„ciunt consortes, et mortifera expellunt peccata omnia.

5. (5) „Mandatum novum do vobis, ut vos invicem diligatis. Intendite. Hoc
„mandatum Christi dilectio vocatur: per hanc dilectionem peccata solvantur. Hæc si
„non teneatur, et grave peccatum est, et radix omnium peccatorum.“ Dilectio pro-
„ximi, quam Christus jubet, peccata solvit: satius igitur dilectio Dei ab ipso Domi-
„no in primis injuncta, dum adest, peccata solvet. Initialis autem amor Dei nobis
„præcipitur juxta Adversarios, et ideo dum adest, peccata debet excludere, sicut illa
„excludit amor fraternus, qui minoris est perfectionis.

6. (6) „Est quoddam peccatum, quod non potest admittere ille, qui natus est ex Deo:
„et quo non admissio, solvantur cetera, quo admissio, confirmantur cetera. Quod est hoc
„peccatum? Facere contra mandatum Christi, contra testamentum novum. Quod est man-
„datum novum? Mandatum novum do vobis, ut vos invicem diligatis.“ Non admissio pec-
„cato contra dilectionem fraternam, sicut reapse non admittitur, dum frater ipse diligitur,
„cetera peccata solvantur: et non solventur, dum Deus super omnia amatur? „Qui autem,

(1) Tract. 2. num. 3.

(2) Tract. 2. num. 9.

(3) Tract. 5. num. 2.

(4) Tract. 1. num. 5.

(5) Ibi. num. 14.

(6) Ibi. num. 3.

„subjungit, in dilectione fraterna constitutus est, certa sunt peccata, quae non potest admittere, et hoc maxime, ne oderit fratrem. Et quid de ceteris peccatis facit, unde dictum est: si dixerimus, quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus, et veritas in nobis non est? Audiat securitatem de alio loco Scripturae: (7) Caritas cooperit multitudinem peccatorum. Qui fraternam habet dilectionem, neque peccato, quod contra illam sit, neque alio quopiam sordidatur crimine, quia charitatem jam possidet, multitudinem peccatorum cooperientem. Et hoc ipsum de eo, qui Deum diligit super omnia, non dices potius.

7. (8) „Dilectio ergo sola discernit inter filios Dei, et filios Diaboli. Signent se omnes signo crucis Christi: respondeant omnes, Amen: cantent omnes, Alleluja: baptizentur omnes, intrent Ecclesias, faciant parietes basilicarum; non discernuntur filij Dei à filiis Diaboli nisi charitate. Qui habent charitatem, nati sunt ex Deo: qui non habent, non sunt nati ex Deo. Magnum iudicium, magna discretio. Quid quid vis, habet hoc solum non habeas, nihil tibi prodest: alia si non habeas, hoc habet, et implet legem. Qui enim diligit alterum, legem implevit, ait Apostolus: et plenitudo legis charitas. Si sola dilectio discernit filios Dei à filiis Diaboli, is qui diligit, Dei filius est, alioquin à filiis Diaboli non esset discretus, nec dilectio eos inter discerneret: si autem est filius Dei, ille qui diligit, gratia, et charitate ornatus quoque erit; in his quippe donis, quae nos efficiunt divina consortes naturae, filiatione Dei consistit: istiusmodi autem dilectio peccata omnia delet; et ideo culpa caret, qui diligit, si filius Dei est. Absque filiatione ista, ac propterea cum peccato esse valent opera bona quaedam, uti sunt ea, quae hic recenset; dilectio vero non potest: et ideo qui opera illa exercet, neque Dei filius, neque à filiis Diaboli discretus ex hoc adhuc est: utrumque autem habet qui diligit. Hic insuper legem implet: et hac etiam de causa sine pravaricatione est. Sed addit. „Ubi nos debemus exercere? In amore fraterno. Potes mihi dicere: non vidi Deum: numquid potes mihi dicere, non vidi hominem? Dilige fratrem. Si enim fratrem, quem vides dilexeris, simul videbis et Deum, quia videbis ipsam charitatem, et intus inhabitat Deus. Fraterna ergo dilectio vitae aeternae meritoria est, et digna, si is qui diligit, Deum, qui est charitas ipsa, videbit. Deum quoque intus, seu in corde suo inhabitantem habet, qui diligit. Quis itaque noxa adhuc aspersum eum crediderit? Etenim tam meritum, quam interna Dei inhabitatio sine gratia nullatenus consistunt.

8. (9) „Nos scimus, quia transivimus de morte ad vitam. Unde scimus? Quia diligimus fratres. Nemo interroget hominem: redeat unusquisque ad cor suum: si ibi invenerit charitatem fraternam, securus sit, quia transit à morte ad vitam. Jam in dextera est: non attendat, quia modò gloria ejus occulta est: cum venerit Dominus, tunc apparebit in gloria. Si autem de hoc securus esse debet, qui fratrem amat, majore utique securitate is, qui Deum diligit, donandus est: et ideo jam de peccati morte ad gratiae vitam transivit; jam in dextera collocatus est: proptereaque cum Dominus ad judicandum venerit, non ad sinistram inter reprobos, sed inter electos ad dexteram ejus, hoc est in gloria apparebit.

9. (10) „Quò ibo à Spiritu tuo, et à facie tua quò fugiam? quarebat quà fugeret, ut evaderet iudicium Dei, et non inveniebat. Ubi enim non est Deus? Si ascendero, inquit, in caelum, ibi es: si descendero in infernum, ades. Quò iturus es? Quò fugies? Vis audire consilium? Si vis ab illo fugere, ad ipsum fuge. Ad ipsum fuge confitendo, non ab ipso latendo; latere enim non potes, sed confiteri potes. Dic illi: refugium meum es tu: et nutriatur in te dilectio, quae sola perducit ad vitam. Ecce confessio cum attritione, seu Dei iudicis metu facta, quam nobis praescribit, ut à ventura ira fugiamus, quin ad id amorem proximorum, qui cum peccato sit, expostulet; quamvis enim dilectionem memoret, dilectio tamen ista perfecta, et justificans, ac proinde concomitans est, utpote quae sola perducit ad vitam. Eodem sen-

(7) 1. Petri 4. 8.

(8) ubi supra n. 7.

(9) ibi n. 10.

(10) tr. 6. n. 3.

su dixerat prius: (11) „Ante omnia ergo confessio, deinde dilectio, quia de charitate quid dictum est? Caritas cooperit multitudinem peccatorum. Confessio sine charitate, aut ante charitatem, hic quoque est: ac post confessionem assignat revera charitatem, non quidem cum peccato coibilem, sed cooperientem multitudinem peccatorum. Et sciendum, de ea confessione hic agi, quae non homini, sed uni Deo fit: ad quam tamen nullatenus amor proximi, qui confessionem praecedat, et peccata non excusdat, exigitur; sed charitas confessionem subsequens, et cooperiens multitudinem peccatorum, quae perfecta est, atque concomitans dispositio. Et hinc deducere cunctas, confessionem, quae non soli Deo, sed Deo, et ejus ministris in Sacramento fit, absque praevio illo amore sufficere ad hominis justificationem; haec namque facilius intra Sacramentum peragitur, quam extra illud.

10. (12) „Nonne manifestum est, quia hoc agit Spiritus Sanctus in homine, ut sit in illo dilectio, et charitas? Nonne manifestum est, quod ait Apostolus Paulus: (13) Caritas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum Sanctum, qui datus est nobis? De Spiritu Sancto nedum movente, sed inhabitante etiam Apostolus loquitur; Sanctus quippe Spiritus, etsi in omnibus sit, iis tantum datus est, qui charitate, et gratia templum, quod ipse inhabitat, sunt. Unde Ecclesia Apostoli verba de Spiritu inhabitante intelligit, et ita legit: (14) „Caritas Dei diffusa est in cordibus nostris per inhabitantem Spiritum ejus in nobis. Frater itaque dilectio, de qua Augustinus, ac posteriori jure dilectio Dei, est à Spiritu Sancto inhabitante: atque ideo peccati societatem ferre non poterit, nam divinus Spiritus, non ubi peccatum, sed ubi gratia est, inhabitat. Et superaddita (15) „Unde cognoscit quisque, accepisse se Spiritum Sanctum? Interroget cor suum: si diligit fratrem, manet Spiritus Dei in illo. Et paulò infra: „Si vis nosse, quia accepisti Spiritum, interroga cor tuum, ne forte Sacramentum habes, et virtutem Sacramenti non habes. Interroga cor tuum: si est ibi dilectio fratris, securus esto. Non potest esse dilectio sine Spiritu Dei, quia Paulus clamat: Caritas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum Sanctum, qui datus est nobis. Hic agit iterum cum Apostolo de Spiritu Sancto inhabitante. Agit quoque de communicatione Sancti Spiritus, quae fit per Sacramenta, in quibus ille datur, non solum ut moveat, sed etiam ut inhabitet. Unde ex ejus mente dilectio fratris non potest esse sine Spiritu Sancto inhabitante: quomodo ergo erit absque eo dilectio Dei?

11. (16) „Dilectissimi diligamus invicem. Quare quia homo monet? Quia dilectio ex Deo est. Multum commendavit (S. Joannes) dilectionem, quia dixit: ex Deo est: plus dicturus est; intente audiamus. Modò dixit dilectio ex Deo est, et omnis qui diligit, ex Deo natus est. Dilectio itaque fratris (magisque Dei dilectio) ex Deo est utique inhabitante; et qui fratrem diligit, (potiusque is qui Deus amat) ex Deo natus est; ac propterea jam est justus, et non peccator; hic namque non ex Deo, sed ex Diabolo natus perhibetur. (17) „Omnes peccatores, inquit idem, ex Diabolo nati sunt, in quantum peccatores. Sed eundem iterum audi dicentem: (18) „Ille diligit, in quo habitat Spiritus Sanctus. Quia verò dicit Apostolus: Caritas Dei diffusa est, in cordibus nostris per Spiritum Sanctum, qui datus est nobis; intelligamus in dilectione Spiritum Sanctum esse. Ipse est enim Spiritus Sanctus, quem non possunt accipere mali. Homines pravi Spiritum Sanctum saepe accipiunt ut moventem; et ideo non ita, sed ut inhabitantem hic itidem cum considerat certum autem est, quod Spiritus Sanctus non habitat in homine gravi culpa maculato; qui ideo neque diligit censi debet, quia ille diligit, in quo habitat Spiritus Sanctus. Præterea de Baptismo, et Eucharistia loquens addit: „Habere Sacramenta ista omnia et malus potest: habere autem charitatem, et malus esse, non potest. Hoc vero non foret simile, si charitas actualis, seu dilectio, de qua disserit, esse quiret

P

(11) tr. 1. n. 6.

(12) Tr. 6. n. 5.

(13) Rom. 5. 5.

(14) In Laudibus, et Missa

Sab. infra octav. Pentecostes.

(15) Tr. 6. n. 10.

(16) Tr. 7. n. 4.

(17) Tr. 4. n. 11.

(18) Tr. 7. n. 6.

cum peccato; tunc namque malus dilectionem haberet, et adhuc bonus non fieret, quia adhuc in peccato remaneret: sed cum absolute dicat: habere charitatem, et malus esse non potest, satis innuit, in homine malo sive peccatore charitatem, seu dilectionem nunquam reperiri. Hoc ipsum momentum insequitur latius in Sermone r. super Psalmum CIII. ubi hac habet inter alia: „Alieni enim omnes à via veritatis sive pagani, sive iudei, sive heretici, et mali quique christiani habere multa dona possunt, charitatem non possunt:“ et de ea charitate loquitur, de qua Apostolus: „Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum Sanctum, qui datus est nobis:“ verba autem hæc nedum de habituali, sed de actuali quoque charitate intelligit S. Doctor, ut dixi cap. præcedenti n. 9: et hinc conficitur, malum Christianum et habitum, et actualis charitatis esse incapatem. Præterea criminosos christianos iis patet constituit, qui paganismò, judaismo, aut heresi inficiuntur, quæ nulla adest charitas, quia dicitur etiam fides, quam charitas tam actualis, quam habitualis necessarie supponit. Insuper quod fides heresi, judaismo, et paganismò, seu infidelitati maxime adversetur, qui aliquo temerarie ex vitis istis, habent omnino caret, et actu fidei cum ergo charitas admodum contraria sit gravi culpæ, dum isti obnoxius fuerit aliquispiam, neque charitatis habitu, neque actu poterit exornari.

12. (19) „Uc diligamus Deum, hortationem habemus. Possimus illum diligere nisi prior ille diligeret? Si pigri eramus ad amandum, non simus pigri ad redmandum. Prior amavit nos: nec sic nos amamus. Iniquos amavit, sed iniquitatem solvit: iniquos amavit, sed non ad iniquitatem congregavit: ægrotos amavit, sed sanandos visitavit. Prior dilexit nos, sed ejus dilectio nos ægrotos, iniquos, et non amantes invenit: ne autem iniquitatem nostram, atque ægritudinem amare ipse videatur, ab illis nos sua liberat dilectione: et ideo dum eum vicissim amamus, jam non ægroti, et iniqui, sed sani sumus, et justi. Et subdit: (20) „Non illum dileximus prius: nam ad hoc nos dilexit, ut diligamus eum.“ Hic cursum innuit, dilectionem in homine iniquo, seu peccatore non esse; nam Deus prior diligit illum, ut ab eo diligatur: sed cum dilectio Dei prior iniquitatem solvat, dum homo ille Deum diligit, jam non est iniquus.

13. (21) „Si diligamus invicem, Deus in nobis manebit, et dilectio ejus erit perfecta in nobis. Incipit diligere, perfectioris. Cœpisti diligere? Cœpisti in te Deus habitare: ama eum, qui in te cœpisti habitare, ut perfectius inhabitando faciat te perfectum.“ De amore incipiente, seu initiali signanter allatur, et cum illo Deum ad nos venire docet. Si incipis amare, Deus incipit in te habitare; et ideo peccatum, quo cum ille esse nequit, à te dispellit prorsus: jam in te habitat, jam manet, ex quo amare eam cœpisti. Amplius eum ama, et ipse perfectius inhabitando faciet te perfectum, quia dona sua perfectiora, seu intensiora reddet, vel nova tribuet. Amor incipiens domum Dei te constituit, intensio amoris meliorem efficit domum istam, in qua idcirco nullum peccatum erit; nam si culpæ labe fœdatur, abesset ab illa Deus, et nec inciperet in ea habitare. Dein de amore incipiente, de hæc dixerat: (22) „Ubi inchoata est Ecclesia, nisi ubi venit de celo Spiritus Sanctus?“ Incipit Ecclesia: incipit in ea esse Spiritus Sanctus, qui ad eam tunc venit. Nihil aliter, incipit homo amare; et jam tunc ad illum venit Spiritus Sanctus, atque in eo incipit habitare. Ad Ecclesiam incipientem Spiritus Sancti missio visibilis facta est; ad amorem inchoatum, seu ad illum, qui auspiciatur amare, ejusdem fit missio invisibilis, qui ob id ab omni mortali culpa immunis, et gratia ornatus erit, quia ut ait D. Thomas: (23) „Missio invisibilis divinæ personæ non fit nisi per gratiam gratam facientem.“

14. (24) „Incipiat timor, qui initium sapientiæ timor Domini. Timor quasi loquitur, cum præparat charitatem. Cum autem cœperit charitas habitare, pellitur timor, qui

(19) Ibi n. 7.

(20) Ibi n. 9.

(21) Tr. 8. n. 22.

(22) Tr. 2. n. 3.

(23) 1. p. q. 41. 4. 3. c.

(24) Tr. 9. n. 4.

ei præparavit locum. . . Sicut videmus per setam introduci linum, quando aliquid sinitur, seta prius intrat, sed nisi exeat, non succedit linum: sic timor primo occupat mentem, non autem ibi remanet timor, quia ideo intravit, ut introduceret charitatem. Loco isto pro incipiente sua charitate stabilienda utuntur Adversarii, sed infeliciter, nam de ea charitate in illo agitur, quæ timorem pellit; charitas autem, quam propugnant, cum timore esset in peccatore. Itaque incipit timor servilis, succedit charitas incipiens, et hæc illum pellit, haud quidem quoad substantiam, quo pacto etiam in viris justis est, ut dixi cap. I. sed quantum ad servilitatem, sive peccatum, in quo illa consistit. Exeat igitur, necesse est, peccatum, vel timor quantum ad servilitatem, ut incipiens intret charitas, sicut exire seta debet, ut introducatur linum. Unde post servilem timorem, non dilectionem, quæ cum peccato sit, sed charitatem sanantem assignat, vel ipsam sanitatem, adjiciens: „Stimulat timor, sed noli timere, intrat charitas, quæ sanat, quod vulnerat timor. . . Opus est ergo, ut intret timor primò, per quem veniat charitas. Timor medicamentum, charitas sanitas.“ Nullus hæc ante sanitatem, seu justificationem charitatis amor, nulla ante charitatem ipsam dilectio: primùm intrat timor servilis, deinde charitas incipiens, sive quæ incipit in nobis habitare: et charitas ista servilitatem timoris, id est culpam pellit, animum sanat, quia sanitas ipsa est. Et in hoc admodum sibi contare liquet, quod dilectionem à timore servili disjungat; id namque multoties inculcat, ut constat in his testimoniis, quæ cap. VIII. retuli: „Timor iste, quo non amatur justitia, sed timetur pœna, servilis est — Timent quidem, sed non amant justitiam — Ipse est timor ille, qui introducit charitatem, sed sic venit, ut exeat. Si enim adhuc propter pœnas times Deum, nondum amas, quem sic times — Serviliter times; formido est mali, nondum dilectio boni.“ Similia repetit sæpe alias. Unde confiteor, quod ex ejus mente dilectio Dei nunquam est cum timore servili; ac propterea quod peccatores Deum non amant, dum eum serviliter timent: at Initialis dilectionem timori illi conjungunt, quando asserunt, peccatorem, qui digne ad Sacramentum accedit, Deum serviliter timere, et ex charitate amare; quod præfatis documentis videtur adversum. Exinde ulterius noscitur, timorem servilem non esse in justis; in eis namque est Dei dilectio, cum qua timor ille non consistit: timent ipsi revera infernum, eorum tamen timor non est cum servilitate, sive peccato, sed cum gratia, et charitate, quibus Deum summe bonum amant, et offendere detrectant; et idcirco nuncupari servilis nequit, sed potius initialis, hic enim, et pœnam fugit, et culpam, seu offensam Dei summe boni. D. Thomas docet, ut constabit cap. sequenti n. 13. timorem servilem esse contrarium charitati: et ideo cum ea nequit convenire; ac propterea nec in justis esse, quia charitate ornati sunt omnes. Astruit quoque, ut dicam cap. XV. n. 7. servilem timorem ab infirmi esse fidei: et cum hæc in solis peccatoribus reperitur, in eis similiter, et non in justis timor ille erit.

15. (25) „Nos digamus, quia ipse prior nos dilexit. Nam unde diligeremus, nisi ille prior dilexisset nos? Diligendo amici facti sumus; sed inimicos ille dilexit, ut amici efficeremur. Prior dilexit nos, et donavit nobis, ut diligeremus eum; Nondum diligebamus eum; diligendo pulchri efficitur. . . Anima verò nostra, fratres mei, fœda est per iniquitatem; amando Deum, pulchra efficitur. Qualis amor est, qui reddit pulchram amantem? Deus autem semper pulcher est, nunquam deformis: nunquam commutabilis. Amavit nos prior, qui semper est pulcher: et quales amavit, nisi fœdos; et deformes? Non ideo tamen ut fœdos dimitteret, sed ut mutaret, et ex deformibus pulchros faceret: Quomodo erimus pulchri? Amando eum, qui semper est pulcher. Quantum in te crescit amor, tantum crescit pulchritudo, quia ipsa charitas est animæ pulchritudo. . . Quare diligimus? Quia ipse prior dilexit nos, et donavit nobis diligere. Dilixit impios, ut faceret pios; dilexit injustos, ut faceret justos; dilexit ægrotos, ut faceret sanos.“ Fusum hoc præterire non li-

(25) Ibi n. 2. et 10.

buit documentum, quod ad rem plurimum conferre crediderim. Dei dilectio, quae nostram dilectionem antevertit, nos inimicos comperit, deformes, fados, iniquos, impios, injustos, egrotos: sed vitia haec universa, quibus delicti causa obnoxii sumus, omnino delet; quia non ut fados dimittat, sed ut mutet; ac ex deformibus pulchros faciat, Deus nos amat. Cum autem nos cum diligere non possimus, nisi prius ab eo diligamur, et insuper nos ipse diligens, amorem, seu vim ad illum amandum, nobis tribuat, fit inde, quod dum ipsum nos amamus, jam sani, iusti, pii, amici, et pulchri sumus. Amando Deum pulchri efficitur actu, habitualement enim anima pulchritudinem amor divinus nostrum preveniens efficit, quia gratiam, et charitatem confert: ut autem noster crescit amor, ita et augetur isthac anima pulchritudo. Quocirca nedom intensus, sed et remissus amor culpa deformitatem aufert, et charitatis pulchritudinem secum habet: non enim hanc pulchritudinem, sed eius incrementum intensus auferit: et insuper atequam Deum remisse amemus, Deus ipse diligit nos, et amore suo criminis destruit fedicitatem. Humanus amor pulchros non reddit amantes, etenim ut optime docet S. Doctor, (26) nec homo deformis amando pulchram efficitur pulcher, nec mulier fada amando formosam fit formosa; peccatores autem fedi culpa sua, atque deformes, amando Deum, qui semper est pulcher, formosi, et pulchri fiunt. Unde amor, quem ipsi jam respicientes, ac penitentes eliciunt, et incipiunt, ac remissus esse solet, non criminis fedicitatem, sed animam potius pulchritudinem, seu charitatem habere secum debet; alioquin differentia huiusmodi, quam ipse inter dilectionem, qua Deum, et amorem, quo creaturas prosequimur, sapienter septusque assignat, locus deest, nam tunc peccator amando Deum nullatenus fieret pulcher, sed peccato suo fode conspurcatus remaneret.

16. Hæc ex illa Expositione excerptæ, æquum duxi, et unice laudare testimonium, missis alijs, quæ tam ex ipsa, quam ex ceteris S. Doctoris operibus afferri poterant, quia satis, ut ejus mentem circa amoris cum peccato insociabilitatem aperiant, esse reor: neque enim de charitate, ac dilectione cursim, aut obiter, sed ex professo, peritæque ibi disserit; et fortasse ut eas calleret melius, appositiusque enodaret, Epistolam S. Joannis elucidatam selegit, de qua ait: (27) „ Quid valeat charitas, omnis „ Scriptura commendat: sed nescio, si alicubi amplius, quam in ista Epistola com- „ mendar. “ Unde similiter dixerim: licet in operibus suis charitatem summis laudibus effert Augustinus, nescio si alicubi magis eam celebret, quam in hac Expositione. In ea non solum proluxæ, verum et jucundè adeo de charitate pertrahat, ut dixerit: (28) „ Quanto libentius de charitate loquor, tantum mihi volo, finiri Episto- „ lam istam. . . Fratres, ego non satior loquendo de charitate in nomine Christi. “ Nilominus charitas, quæ justificationem anteverit, ibi non parit dilectio, quæ peccata extradat, passim offenditur; sed quæ mortiferæ noxæ socia sit, nullatenus comperitur. Quale autem est, ut qui tot de dilectione disserit, hoc dumtaxat præteriret? Qui fieri posset, ut Doctor in loquendo de charitate insociabilis, istiusmodi societatem reticeret? Num eam, quod dilectionis ipsius navis quidam videatur, occulere voluit? Revera in hoc Apellis peritiam fuisse imitatus, qui Antigoni regis monoculi imaginem depicturus, quo vitium tegebat, non rectam, sed obliquam fecit, eam solummodo partem de facie ostendens, quæ integra erat. At? Numquid in Augustini mentem simile consilium cadere potuit? Nullo protus modo, quoniam amor, qui cum peccato esse valeat, et justificationem antevertat, ita necessarius est juxta Initialistas, ut absque illo peccator nullus culparum suarum obtineat remissionem: quapropter de amore huiusmodi, si res ita foret, minime taceret; quomodo enim dispositionem ad salutem nostram perquam necessariam silentio præteriret, ea præsertim Expositione, in qua flagrantissimum ipsius salutis desiderium ostendit?

17. Ipse contra amoris, et peccati consortium, quod illud Augustinus ibi non

(26) ibi.

(28) Tr. 8. n. 24. et 25. g. n. 11.

(27) Tr. 1. n. 33.

memoret, eidem ignotum, et hinc impossibile esse crediderim: quis namque, amabo te, sibi persuadeat, ea quæ Augustinum de charitate, ac dilectione proluxæ adeo disserentem fugerit, Anti-Attritionarios nuperos videre? De eisdem dilectione, et charitate, ut saluti indispensanda inserviunt, frequentissimè quidem, et magnificè semper, ut par est, affatur: illas tamen haud unquam cum peccato, sed potius cum ejus expulsionem ac remissione, cum Dei gratia, et Spiritu Sancto inhabitante assidue coniungit; et ipsis inde laudes tribuit præclarissimas: quocirca si vera Initialista narrarent, opus esset, ad earundem laudum calcem adicere: „ Excipe charitatem inchoatam „ excipe dilectionem remissam: excipe amorem initialem: “ huiusmodi enim neque peccati expulsionem, neque gratiam, neque Spiritum Sanctum inhabitantem, vi sua secum haberent. Exceptione hæc Expositio præfata maxime indigeret, quia in ea S. Doctor dilectionis, ac charitatis encomiasten agit perpetuum, et insignem: unde ne quis eam legens, æquivocatione laboraret, existimans egrègia ea, et iterata nimis præconia initialium etiam amori congruere, animadversione prædicta, æquum foret, omnes præmonire.

18. Verumenimvero hæc Initialista, si velint, credant: ad me quod attinet, post retractationes, quas ipsemet Operibus suis adiecit, correctionem posttemam hanc inutilem censeo: propterea quæ laudes eas omnes, quas dilectioni deferret, nedom intensus, sed et remissus convenire. Sic firmiter sentiam, donec in operibus illis signanter, et expressè Dei amorem comperiam, qui verè charitatis supernaturalis, ac super omnia sit, et cum peccato mortali, quin illud pellat, in corde hominis habiteat, qui justificationem præcedat, qui sanctificantem præveniat gratiam, eique, necnon et charitati, sicut timor, locum præparet. Si istiusmodi amorem ibi repererim, causa finita erit, finietur item et error, manus dabo libentissimè: nihil enim mihi gratius, nihil jucundius, quam tanti Magistri doctrinam assequi, vestigia præmere, præceptis obsecundare, in ijs præcipue, quæ gratiam, et charitatem concernunt, de quibus latius, et forte melius, quam ceteri Ecclesie Patres pertrahavit. Initialista tamen, qui præfata castigatione S. Doctoris verba indigere institerit, sciat oportet, ipsum præ nimia humilitate operum suorum correctorem optasse, et dixisse: (29) „ Scitè cum in omni- „ bus litteris meis non solum plium lectorem, sed etiam liberum correctorem deside- „ rem, multo maxime in ijs, ubi ipsa magnitudo questionis utinam tam multos in- „ ventores habere posset, quam multos contraditores habet. Verumtamen sicut lecto- „ rem meum nolo mihi esse deditum, ita correctorem nolo sibi: “ Et hunc insuper ita monet: „ Noli meas litteras ex tua opinione, vel contentione, sed ex divina lec- „ tione, vel inconcussa ratione corrigere. “ Anti-Attritionarius itaque rogandus, ne sibi, sed veritati deditus sit, et correctionis prædictæ necessitatem, haud quidem contentione, aut opinione, sed ratione inconcussa, vel ex lectione divina prodatur, alioquin eam reat inopportunam, proptereaque insociabilitatem cum peccato, quam amori, ac dilectioni palam tribuit Augustinus, et perfectis, et imperfectis congruere.

19. Robur denique, quod Attritionistarum sententiæ laudatæ hic conferunt testimonio, nullatenus enervabis, consuetis Adversatorum responsis utens, ac de charitate habituali, aut de actuali intensus S. Doctorem exponens: quoniam in primis de ipsa dilectione, ac de amore ipso, qui actus revera sunt, expressè, et sæpissimè in illa Expositione affatur: de amore incipiente etiam, ut supra visum est, eloquitur: unde Adversarii ipsi eandem Expositionem pro tuendo amore suo initiali non semel laudant, de quo idcirco, et non solum de intenso ipsum ibi agere credunt. Deinde de charitate, et dilectione, quæ nobis præcipiuntur, ibidem ut plurimum verba facit, et ideo ait (30) „ Quidquid postulaverimus, ab eo accipiemus: sed quia mandata ejus „ servamus. Quæ sunt mandata ejus, Numquid semper repetendum est? Mandatum „ novum do vobis, ut vos invicem diligatis. “ Porro neque intensa dilectio, neque habitualis charitas nobis injunguntur, quia ut dixi capite præcedente, non de habitibus, seu virtutibus, sed de earum actibus præcepta donantur, et intensio actus non

(29) De Trinitate l. 1. n. 24.

(30) Tr. 6. n. 4.

buit documentum, quod ad rem plurimum conferre crediderim. Dei dilectio, quae nostram dilectionem auvertit, nos inimicos comperit, deformes, fados, iniquos, impios, injustos, egrotos: sed vitia haec universa, quibus delicti causa obnoxii sumus, omnino delet; quia non ut fados dimittat, sed ut mutet; ac ex deformibus pulchros faciat, Deus nos amat. Cum autem nos cum diligere non possimus, nisi prius ab eo diligamur, et insuper nos ipse diligens, amorem, seu vim ad illum amandum, nobis tribuat, fit inde, quod dum ipsum nos amamus, jam sani, justi, pii, amici, et pulchri sumus. Amando Deum pulchri efficitur actu, habitualement enim anima pulchritudinem amor divinus nostrum preveniens efficit, quia gratiam, et charitatem confert: ut autem noster crescit amor, ita et augetur isthac anima pulchritudo. Quocirca nedom intensus, sed et remissus amor culpa deformitatem aufert, et charitatis pulchritudinem secum habet: non enim hanc pulchritudinem, sed eius incrementum intensus auferit: et insuper atequam Deum remisse amemus, Deus ipse diligit nos, et amore suo criminis destruit fedicitatem. Humanus amor pulchros non reddit amantes, etenim ut optime docet S. Doctor, (26) nec homo deformis amando pulchram efficitur pulcher, nec mulier fada amando formosam fit formosa; peccatores autem fedi culpa sua, atque deformes, amando Deum, qui semper est pulcher, formosi, et pulchri fiunt. Unde amor, quem ipsi jam respicientes, ac penitentes eliciunt, et incipiunt, ac remissus esse solet, non criminis fedicitatem, sed animam potius pulchritudinem, seu charitatem habere secum debet; alioquin differentia hujusmodi, quam ipse inter dilectionem, qua Deum, et amorem, quo creaturas prosequimur, sapienter septusque assignat, locus deest, nam tunc peccator amando Deum nullatenus fieret pulcher, sed peccato suo fode conspurcatus remaneret.

16. Hæc ex illa Expositione excerptæ, æquum duxi, et unico laudare testimonio, missis alijs, quæ tam ex ipsa, quam ex ceteris S. Doctoris operibus afferri poterant, quia satis, ut ejus mentem circa amoris cum peccato insociabilitatem aperiant, esse reor: neque enim de charitate, ac dilectione cursim, aut obiter, sed ex professo, peritæque ibi disserit; et fortasse ut eas calleret melius, appositiusque enodaret, Epistolam S. Joannis elucidatam selegit, de qua ait: (27) „ Quid valeat charitas, omnis „ Scriptura commendat: sed nescio, si alicubi amplius, quam in ista Epistola com- „ mendar. “ Unde similiter dixerim: licet in operibus suis charitatem summis laudibus effert Augustinus, nescio si alicubi magis eam celebret, quam in hac Expositione. In ea non solum proluxit, verum et jucunde adeo de charitate pertrahat, ut dixerit: (28) „ Quanto libentius de charitate loquor, tantum mihi volo, finiri Episto- „ lam istam. . . Fratres, ego non satior loquendo de charitate in nomine Christi. “ Nilominus charitas, quæ justificationem antecere debeat, ibi non parit dilectio, quæ peccata extradat, passim offenditur; sed quæ mortiferæ noxæ socia sit, nullatenus comperitur. Quale autem est, ut qui tot de dilectione disserit, hoc dumtaxat præteriret? Qui fieri posset, ut Doctor in loquendo de charitate insociabilis, istiusmodi societatem reticeret? Num eam, quod dilectionis ipsius navis quidam videatur, occulere voluit? Revera in hoc Apellis peritiam fuisse imitatus, qui Antigoni regis monoculi imaginem depicturus, quo vitium tegebat, non rectam, sed obliquam fecit, eam solummodo partem de facie ostendens, quæ integra erat. At? Numquid in Augustini mentem simile consilium cadere potuit? Nullo protus modo, quoniam amor, qui cum peccato esse valeat, et justificationem auvertat, ita necessarius est juxta Initialistas, ut absque illo peccator nullus culparum suarum obtineat remissionem: quapropter de amore hujusmodi, si res ita foret, minime taceret; quomodo enim dispositionem ad salutem nostram perquam necessariam silentio præteriret, ea præsertim Expositione, in qua flagrantissimum ipsius salutis desiderium ostendit?

17. Ipse contra amoris, et peccati consortium, quod illud Augustinus ibi non

(26) ibi.

(28) Tr. 8. n. 24. et 25. g. n. 11.

(27) Tr. 1. n. 33.

memoret, eidem ignotum, et hinc impossibile esse crediderim: quis namque, amabo te, sibi persuadeat, ea quæ Augustinum de charitate, ac dilectione proluxit adeo disserentem fugerit, Anti-Attritionarios nuperos videre? De eisdem dilectione, et charitate, ut saluti indispensanda inserviunt, frequentissime quidem, et magnifice semper, ut par est, affatur: illas tamen haud unquam cum peccato, sed potius cum ejus expulsionem ac remissione, cum Dei gratia, et Spiritu Sancto inhabitante assidue coniungit; et ipsis inde laudes tribuit præclarissimas: quocirca si vera Initialista narrarent, opus esset, ad earumdem laudum calcem adicere: „ Excipe charitatem inchoatam „ excipe dilectionem remissam: excipe amorem initialem: “ hujusmodi enim neque peccati expulsionem, neque gratiam, neque Spiritum Sanctum inhabitantem, vi sua secum haberent. Exceptione hæc Expositio præfata maxime indigeret, quia in ea S. Doctor dilectionis, ac charitatis encomiasten agit perpetuum, et insignem: unde ne quis eam legens, æquivocatione laboraret, existimans egrègia ea, et iterata nimis præconia initialium etiam amori congruere, animadversione prædicta, æquum foret, omnes præmonire.

18. Verumenimvero hæc Initialista, si velint, credant: ad me quod attinet, post retractationes, quas ipsemet Operibus suis adiecit, correctionem postemam hanc inutilem censeo: proptereaque laudes eas omnes, quas dilectioni deferret, nedom intensa, sed et remissa convenire. Sic firmiter sentiam, donec in operibus illis signanter, et expressè Dei amorem comperiam, qui verè charitatis supernaturalis, ac super omnia sit, et cum peccato mortali, quin illud pellat, in corde hominis habitet, qui justificationem præcedat, qui sanctificantem præveniat gratiam, eique, necnon et charitati, sicut timor, locum præparet. Si istiusmodi amorem ibi repererim, causa finita erit, finietur item et error, manus dabo libentissime: nihil enim mihi gratius, nihil jucundius, quam tanti Magistri doctrinam assequi, vestigia præmere, præceptis obsecundare, in ijs præcipue, quæ gratiam, et charitatem concernunt, de quibus latius, et forte melius, quam ceteri Ecclesie Patres pertrahavit. Initialista tamen, qui præfata castigatione S. Doctoris verba indigere institerit, sciat oportet, ipsum præ nimia humilitate operum suorum correctorem optasse, et dixisse: (29) „ Scit cum in omni- „ bus litteris meis non solum plium lectorem, sed etiam liberum correctorem deside- „ rem, multo maxime in ijs, ubi ipsa magnitudo questionis utinam tam multos in- „ ventores habere posset, quam multos contraditores habet. Verumtamen sicut lecto- „ rem meum nolo mihi esse deditum, ita correctorem nolo sibi: “ Et hunc insuper ita monet: „ Noli meas litteras ex tua opinione, vel contentione, sed ex divina lec- „ tione, vel inconcussa ratione corrigere. “ Anti-Attritionarius itaque rogandus, ne sibi, sed veritati deditus sit, et correctionis prædictæ necessitatem, haud quidem contentione, aut opinione, sed ratione inconcussa, vel ex lectione divina prodatur, alioquin eam reat inopportunam, proptereaque insociabilitatem cum peccato, quam amori, ac dilectioni palam tribuit Augustinus, et perfectis, et imperfectis congruere.

19. Robur denique, quod Attritionistarum sententiæ laudata hic conferunt testimonio, nullatenus enervabis, consuetis Adversatorum responsis utens, ac de charitate habituali, aut de actuali intensa S. Doctorem exponens: quoniam in primis de ipsa dilectione, ac de amore ipso, qui actus revera sunt, expressè, et sæpissime in illa Expositione affatur: de amore incipiente etiam, ut supra visum est, eloquitur: unde Adversarii ipsi eandem Expositionem pro tuendo amore suo initiali non semel laudant, de quo idcirco, et non solum de intenso ipsum ibi agere credunt. Deinde de charitate, et dilectione, quæ nobis præcipiuntur, ibidem ut plurimum verba facit, et ideo ait (30) „ Quidquid postulaverimus, ab eo accipiemus: sed quia mandata ejus „ servamus. Quæ sunt mandata ejus, Numquid semper repetendum est? Mandatum „ novum do vobis, ut vos invicem diligatis. “ Porro neque intensa dilectio, neque habitualis charitas nobis injunguntur, quia ut dixi capite præcedente, non de habitibus, seu virtutibus, sed de earum actibus præcepta donantur, et intensio actus non

(29) De Trinitate l. 1. n. 24.

(30) Tr. 6. n. 41.

hoc presente, et illa aufugiat necessum est. Hujusce oppositionis causa charitas quantumvis remissa servilitatem destruit: amor igitur illam quoque perire faciet, licet non intensus, sed remissus sit.

14. Ast circa oppositionem præfatam hæc item docet: (28) „Charitas importat unionem quamdam ad Deum, non autem fides, neque spes. Omne autem peccatum mortale consistit in aversione à Deo: et ideo omne peccatum mortale contrariatur charitati. Non autem omne peccatum mortale contrariatur fidei, vel spei, sed quædam determinata peccata, per quæ habitus fidei, vel spei tollitur: sicut et per omne peccatum mortale habitus charitatis tollitur. Unde patet, quod charitas non potest remanere informis, cum sit ultima forma virtutum, quod respicit Deum in ratione finis ultimi.“ Charitas nos Deo unit, et ideo contraria est peccato, quod nos à Deo ipso avertit, prætereaque nunquam una sunt, sed peccatum charitatis habitum tollit, et habitus iste similiter peccatum. Porro amor intimius, perfectiusque nos Deo necit, siquidem charitas habitualis solummodo, amor vero actualem efficit unionem: imo charitas amore eger, ut nos Deo copulet perfectè, quia amor ipsamet unio est. Quocirca amor vel magis, vel æque minimum, ac charitas peccato repugnare, ipsumque idcirco destruere debet. Deinde charitas informis, aut cum peccato esse nequit, quia est forma virtutum, et Deum respicit uti ultimum finem. Deum ita conspiciere, suapte habet natura, quia ipse est ejus objectum: et ideo naturaliter seu secundum suam naturam, et essentialiter est virtutum forma, et ipsa formata est: quod alibi etiam innuit asserens, perfectionem, quam à charitate habent virtutes ceteræ, quæ ipsamet formatio est, his quidem participativè, illi vero essentialiter convenire (29) „Id quod est perfectionis in fide, à charitate deducitur, ita quod charitas habet illud essentialiter, fides vero, et ceteræ virtutes participativè.“ Neque charitatem essentialiter esse formatam Dei gratia, inficiabuntur Adversantes aliqui, (30) qui alteram ab altera non discernunt, sed unum, et idem Dei donum eas rentur. Atverò 2 formationem hanc quidni et amori tribuam? Equidem si charitas essentialiter formata est, charitatis item actus formatus necesse erit: sicut quia charitas essentialiter voluntatis virtus est, vitalis, et supernaturalis, amor itidem voluntatis actus, vitalis, et supernaturalis, est. Insuper quia fides est essentialiter obscura, actus credendi obscurus est: unde actus amandi formatus semper erit, si charitas essentialiter est formata. Demum quoniam fides, et spes essentialiter formata non sunt, actus credendi, sperandique et formati, et informes reperiuntur: si ergo charitas essentialiter formata est, amandi actus informis nunquam, formatus erit semper.

15. Alia item ratione charitatem informem esse nequire, docet his verbis: (31) „Quia cum charitas sit amicitia quædam, quæ requiritur convictum inter amatos, non potest esse charitas, nisi sit participatio divinæ vitæ, quæ est per gratiam; ideo charitas sine gratia esse non potest.“ Enimverò amor vitæ hujus divinæ neutiquam expertus est, Dei quippe charitas, et dilectio vitæ sunt perfectissima; et sicut charitas nostra divinam, ita nostra dilectio divinam quoque participat. Unde merito ait: (32) „Amor divinus facit hominem, secundum quod possibile est, non sua vita, sed Dei vivere, sicut Apostolus dicit, Gal. 2. 20: Vivo ego, jam non ego, vivit vero in me Christus.“ Quinimo amor noster vitam Dei præstantius, quam nostra charitas eo videtur habere, quod magis actualis sit: nam divina vita, haud sanè potentialis, nec habitualis præcise, sed actualissima, seu ipsomet actu vivendi consistens dicitur: et ideo supernaturalis vita nostra, quod actualior, eo germinior illi, eamque idcirco magis participans, et nobilior apparet: in actualitate vero amor charitati præstat, sicut actus quilibet habitui, à quo fit: quamobrem si charitas, quod vitæ divinæ parti-

(28) ibi q. 22. a. 2. ad 5.

(29) Vide Berti lib. 19. c. 2.

(30) ibi. d. 22. q. 1. a. 2. ad 1.

(29) De veritate. q. 14. a. 5. ad 1.

(31) 2. Sent. d. 27. q. 2. a. 4. questionac. 4. Sol.

cipe, sine gratia esse nequit, et qui convenit, ut amor actualius, subindeque perfectius vitam Dei participet, et sine gratia sit? Præterquamquod de participatione divinæ vitæ, quæ est per gratiam, affatur: istiusmodi autem participationem timori negat, amori delert, et inde infert, quod timor informis esse valeat, secus vero amor, nam cum hoc sibi momentum objecisset: (33) „Timor potest esse informis, ut patet de timore servili: Ergo et amor.“ Ita respondet: „Dicendum, quod timor non requirit participationem divinæ vitæ, sicut amor charitatis: et ideo non est simile de timore, et amore.“ Amor itaque requirit participationem divinæ vitæ, quæ est per gratiam, et ideo informis esse nequit, sicut est timor servilis: quocirca licet remissus sit, absque gratia non invenietur, sicut neque est sine ea charitas remissa, quia participationem illam similiter requirit.

16. Homini præterea in gravem culpam lapso vim ad Deum naturaliter diligendum, quam haberet integer, negat dicens: (34) „Homo in statu naturæ integræ non indigebat dono gratiæ superaddita naturalibus bonis ad diligendum Deum naturaliter super omnia, licet indigeret auxilio Dei ad hoc cum movens: sed in statu naturæ corruptæ indiget homo etiam ad hoc auxilio gratiæ naturam sanantis.“ Naturalem Dei dilectionem super omnia homini corrupto, sive in peccato existenti impossibilem rerum, nisi ab ejusmodi corruptione, et infirmitate, quæ ad mortem revera est, gratiæ beneficio prius sanetur: quis itaque eundem sanitate hæc adhuc minime donatum supernaturalis dilectionis Dei super omnia existimet capacem? Dilectio naturalis facillima est, ac rebus omnibus connaturalis: unde ait: (35) „Diligere Deum super omnia est quiddam connaturale homini, et etiam cuilibet creatura, non solum rationali, sed irrationali, et etiam inanimata secundum modum amoris, quod unicuique creatura competere potest:“ supernaturalis vero dilectio naturis omnibus, earumque viribus universis præstat quam maximè. Ad naturalem amorem vires suppetunt congruentes, quas peccatum ligat quidem, et debilitat, sed non extinguit: at ad supernaturalem nulla nobis, nisi Deus gratis illam conferat, virtus adest, colatamque culpa destruit omnino: quomodo itaque homo corruptus sive peccato ireritus amorem hunc efficiet sine gratia, si absque ea faciliorem illum, connaturalem, ac propriis viribus proportionatum elicere non valet? Sanatrice igitur gratia ad utrumque eget efficiendum, quia peccatum utriusque obest: hæc autem gratia habitualis, seu sanctificans est, quia gratiæ aliæ excitant, movent, adjuvant peccatorem, ut sanus fiat, ex illis vero nulla nisi habitualis sanitatem illius efficit, et ipsum ad amandum reddit idoneum, siquidem peccatum auferens, obicem tollit, quem propriæ ipsius vires habebant ad naturalem; et charitatem secum afferens, virtutem ad supernaturalem amorem præbet sufficientem. Sine peccato itaque, necnon cum gratia, et charitate esse cum oportet, qui Deum super omnia sive naturaliter, sive supernaturaliter dilecturus est.

17. Cl. Berti sanctificantis gratiæ ad amorem naturalem Dei in homine corrupto efficiendum, necessitatem videtur agnoscere dicens. (36) „Sine charitate, quæ in cordibus nostris per Spiritum Sanctum diffunditur, Deum auctorem naturæ diligere non possumus super omnia.“ Cum vero gratiam à charitate non distinguat, hujus nomine illam significat. Unde ait: (37) „Dicimus, gratiam habituales consideratam ex parte Dei esse Spiritum Sanctum in nobis inhabitantem, et Deum ipsum in nobis communicatione Spiritus sui permanentem; et si consideratur ex parte nostri, esse charitatem per Spiritum Sanctum in cordibus nostris diffusam, non charitatem illam, quæ est à Spiritu Sancto solum movente.“ Habituali itaque gratia ad amandum Deum auctorem naturæ nobis opus est, si charitas per Spiritum Sanctum in cordibus nostris diffusa ad id desideratur. Et addit: (38) „Amor Dei, ut est naturæ auctor, etsi non est supernaturalis quantum ad substantiam, est sententia nostrorum, super-

(33) loco citato ex. dist. 27. ad 1.

(34) ibidem.

(35) lib. 19. c. 2.

(34) 1. 2. q. 109. a. 2. q. 6.

(36) l. 18. c. 4.

(37) l. 18. c. 4.

6. Sed opportunitis adhuc eloquent, suamque mentem clariùs aperit, dum inquit in eodem opusculo (8) „ Nullus potest diligere Deum in peccato existens. Matth. 6. „ 24. Non potest Deo servire et mammonæ. Unde si in peccato existis, Deum non diligis. „ Dillicida valde, et supra modum decretoria pro amoris, et culpæ inoscibilitate videntur, verba hæc. De dilectione affatur absolute, et ideo tam intensam, quam remissam hominibus denegat noxa infectis. Deinde in peccato existere, et Deum amare, Deo ipsi inservire est, et mammonæ: cum autem ex divino oraculo nemo mammonæ, et Deo servire unâ queat, nec Deum amare, et in peccato simul esse valebit. Insuper omnes homines in peccato existentes à dilectione remover: omnis ergo dilectio, ac propterea etiam remissa ab hominibus illis excludenda est. Demum de dilectione loquitur, qua primum mandatum servandum est: dilectio verò, etsi remissa, huius est præcepti impletiva, juxta Adversarios, qui pro ejus custodia initialem dumtaxat amorem, remissum videlicet, et imperfectum postulant ab homine attrito: unde ex hac D. Thomæ sententiâ, si in peccato existis, nec imperfecte, et remisse Deum diligis. Crimen ipsum ad amandum Deum impedimentum est: removeri ergo debet, ut quis Deum amet, et ideo nullus potest diligere Deum in peccato existens.

7. De ipso, qui nobis jubetur, charitatis actu pertractans inquit: (9) „ Quia ergo actum charitatis oportet esse perfectum, sicut cujuslibet virtutis, ideo præceptum de actu charitatis includit perfectionem omnium prædictorum secundum diversas expositiones: ut scilicet neque in voluntate, neque in omnibus præcedentibus, aut subsequentibus aliquid sit, quod charitati obsistat quantum ad perfectionem viæ, vel quod actum charitatis interrompere possit quantum ad perfectionem patriæ. „ Nil omnino obsistit fortis charitati quantum ad perfectionem viæ, nec obest potentia charitatis ipsius actui quantum ad perfectionem patriæ, quam peccatum mortale destruit enim charitatem in viâ, et nos ad patriam non sinit pervenire: et ideo actus charitatis, qui nobis præcipitur, illud debet extinguere. Hinc concludendum videtur, præceptum dilectionis à nullo peccatore in suo crimine permanente custodiri, sed opus ad id esse, quod culpam propulset, et salutem suam, hoc est gratiam, quam illa abstulerat, redipsatur. Hoc etiam innuit dicens: (10) „ Illud quod præcipit lex, ut faciendum, impleri potest, et impletur ab omnibus in statu salutis. „ Omnes itaque, qui legem amoris servant, in statu salutis, ac proinde sine peccato sunt. Ast Initialista volunt, quod homo attritus legem hanc custodiat, antequam solvatur à peccato, quod non salutis, sed aegritudinis, vel potius mortis status est, quia peccatum, cum consummatum fuerit, generat mortem.

8. De vi insuper, qua adversus tentationes, et peccata charitas potitur, ait: (11) „ Non potest vitari omne peccatum, nisi omni tentationi resistatur: sed minima charitas potest vitare omne peccatum, cum etiam homo in puris naturalibus existens hoc potuisset. Ergo charitas qualibet potest omnem tentationem vincere. Præterea plus diligit charitas legem Dei, quam cupiditas millia auri, et argenti, ut dicit Glossa super Psalm. 118: sed major dilectio minori tentationi resistere potest: Ergo qualibet charitas resistere potest cuilibet tentationi. „ Si autem minima charitas adeo præstans, ac potens est, ut et omnia peccata vitare valeat, et tentationes cunctas superare quomodo cum peccato habitabit? Nonne peccato potius, ac tentationi, illa tunc succumbere censeretur? Sed inquit Initialista, S. Doctorem non de charitate actuali loqui, sed de habituali, quæ etsi minima, gratiæ habet contubernium. Ego autem illius verba actuali quoque congruere existimo: nam de actuali dilectione charitatis affatur, sicut de actuali amore cupiditatis, dum ait: „ Plus diligit charitas legem Dei, quam cupiditas millia auri, et argenti. „ Deinde minima charitas actualis, utpote supernaturalis, incomparabiliter præstat viribus universis hominis puri: si ergo hic vitare posset omne peccatum, id satis illa valebit, eidemque propterea pro ductum aptabo testimonium. Demum hoc etiam ait: (12) „ Parvum peccatum potest

(8) De dilectione Dei.

(9) 1. Sent. d. 27. Exposit. textus.

(10) ibi q. 3. à 4. ad. 1.

(11) ibi d. 31. q. 2. à 2. sed contra.

(12) ibi a. 4. quæstion. 3. ad. 3.

„ maximam charitatem expellere, sicut è converso parva charitas, dicitur maxima peccata delere. „ Parvum peccatum, quod maximam charitatem expellit, actuale utique est: igitur et parva charitas, quæ maxima peccata delet, actualis itidem esse poterit. Parvo eo peccato actuali perpetrato, peccatum habitualè animam inficit: parva ergo charitate actuali adhibita, charitas habitualis animam purificabit. Illud peccatum parvum actuale cum charitate non est, et hominem justum reddit peccatorem: parva similiter charitas actualis cum peccato non erit, et hominem peccatorem efficiet justum. Status peccati, si non antestat, parvo peccato actuali inducitur: itaque et gratiæ scatus, si prius non existit, parva charitate actuali introducitur. Charitate ista homo convertitur ad Deum, juxta Adversarios, et ad creaturam peccato illo: unde quemadmodum conversio ad creaturam parvo peccato actuali peracta satis est ad culpam, ita conversio ad Creatorem, quæ parva fit charitate actuali, sufficere debet ad gratiam (13) „ Conversio ad Deum, inquit, sufficit ad gratiam obtinendam quantum in se est, sicut conversio ad bonum commutabile sufficit ad culpam. „

9. Plura itidem, de charitate disputans, docet, quæ amoris, haud quidem cum peccato, sed cum gratia, aut cum habitu charitatis, quæ gratiæ ipsius comes est, aperte indicant copulationem: tã nunc in medium proferre, argumento capitis non erit incongruum. Ait itaque: (14) „ Relinquitur igitur, quod oporteat esse quemdam habitum charitatis in nobis creatum, qui sit formale principium actus dilectionis. „ Cum Spiritus Sanctus sit virtuosissimum movens, sic movet ad diligendum, quod etiam habitum charitatis inducit. „ Habitus charitatis requiritur in nobis, in quantum diligimus Deum. „ Si habitus charitatis est formale principium actus dilectionis, actus iste esse nequit sine habitu illo, sicut calefactio non consistit sine calore, qui ejus est principium formale. Similiter si Spiritus Sanctus, dum movet ad diligendum, infundit habitum charitatis, cum eo utique erit dilectio ipsa. Ast in adversa sententia homo habitu illo exutus, nempe in peccato existens, Deum diligere super omnia: ac propterea cum Spiritus Sanctus ad diligendum moveret, quin habitum charitatis eidem largiretur. Insuper si peccator absque habitu charitatis diligere Deum valet, verum non erit, quod habitus charitatis requiritur in nobis, in quantum diligimus Deum. De mente avversa à Deo per peccatum inquit: (15) „ Cum rursus mens hominis redit, ut recedat in Deum aspiciat, cum super omnia diligendo (quod tamen sine divina gratia esse non potest) iteratò ad statum charitatis redit. „ Initialis autem amor, juxta ejus propugnatores, ad hoc deservit, quod peccatoris mens ad Deum redeat, cum amet super omnia, ipsumque recedat, hoc est uti finem ultimum super omnia dilectum aspiciat: igitur sine gratia, et charitatis statu esse non potest: ac proinde nec peccator habere quit amorem istum, quin ad charitatem, et gratiam redeat. Et exinde fit, amorem Dei nunquam informem esse: quod amplius firmat dicens: (16) „ Non facit virtutem informem defectus cujuscumque perfectionis, sed ille tantum defectus, qui tollit ordinem ultimi finis. „ Virtutes solummodo informes dicuntur, cum ordo, vel recitudo ultimi finis eisdem defuerit: ast defectu hujusmodi nunquam laborat amor Dei super omnia, quia etsi initialis, aut remissus, Dentis conspicit eum ultimum finem super omnia dilectum: imo initialis amor hanc recitudinem finis, seu vim, ut Deum ita suspiciat, alijs operibus asseritur impartire: Informis ergo haud unquam erit. Ait quoque: (17) „ Charitas est habitus inclinans ad diligendum, sic se habens ad actum dilectionis, sicut calor ad calefactionem: „ cum autem sine calore nulla sit calefactio, nec sine habitu charitatis dilectio erit ulla. Rursus inquit: (18) „ Hoc quod dicitur: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, intelligitur esse præceptum, secundum quod totalitas excludit omne illud, quod impedit perfectam Dei inhesionem. „ Dilectio ergo, quæ nobis præcepto hoc injun-

(13) 4. Sent. d. 27. q. 2. à 3. quæstion. 4. ad. 2.

(14) De virtutibus q. 2. à 1. c. et ad. 2. et ad. 2.

(15) ibi a. 6. q. 2.

(16) ibi ad. 11.

(17) ibi a. 7. ad. 17.

(18) ibi a. 10. ad. 1.

gitur, excludere debet quicquid impedit perfectam Dei inhaesionem, seu unionem non inter ac Deum: hujusmodi autem unionem nil magis, ac fortius impedit, quam grave peccatum, quod nos a Deo separat prorsus, et avertit: cum vero dilectio initialis, suprema illa lege hominibus, juxta Initialistas mandetur, peccatum ipsum evellere debet, ac extirpare. De peccato veniali hoc astruit: (19) „Peccatum veniale non tollit habitum charitatis, sed impedit actum ejus.“ Robustius quidem ad amandum Deum super omnia obstaculum esse videtur peccatum mortale habituale, quam culpa venialis; illud enim gratiam, charitatem habituales, hominis ad Deum conversionem, et Spiritus Sancti dona in nobis penitus extinguit, ac ipsum Spiritum Sanctum, qui in cordibus nostris habitabat, a nobis ipsis expellit. Bona ista, quae maximopere nos ad Deum amandum juvant, integra prorsus, ac intacta relinquit venialis culpa: si ergo haec omnino impedit charitatis, seu dilectionis actum, quomodo eum peccatum illud nocentissimum non impedit? Merito igitur addit: (20) „Summum remedium contra peccatum est, ut homo redeat ad cor suum, convertens illud in Dei dilectionem.“ Numquid vero dilectio Dei, si summum est remedium contra peccatum, illud semper, ac subinde etiam dum intensio caret, non expellet? Quandoquidem gratia, et charitas, quod summa item adversus peccatum medela habeantur, ne semel quidem, ac propterea neque dum remisse sunt, cum eo reperiuntur. Denique Magistrum sententiarum refellit opinantem, Dei dilectionem ex motione Spiritus Sancti, sed sine habitu charitatis fieri; satis in hoc innuens, se nullam agnoscere dilectionem, quae a charitatis habitu non procedat: (21) „Ejus opinio, inquit, vera fuit quidem quantum ad hoc, quod possit, animam moveri a Spiritu Sancto ad diligendum Deum, et proximum: sed imperfecta fuit quantum ad hoc, quia non possit in nobis habitum, quid creatum, quo perficeretur voluntas humana ad hujusmodi dilectionem, nisi actum.“ Porro dilectio initialis, quae a neotericis Scriptoribus propugnatur, fiet quidem in peccatore ex motione Spiritus Sancti, sed absque charitatis habitu, cuius ille nudus est: feret ex auxilio supernaturali hoc tamen non est habitus, et in his testimoniis non auxilium, sed habitum exigit D. Thomas ad diligendum Deum.

10. Praeterea quoniam pacto amor Dei erga nos quandoque interrumpatur, et iterum vigeat, ita edisserit: (22) „Secundum hoc peccatum nobis remitti dicitur, quod Deus nobis pacatur. Quae quidem pax consistit in dilectione, qua Deus diligit nos. Dilectio autem Dei, quantum est ex parte actus divini, est aeterna, et immutabilis; sed quantum ad effectum, quem nobis imprimit, quandoque interrumpitur, prout scilicet ab ipso quandoque deficiamus, et quandoque iterum recuperamus. Effectus autem divinae dilectionis in nobis, qui per peccatum tollitur, est gratia, qua homo fit dignus vita aeterna, a qua peccatum mortale excludit. . . Potest autem apud homines contingere, quod unus homo aliquem alium nec diligit, nec odiat: sed si cum offendat, quod ei dimittat offensam, hoc non potest contingere absque speciali benevolentia. Benevolentia autem Dei ad hominem reparari dicitur per donum gratiae.“ Dilectio Dei a culpa nos eruit, quia cum nos diligit, nobis pacatur, et cum pacatur, nobis peccata remittit: cum autem ipse prior diligit nos, fit inde, quod cum nos eum diligimus, a culpa jam sumus liberi. Effectus divinae dilectionis est gratia, quae hominem vita aeterna dignum constituit: dilectio divina praevent humanam; et ideo dum ista adest, homo iam gratiam, qua aeterna vita dignus efficitur, in se habet. Benevolentia Dei, qua nobis offensam dimittit, reparatur per donum gratiae; et cum in illa Dei dilectio consistat, dum Deus nos diligit, id est priusquam nos ipsum diligamus, jam nos benevolentia intuetur, ipsiusque propterea benevolentia et donum gratiae, et culpae remissionem nobis concedit.

11. De justis merito edisserens inquit: (23) „Homo sine gratia non potest habere, re aequale opus operi, quod ex gratia procedit, quia quanto est perfectior principium actionis, tanto est perfectior actio.“ Et hoc ait, ut astruat, hominem sine

(19) ibi ad. 1. eorum quae in contrarium obijciuntur.

(21) ibi c.

(22) 1. 2. q. 112. a. 2. c. et ad. 1.

(20) ibi a. 11. ad. 19.

(23) ibi q. 114. a. 2. ad. 2.

gratia nequire, vitam aeternam mereri. Itaque quoniam meritum procedit a gratia, sine illa vitam aeternam mereri homo non potest: cum autem amor Dei a gratia item proveniat, absque gratia nemo Deum amare valebit. Et ratio isthaec initialium quoque amorem ab homine gratiae experte removel: etenim quia meritum a gratia proficit, nec exiguum vitae aeternae meritum sine gratia est: igitur cum amor a gratia item progreditur, nec parvulus Dei amor sine gratia erit.

12. De Penitentia agens ait: (24) „Actus quidam laudabiles etiam tempore praecedere possunt actum, et habitum penitentiae, sicut actus fidei, et spei informium, et actus timoris servilis: actus autem, et habitus charitatis simul sunt tempore cum actu, et habitu penitentiae, et cum habitibus aliarum virtutum. Nam in justificatione impij simul est motus liberi arbitrij in Deum, qui est actus fidei per charitatem formatus, et motus liberi arbitrij in peccatum, qui est actus penitentiae: horum tamen duorum actuum primus naturaliter praecedit secundum, nam actus virtutis penitentiae est contra peccatum ex amore Dei: unde primus actus est ratio, et causa secundi.“ Amorem hic inter actus informes, qui penitentiae habitum praecedunt, agnoscit nullum: initialis autem amor, et informis, et virtutem illam, si exsaret, foret praecedens. Deinde habitus, et actus charitatis, seu charitas ipsa, et amor simul sunt tempore cum actu, et habitu penitentiae, et ideo esse nequeunt cum peccato; penitentiae enim habitus gratiae effectus est. (25) „Est autem, (penitentia) inquit, causa gratiae, in quantum est Sacramentum, nam in quantum est virtus, est magis gratiae effectus.“ Et notandum, quod ab hac S. Thomae doctrina recedere videntur Initialistae nonnulli (26) asserentes, quod attritio ab ipsa penitentiae virtute sit; haud quidem ut factus ejus primigenius, et ita praecipuus, ac contritio, sed velut opus ejus secundarium; etenim virtus penitentiae est simul tempore cum habitu charitatis, et nobis cum gratia venit, utpote ipsius effectus: et ideo in peccatore, qui gratia, et charitate caret, minime reperitur, neque in eo ideoque entis poterit attritionem. In justo autem dolor de peccatis, quem virtus ipsa edit, contritio potius, quam attritio vocatur, ut dixi capite XI. Unde merito ait, quod actus virtutis penitentiae est contra peccatum ex amore Dei; sed actus iste in justo unice reperitur, est enim vera contritio, non attritio sive servilis, sive initialis dicatur, utraque enim peccatori tribuitur, secus vero penitentiae virtutis actus, quia iste simul est cum habitu charitatis, et ab actu fidei per charitatem ipsam jam formato procedit. Attamen attritio peccatoris penitentiae actus dici solet, haud sane quoniam a penitentiae virtute, quae illi deest, efficiatur, sed quia est dolor de peccatis; et licet non virtute ipsa, adjuutorio tamen fit Spiritum Sancti, non adhuc quidem inhabitantis, sed tantum moventis, quo penitens adjutus viam sibi ad justitiam parat.

13. Haec quoque de servorum metu statuit: (27) „Timor servilis ex parte servitatis habet, quod sit malus, servitus enim libertati opponitur. Unde cum liber sit, qui sui causa est, ut dicitur in 1. Metaphysicorum, servus est, qui non causa sui operatur, sed quasi ab extrinseco motus. Quicumque autem ex amore aliquid facit, quasi ex se ipso operatur, quia ex propria inclinatione movetur ad operandum. Et ideo contra rationem servilitatis est, quod aliquis ex amore operetur: sic ergo timor servilis in quantum servilis est, charitati contrariatur.“ Servilitas ergo si et charitati, et amori contraria est, cum eis jungi nequibit: et ideo quando servilitas subest homo, nempe dum in peccato est, ex charitate, vel ex amore non poterit operari. Praeterea servilitas, quae utpote mala in peccato consistit, quia contrariatur libertati, et charitati, his advenientibus, evenescit actuum: cum autem dilectioni similiter obsistat, quia est contra rationem servilitatis, quod aliquis ex amore operetur,

Q §

(24) 1. 2. q. 11. a. 6. c.

(25) Concilia. de Sacram. Penit. dissert. 1. c. 9 n. 1. Baluz. la flor del moral. 6. c. 4. f. 1. n. 6.

(27) 1. 2. q. 19. a. 4. c.

(26) ibi. q. 19. a. 1. ad. 1.

imperii, sed consilii res est: ac propterea non bene, ut reor, ad charitatem, et habitualem, et actualem intensam, exclusa actuali remissa, detorqueatur Augustini verba. Imo de proximi dilectione, qua mandato isto novo præcipitur, frequenter ipse, sicut etiam Evangelista, quem exponit, sermocinatur; ac proinde culpæ exclusionem, gratiæ consortium, ac reliqua, quæ huic tribuit dilectioni, amoris Dei super omnia, qui etsi remissus, ea semper perfectior est, concedere quisque debet.

CAPUT. XIV.

*Divus Thomas amorem Dei, et gravem culpam
insociabiles omnino habet.*

1. **P**OST B. Augustinum, D. Thomam producere, æquum est, hic enim illius doctrinæ addictissimus fuit, eamque tanta felicitate callere, tanta fidelitate explanare visus est, ut Augustinus contractus nuncupari meruerit. Afferenda nunc ipsius testimonia æque ipsum, ac optimum ejus Magistrum Augustinum, dilectionis et sceleris societatem improbare patefacient.

2. Super illud: „Si diligitis me, mandata mea servate, et ego rogabo Patrem, et alium Paraclitum dabit vobis:“ inquit: (1) „Dilectio, qua diligamus Deum; est per Spiritum Sanctum. Rom. 5. 5: Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum Sanctum, qui datus est nobis.“ Spiritus Sanctus jam nobis datus, seu in nobis habitans principium est dilectionis, qua Deum amamus: cum verò Spiritus Sanctus detur, et inhabitet media gratia, et charitate, quæ culpæ mortalium non ferunt consortium, neque illud pati valebit Dei dilectio. Id autem nedum de intensa, sed de remissa quoque intelligit dilectione, nam addit: (2) „Nullus enim potest Deum diligere, nisi habeat Spiritum Sanctum; non enim nos prævenimus gratiam Dei, sed ipsa prævenit nos. Ipse enim prior dilexit nos, ut dicitur 1. Joan. 4. 10. Et ideo dicens, quod Apostoli primo quidem receperant Spiritum Sanctum, ut diligenter Deum, et obedirent mandatis ejus: sed necesse erat ad hoc, ut ampliori plenitudine Spiritum Sanctum reciperent, quod bene futerentur diligendo, et obediendo, dono Spiritus Sancti prius accepto. Et secundum hoc est sensus: si diligitis me per Spiritum Sanctum, quem habetis, et obeditis mandatis meis, recipietis Spiritum Sanctum, quem habebitis in ampliori plenitudine.“ Hic de remissa, ac intensa dilectione Apostolorum sermonem habet, et cum utraque asserit Spiritum Sanctum adfuisse, cum altera videlicet absolute, et in ampliori plenitudine cum altera. Docet insuper, quod ut quis Deum amet, habere debet Spiritum Sanctum utique inhabitantem, de quo agit, ac propterea etiam gratiam, et charitatem. Profecad doctrina isthæc corrueret penitus, si amor cum gravi adesset culpa; tum enim peccator, quin Spiritum Sanctum haberet, Deum amaret, et cum à Deo non ametur, sed odio habeatur, Deum ipse prior diligeret, ac proinde ejus gratiam præveniret. Deinde super laudata Apostoll verba illa: „Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum Sanctum, qui datus est nobis:“ ait: (3) „Spiritum Sanctum, qui est amor Patris et Filii, dari nobis, est nos adduci ad participationem amoris, qui est Spiritus Sanctus: à qua quidem participatione efficiamur Dei amatores.“ Amatores itaque Dei efficiamur participatione Spiritus Sancti inhabitantis, de eo namque ipse, et Apostolus loquuntur: cum autem participatio hujusmodi in peccatore non sit, neque Dei amor in eo erit. Similia S. Doctoris verba alia dabo capite XXX. n. 39.

(1) In Joan. 14. lect. 4.
(2) ad Rom. 7. lect. 1.

(3) ibi.

3. In Opusculo de duobus præceptis charitatis, et decem legis præceptis inquit: (4) „Lex timoris facit suos observatores servos; lex vero amoris facit liberos: qui enim operatur solum ex timore, operatur per modum servi; qui vero ex amore, per modum liberi, vel filii. Unde Apostolus 2. Cor. 3. 17: Ubi Spiritus Domini, ibi libertas: quia scilicet tales ex amore ut filii operantur.“ Qui Deum diligit et si remissè, et initialiter diligat, legis amoris observator est juxta Adversarios, et ideo non servus, sed liber, ac Dei filius nuncupari debet; proptereaque absque ullo erit crimine, nam is, qui peccato subjacet, non liber, sed servus est ipsius peccati (5) „A quo enim quis superatus est, hujus et servus est:“ et non Dei, sed Diaboli est filius, juxta illud. (6) „Vos ex patre diabolo estis.“

4. Hac similiter inquit in eodem opusculo: (7) „Hæc lex, scilicet divini amoris, quatuor efficit in homine valde desiderabilia. Primò causat in eo spirituales vitam. Manifestum est enim, quod naturaliter, amatum est in amante; et ideo qui Deum diligit, ipsum in se habet: 1. Joan. 4. 16. Qui manet in charitate, in Deo manet, et Deus in eo. Natura etiam amoris est, quod amantem in amatum transformat. Unde si vilia diligimus, et caduca, viles, et instabiles efficiamur: Osee 9. 10. Faci sunt abominabiles sicut ea, quæ dilexerunt. Si autem Deum diligimus, divini efficiamur, quia ut dicitur. 1. Cor. 6. 17: Qui adhæret Domino, unus Spiritus est. Sed sicut Augustinus dicit: sicut anima est vita corporis, ita Deus est vita animæ.“ Homo itaque, qui legem divini amoris servat, sive qui Deum amat, vitam spiritualem in se habet ab ipsomet amore divinè causatam, spiritualis autem vita in gratia sanctificante est, sicut mors spiritualis in peccato. Præterea homo ille amando Deum, in Deo jam est, et Deum in se habet, in Deum ipsum, quem amat, transformatur: divinus efficitur, fit cum Deo unus spiritus, et sic ei adhæret, ut Deus ipse vita animæ ejus sit, sicut anima vita corporis est. Hæc omnia hominem illum nullo impietatis crimine, sed gratia Dei, quæ nos efficit divinæ consortes naturæ, ornatum potius ostendunt compertissimè. Et loquuntur de amore secundum naturam suam, proptereaque prædicta omnia nedum intenso congruant, sed etiam remissos in hoc namque amoris competitur natura, alioquin amor verus non esset. Addit quoque: „Qui mandatum, et legem divinæ dilectionis servat, totam legem implet.“ Cum autem is, qui Deum amat super omnia, sive intense, sive remissè, divinæ dilectionis servet mandatum, implet sine dubio totam legem, et idcirco nullius sceleris reus est. Subdit item: „Si aliquis aliquem offendit, et ipsum postea intime diligit, propter dilectionem sibi offensam laxat, sicut et Deus diligentibus se peccata dimittit: 1. Petri. 4. 8. Charitas operit multitudinem peccatorum. Et bene dicit, operit, quia scilicet, à Deo non videntur, ut puniat.“ Dum igitur homo peccator Deum diligit, culpam suarum remissionem à Deo ipso obtinet, et ideo dilectio ejus esse nequit cum peccato non remisso.

5. „Joannes dicit: (hoc etiam adjicit) Non quasi nos dilexerimus Deum, sed quoniam ipse prior dilexit nos: quia videlicet, non propterea ipse nos diligit, quia nos prius dilexerimus eum; sed hoc ipsum, quod diligimus eum, causatur in nobis ex dilectione ipsius.“ Atvero contra ex Adversariorum opinamentis res eveniret, nam homo, dum odio habetur à Deo, nempe dum peccator est, Deum ipsum amaret super omnia; hujusmodi autem amore ornatus ad Sacramentum accedens justus fieret, et jam tam à Deo, qui justos omnes diligit, amaretur: ac propterea homo prior Deum diligeret, imò Deus hominem amaret, quia ab eo prius fuerat dilectus. Verum cum id improbet hic D. Thomas ex S. Joanne, fatendum cum eisdem omnino est, quod Deus prior dilexit nos, et quod ejus dilectio nostram causat dilectionem, quatenus confert nobis, ut capite XI. n. 4. asserui, sanctificantem gratiam, cui adest charitas indivisim, quibus nos locupletati, et justè effecti, cum vicissatim amamus.

(4) In Prologo.

(5) 1. Petri. 2. 12.

(6) Joan. 8. 44.

(7) Prologo cit.

„naturalis quoad modum. . . A gratia est quilibet amor Dei super omnia. “ Ipse tamen initialis amoris, qui in peccatore, ac proinde sine gratia habituali erat invenendus, propugnator est accerrimus. Et id mi negotij facessit aliquantillum; etenim amor initialis, utpote dispositio proxima, et ultima ex ejus opinione ad justitiam in Sacramento obtinendam, supernaturalis omnino foret, longaque idcirco naturali amore prastantior: si hic igitur sine gratia non est. quomodo ille absque gratia consistere? Quamquam initialis amor quoad modum dumtaxat, et non quantum ad substantiam supernaturalis diceretur, (quod tamen, ut reor, ipse non diceret) naturali adhuc precelleret, quod ultima ad justificationem esset preparatio juxta ejus assertores, qui illi, et non isti vim tribuunt proxime disponendi. Et exinde duxerim, quod amor Dei etsi initialis, et remissus sine gratia, et cum peccato esse nequeat, si naturali hoc repugnat dilectioni, ac proinde quod „ a gratia est quilibet amor Dei super omnia. “

18. Propositio ista quam sapiens Auditor absque exceptione ulla stabilit, nedum doctrinae D. Thomae supra edisseret, sed et B. Augustino videtur conformis, qui quidem de necessitate gratiae pertrahens ait: (39) „ Liberum arbitrium ad diligendum Deum primi peccati granditate perdidimus. “ Damna primi peccati gratia tantummodo reparantur, et ideo is, qui gratia caret, liberum arbitrium ad diligendum Deum non habet idoneum, eumque propterea amare nequit. Liberum arbitrium hic considerat, haud sane secundum vires suas naturales, haec namque primo delicto non periere, sed secundum virtutem ad diligendum Deum, quam habuit ante lapsum: haec itaque virtus peccato perditur, cum quo idcirco esse non valet, alioquin remansisset post peccatum, sicut permanserunt fides, et spes, quae cum illo possunt coire: si autem virtus ad diligendum Deum extare nequit cum peccato, quomodo cum eo dilectio ipsa consistet? Ut ergo Deum amemus, gratia nobis opus est, quae liberum arbitrium sanet, eique virtutem ad Deum diligendum, quam peccato perdidit, restituat: et gratia isthae habitualis utique est, atque justificans, ac de ea agere videtur Augustinus, nam paulo ante laudata verba, haec habet: (40) „ Opus est gratia tollentis peccatum, vivificantis mortuum peccatorem. “ Sed iterum redeo ad D. Thomam.

19. In Summa contra Gentiles hoc sibi probandum proponit: (41) „ Gratia gratum faciens causat in nobis dilectionem Dei: “ idque evicit multitudine. Caput integrum transcribendum erat; sed ne diutius immorer, has solummodo, earum probationibus missis, propositiones excerptae libuit, nempe.

- „ Per auxilium gratiae divinae gratum facientis hoc homo consequitur, quod Deum diligit. “
- „ Gratia enim gratum faciens est in homine divinae dilectionis effectus. “
- „ Proprius autem divinae dilectionis effectus in homine esse videtur, quod Deum diligit. “
- „ Ex gratia gratum faciente hoc in homine consequitur, quod Deum diligit. “
- „ Per gratiam ergo gratum facientem homo constituitur Dei dilector. “
- „ Principalis ergo effectus gratiae gratum facientis est, ut homo Deum diligit. “
- „ Per gratiam ergo homo efficitur Dei dilector. “
- „ Necessarium est, quod per eandem gratiam (gratum facientem) Dei dilectio constituitur in nobis. “
- „ Gratia, quae ad finem divinae visionis dirigit, dilectionem Dei causat in nobis. “

Hae inquit, et inculcat voces, ut de dilectionis nostrae origine, ejusque cum gratia consortio, ac propterea cum peccato insociabilitate saltem ex ipsius mente amplius non dubitetur. Dilectio divina causat nostram dilectionem, eaque idcirco prior est: sed ipsa divina dilectio nobis tribuit gratiam gratum facientem, qua nos jam Deo grati, ac proinde justii effecti Deum ipsum amamus. Haec veluti summa est hujus doctrinae Angelici Magistri. Et quamvis etiam doceat, fidem, ac spem a gratia simili-

(39) Ep. 117. al. 107. ad Vitalem c. 4. n. 22.

(40) Lib. 3. c. 154.

(41) Ibi n. 11.

ter esse gratum faciente, simul enim cum ea homini illas non habenti in justificatione prastantur; atvero cum virtutes istae sint a gratia separabiles, absque illa plenaeque sunt earum opera, nempe credere, et sperare; charitas autem divelli nequit a gratia, cum qua idcirco semper esse debet adus illius, scilicet diligere Deum. Legi possunt utiliter quae super hunc locum D. Thomae scribit doctus ejus Commentator Franciscus de Sylvestrus Ferrariensis.

20. In eadem Summa ait etiam S. Doctor: (42) „ Etsi omnibus (gratiae effectibus) gratiae nomen competat, quia gratis absque precedenti merito conferuntur, solus tamen dilectionis effectus ulterius nomen gratiae meretur ex hoc, quod gratum Deo facit. Dicitur enim Prov. 8: Ego diligentes me diligo: unde fides, et spes, et alia, quae ad fidem ordinantur, possunt esse in peccatoribus, qui non sunt Deo grati: sola autem dilectio est proprium donum justorum. “ Dilectio hominem Deo gratum facit, et inde fit, sanctificantem secum habere gratiam, sine qua nos Deo grati non sumus: nam haec gratia est, quae ab ipso D. Thoma vocatur sepiissime *gratum faciens*. Deinde licet fides, et spes in peccatoribus esse valeant, secus autem dilectio, quia haec est donum proprium justorum, et ideo in justis unice comperitur, sicut ob eandem rationem charitas, et gratia in eis dumtaxat possunt inveniri. Sed audi Ferrariensem sic locum istum enodantem: „ Quamvis omnibus (gratiae effectibus) gratiae nomen conveniat, quia gratis absque precedenti merito conferuntur, solus tamen dilectionis effectus etiam propter hoc nomen gratiae meretur, quod gratum Deo facit, juxta id, quod dicitur, Prov. 8: unde fides, et spes etiam in peccatoribus esse possunt, dilectio autem in solis justis. . . Non ideo hoc dicitur de dilectione, et charitate, quasi sit primum, per quod homo redditur Deo gratus: ostensum est enim, hoc gratiae convenire, quae est aliquo modo charitatis causa, sed quia secundo modo redditur hominem Deo gratum, et dilectum, utpote quae non possit in anima absque gratia gratum faciente esse. “ Et addit Angelicus Doctor. „ Est autem et alia differentia in praedictis effectibus gratiae consideranda. Nam quidam eorum sunt ad totam vitam hominis necessarii; utpote sine quibus salus esse non potest: sicut credere, sperare, diligere, et preceptis Dei obedire: et ad hos effectus necesse est, habere habituales perfectiones hominibus inesse, ut secundum eas agere possint, cum fuerit tempus. Alii vero effectus sunt necessarii, non per totam vitam, sed certis temporibus, et locis: sicut facere miracula, praenuntiare futura, et hujusmodi: et ad hos non dantur habituales perfectiones, sed impressiones quaedam sunt a Deo, quae cessant actu cessante; et eas oportet iterari, cum actus iterari, fuerit opportunum: sicut autem prophetiae in qualibet revelatione novo lumine illustrantur; et in qualibet miraculorum operatione oportet adesse novam efficaciam divinae virtutis. “ Huic assensientis doctrinae, ad dilectionem efficiendam perfectiones habituales postulo, nimirum habitus gratiae, et charitatis: ac sine his, et cum transeunte quadam impressione, seu auxilio ab impio poenitente Deum diligit, Initialista dicitur: hoc autem supra assertum a D. Thoma differentiam evertere videtur.

(42) Ibi c. 154.



Nec parva contritio se unquam sceleribus adjungit.

1. **A**nti-Attritionarii in suo sensu abundantes, nedum initialem amorem, sed remissam quoque contritionem criminibus sociare non renuunt: et satis in hoc sibimetipsis constare videntur; etenim contritio, utpote dolor de peccatis propter Deum super omnia dilectum, si exigua fuerit, ultra dolorem, exiguum pariter dicit amorem. Dolor plerumque culpæ socius est, ut hominis noxa infecti dolor, nempe attritio liquido ostendit: quapropter si exiguus amor illud icidem consortium ferat, ut ipsi contendunt, parva contritio absque dubio esse poterit cum peccato; et consequenter prævia, et non concomitans ad gratiam erit preparatio. Doctrina hæc nil admodum, ut reor, Doctori Angelico est consentanea; ipse namque contritionem, quin parvam excipiat, gratiæ, justificationisque perpetuò facit sodalem: sed quia Initialistis quibusdam, qui de thomistico grege sunt, impensè illa ardet, ipsius Angelici Magistri auctoritate in primis profliganda est, sicut profligari revera videtur subsequentiis testimonijs.

2. (1) „Minima contritio sufficit ad deletionem omnium peccatorum. Sed secundum quantitatem contritionis attenditur quantitas charitatis, in qua quis resurgit... Quantulumcumque de peccato doleat, et ad gratiam se præparet, dummodo ad terminum contritionis perveniat, qua plus displicet ei à Deo recessisse, quam aliquod tempus, vale placuit, gratiam habebit.“ Tria hic statuit, quæ præsentem Initialistarum sententiam oppugnant, nimirum, quod quantulumcumque sit dolor de peccato, ac proinde etsi parvus, aut minimus, modo sit vera contritio, gratiam secum habet: quod minima contritio delet omnia peccata: quod contritio est veluti mensura quædam charitatis, ac propterea gratiæ icidem, quas homo in justificatione nanciscitur, ita ut dona hæc exigua sint, si exiguus fuerit contritionis actus, vel magna, si magnus sit actus iste: et hæc omnia vera non essent, si parva contritio cum peccato mortali aliquando reperiretur.

3. (2) Præterea. Rom. 6. 23. dicitur: Gratia Dei vita æterna: sed contritio non est sine gratia. Ergo qui habet fidem, et contritionem, etiam sine Baptismo aqz salvatur: „Si contritio non est sine gratia, nunquam erit cum peccato, sicut charitatis virtus, quod sine gratia similiter non sit, nec cum gravi culpa ullo tempore invenitur. Imo si contritio est cum peccato, deduci non potest, quod is qui fidem habet, et contritionem, salvetur sine Baptismo aqz.“

4. (3) „Sicut offensa habuit infinitatem, ita etiam et unius contritionis actus habet quandam infinitatem, tum ex virtute gratiæ, quæ dat operibus infinitum valorem, ut scilicet per ea homo infinitum bonum mereatur; tum ex merito Christi, quod operatur in omnibus Sacramentis, et in omnibus meritis nostris.“ Contritionem hic nedum gratiæ, sed etiam merito vitæ æternæ sociat. Et loquitur non de intensa tantum, sed de quacumque contritione, ac proinde de remissa quoque, ut verba illa indicant: „unus contritionis actus:“ quæ et intensa et remissa congruunt. Hujusmodi autem actus infinitatem, seu valorem à Sacramentis derivatum non semper secum habet; bene verò illum quem, à gratia recipit, et merito Christi. Præterea contritionem cum offensa culpæ mortalis confert: offensa autem, etsi intensa culpa non sit, infinitatem quandam habet: igitur et contritio, quamvis sit remissa, infinitatem etiam, quam eidem hic attribuit, habebit: ob idque sine peccato erit, cum quo nec infinitus valor ille, nec infiniti boni meritum consistit.

5. (4) „Motus liberi arbitrij, scilicet contritio est meritorius: Ergo est informatus gratiæ.“ Lethalis culpa neque cum merito, neque cum gratia informante esse valet

(1) 3. Sent. d. 31. q. 1. d. 4. quæstiunc. 3.
 (2) 4. Sent. d. 4. q. 3. d. 3. quæstiunc. 1.
 (3) ibi. d. 14. q. 1. d. 4. quæstiunc. 1. ad. 1.
 (4) ib. d. 17. q. 1. d. 4. quæstiunc. 1.

ideoque contritio, si meritoria est, et gratia informatur, longè erit ab omni crimine. Eandem doctrinam iterum tradit dicens: (5) „Nihil est meritorium nisi actus virtutis: sed contritio est actus quidam meritorius: Ergo est actus virtutis.“ Contritio non solum est meritoria, subindeque gratia informatæ, sed etiam actus virtutis, scilicet penitentia: (6) „Contritio est dolor per essentiam, et est actus virtutis penitentia: et hæc etiam ratione peccati sociæ esse nequit, penitentia quippe virtus cum gratia ipsa nobis advenit, sicut capite præcedenti dictum est. Unde merito addit: (7) „Antequam gratia infundatur, non est habitus, à quo actus contritionis postea elicitur.“

6. (8) „In ipso motu contritionis justificatur penitens, sicut in ipso actu ablutionis baptismalis justificatur puer baptizatus. Tunc autem aliquis justificatur, quando gratiam recipit: Unde simul cum gratiæ infusione, et justificatione est motus contritionis; sed motus attritionis præcedit quasi preparatorius. Nos autem nunc non loquimur de preparatorijs ad justificationem, sed de his, quæ intrant substantiam ipsius.“ Itaque motus liberi arbitrij, qui justificationem præcedit, non est contritio, sed attritio; proptereaque contritio non prævia ad justificationem, sed eam comitans, vel ipsius intrans substantiam dicenda est preparatio: quapropter necessum est, quod in ipso contritionis motu justificetur penitens, et gratiam recipiat; ob idque cum ipsa justificatione, et gratiæ infusione contritio est: quomodo ergo esse poterit cum peccato? Rectè idcirco addit: „Sicut ad contritionis motum requiritur, quod adsit gratia, ita quod absit culpa, quia cum ea esse non potest.“ Unde fit, contritionem vel remissam esse cum peccato incohibilem; quandoquidem charitatis virtus, quod ad eam possidendam gratia adesse debeat, quamvis remissa sit, cum eo est etiam insociabilis: et gratia ipsa, quia cum culpa esse non potest, cum ea, etsi in gradu remisso reperitur, neutiquam valet convenire.

7. (9) „Attritionis principium est timor servilis, contritionis autem timor initialis.“ In timore initiali, proptereaquod et culpam fugit, et penam, filialis clauditur timor, à quo proinde contritio etiam est, si ab illo profuit. Id apertius stabilitur in Supplemento, ubi sic prædicta verba leguntur: (10) „Contritionis autem timor filialis.“ Hinc contritionem ipsam criminis societatem non habere perspicue deducitur; siquidem timor filialis à fide gratiæ, et charitate formata exoritur: (11) „Primi timoris, inquit, scilicet servilis, est causa fides informis; et secundi timoris, scilicet filialis, est causa fides formata; quæ per charitatem facit hominem Deo adharere, et ei subijci.“ Scias tamen, Initialistas, qui ab homine attritio, et in peccato adhuc existente filialem timorem ultra amorem initialem exigunt, et præviam dispositionem, culpæque idcirco comitem faciunt, ab ista dissentire B. Thomæ sententia: nam à quo pacto filialis timor esse poterit criminum socius, si ejus causa est fides formata, quæ per charitatem facit hominem Deo adharere, et ei subijci? Attritio hominis timor ab ejus fide informi provenit; timor autem, qui ab informi nascitur fide, non filialis est, sed servilis juxta hanc D. Thomæ doctrinam. Ceterum ad contritionem redeo.

8. (12) „In contritione tria consideranda sunt. Primum est contritionis genus, quod est dolor. Secundum est contritionis forma, quia est actus virtutis gratiæ informatus. Tertium est contritionis efficacia, quia est meritorius, et sacramentalis, et quodammodo satisfactorius.“ Deficiente vel genere, vel forma contritionis, nequit contritio ipsa nec in gradu remisso consistere: unde assertit, beatos contritionem non habere, quia licet eis insit contritionis forma, nempe informatio gratiæ, deest tamen contritionis genus, dolor scilicet: et contra verò damnatos nulla affici contritione vera, quia etsi habeant contritionis genus, nimirum dolorem, ac contritionis forma,

R

(1) ibi. q. 2. a. 1. quæstiunc. 1.

(2) ibi. quæstiunc. 1. sol.

(3) ibi. q. 1. a. 1. quæstiunc. 1.

(4) ibi. q. 2. a. 1. c. 1.

(5) ibi. ad. 1.

(6) ibi. q. 1. d. 4. quæstiunc. 1. Sol.

(7) q. 1. a. 1.

(8) loc. cit. Sent. q. 1. a. 4. quæstiunc. 3. sol.

scu gratia informatione omnino sunt destituti. Cum ergo homo in peccato existens, quamvis de peccatis suis doleat, forma contritionis, videlicet informatione gratia careat prorsus, non contritionem veram, sed attritionem unice habere dicendus est.

9. Deinde sciscitatur ipse, inum peccati remissio sit contritionis effectus? Et agenti subscribit sententia, quam sic ostendit: (13) „ Virtus, et vitium eiusdem causis corrumpuntur, et generantur: sed per inordinatum amorem cordis peccatum committitur: Ergo per dolorem ex amore charitatis ordinato causatum solvitur et sic peccatum contritio delet. “ Hic ad delendam peccatum contritioni præbet vim, et ne dum intensæ, sed etiam remissa, quia quantumvis exigua, dolor est ex amore charitatis ordinato causatus, et ideo delere culpam debet. Verum id apertius adhuc edisserit, dum exquirat, an contritio parva sufficiat ad deletionem magnoꝝ peccatoꝝ. In qua questione, quæ à proposita hic difficultate alia non est, asserentium partes amplectitur dicens: (14) „ Quælibet gratia gratum faciens delet omnem culpam mortalem; quia simul cum ea stare non potest: sed quælibet contritio est gratia gratum faciente informata: Ergo quantumcumque sit parva, delet omnem culpam. “ Nulla igitur contritio, quæ gratia non informetur, nulla, quæ peccata non deleat: et ideo licet parva, licet remissa, licet inchoata, modo vera sit contritio, cum nullo crimine esse valet. Si ulla, vel minima, gratia non informaretur, perperam stabilliret thesim illam: „ Quælibet contritio est gratia gratum faciente informata: “ et pejus inferret. Ergo quantumcumque sit parva, delet omnem culpam: “ etenim cum contritio culpam deleat propter gratiam, qua informatur, si vacat, dum exigua est, istiusmodi informatione, culpam nullatenus debet.

10. Ceterum propositionem illam non solum infert, sed repetit quoque inquisiens (15) „ Quantumcumque parvus sit dolor, dummodo ad contritionis rationem sufficiat, omnem culpam delet: “ et causam subjicit, cur contritio quantumvis parva, satia sit ad delenda magna crimina, nimirum quia non magnitudine, aut intensione agit, sed infinita quadam virtute, quæ in ea viget, et infinitam ei præbet efficaciam: (16) „ Medicinæ spirituales habent efficaciam infinitam ex virtute infinita, quæ in eis operatur: et ideo illa medicina, quæ sufficit ad curationem parvi peccati, sufficit etiam ad curationem magni, sicut patet de Baptismo, quo et magna, et parva peccata solvuntur: et similiter est de contritione, dummodo ad rationem contritionis pertingat. “ Virtus autem, quæ miram adeo contritioni præbet efficaciam, ipsa charitas est, quæ ratione quadam, videlicet objectivè, ut ajunt, infinita vocatur: (17) „ Dolor contritionis, nis, ait, quamvis sit finitus quantum ad intensiorem, sicut etiam et poena peccato mortali debita finita est; habet tamen infinitam virtutem ex charitate, qua informatur, et secundum hoc potest valere ad deletionem culpæ, et poenæ. “ Charitate igitur informatæ contritionis dolor, et idcirco licet intensus non sit, sufficit, ut à culpa mortali liberet, et poena aeterna.

11. Asserit tamen P. Concina, Doctorem Angelicum in testimonijs, quæ duobus hisce numeris producantur, de contritione agere sanctificante gratia informatam, et more suo, id est fixantium instat addit: (18) „ Toto celo aberrant oppositores, si somniant S. Thomam loqui de contritione extra Sacramentum. “ Sed vide, ne tu ipse vigilans somnio labores: etenim si de contritione gratia informatam agit, quomodo de ea loquitur intra Sacramentum? Numquid contritio intra Sacramentum dumtaxat gratia informatur? si hoc dicis, ipsi Doctores Angelico, imò et Tridentino contradicis. Affatut utique de contritione gratia informatam; contritio autem extra Sacramentum gratia formata est. Sermocinatur itidem de contritione culpam delente; et eam delet extra Sacramentum. Ulro igitur fatendum, quod de contritione gratia informatam verba faciat, sed astruendo, quod quælibet contritio est gratia gratum faciente informatam. quod quantumcumque sit parva, delet omnem culpam, quod quantumcumque parvus sit dolor, dummodo ad contritionis rationem sufficiat, omnem culpam delet: in quo aper-

(13) Ibi a. 5. questione. 7.
(17) Ibi questione. 2. ad 1.

(14) Ibi questunc. 3.

(15) Ibi sol.

(16) Ibi ad 2.

(18) De Sacram. Pœnitent. Diss. 2. c. 2. §. 1. n. 2.

issime, meo saltem iudicio, tradit, nullam esse contritionem veram, quæ sanctificante gratia non formetur, et peccata non extinguat.

12. (19) „ Contritio, subdit Aquinas, est in qua datur charitas. “ Igitur et cum remissa, si vera est contritio, charitas, ac proinde gratia nobis adventunt. Ait similiter: (20) „ Contritio cum proposito confitendi, et desiderio absolutionis sufficit ad liberandum à morte aeterna. “ Contritio quævis, ac propterea etiam remissa, confitendi propositum, et desiderium idcirco absolutionis semper secum habet, alioquin vera contritio non erit, ait enim: (21) „ Cum propositum confitendi sit annexum contritioni, tunc tenetur aliquis ad hoc propositum, quando ad contritionem tenetur. “ Igitur eliciens contritionem remissam à morte aeterna liberatur.

13. In questione 28. de veritate nonnulla docet, quæ hic preferri possunt opportunè. Ait præmissis: (22) „ Contritio ab attritione præcedenti non differt solum secundum intensiorem doloris, sed secundum informationem gratia. “ Igitur dolor de peccatis, qui gratia non informatur, non differt ab attritione præcedenti, proptereaque non contritio, sed attritio est. Addit: (23) „ Contritio est motus ad remissionem culpæ, non quasi ab ea distans, sed ut ei conjuncta. “ Contritio itaque, quæ culpæ remissioni non est conjuncta, non est contritio. Ait itidem: (24) „ Contritio est à gratia sicut ab informantè. “ Igitur licet exigua, cum peccato non est; etenim charitatis virtus proptereaquod gratia informatur, licet remissa sit, nunquam habitat cum mortali culpa: unde contritio pariter, si gratia ipsa informatur, etsi intensione careat, cum peccato esse nequit. Subdit quoque: (25) „ Contritio est à libero arbitrio, et à gratia. Secundum quod procedit à libero arbitrio, est dispositio ad gratiam simul existens cum gratia; sicut dispositio, quæ est necessitas, simul est cum gratia; sed secundum quod est à gratia, comparatur ut actus secundus ad gratiam. “ Contritio ergo non prævia ad gratiam, sed concomitans est dispositio, cum ea simul existens, et ipsiusmet gratiæ actus secundus: Quomodo ergo existere poterit ante gratiam? Quomodo sine illa, et cum peccato erit?

14. Hoc insuper sibi objicit momentum: „ Contritio non potest esse simul cum peccato: Ergo remissio peccati naturaliter contritionem præcedit: “ siqua contritio mortali culpæ copulari posset, priorem argumenti propositionem improbaret, et sic illud facile solveret: eam tamen minimè negat, sed illa potius ceu vera admessa, ita respondet: (26) „ Dicendum, quod ex illa ratione non sequitur, quod remotio culpæ præcedat contritionem, quia per ipsam contritionem quodammodo culpa remittitur, sicut per calorem in summo expellitur forma aquæ, et ita non sunt simul et similes, licet nec culpa, et contritio. “ Calor summus expellit dispositivè formam aquæ, et ignis formam introducit, et idcirco concomitans dispositio est, cum hac, et non cum illa existens. Unde contritio similiter, quæ calori illi confertur, culpam excludit, et ipsius remissionem secum afferet: ob idque preparatio, haud prævia sanè, et culpæ sociata, sed comitans est remissionis gratiam. Neque ad id numeris explendum, summè intensa, sicut calor ille, esse debet contritio, quia, ut supra monui, non intensione, sed alia virtute operatur. Ait demum: (27) „ Contritio non potest esse sine charitate, per quam omnia dimittuntur peccata. “ Nulla ergo existit contritio sine charitate peccata remittente, quæ perfecta est, ac propterea nec sine gratia, qua cum nobis charitas ista donatur.

15. Laudata hucusque S. Doctoris verba satis superque ostendunt, contritionem etsi exiguam, et culpam ex ejus mente esse unà non posse: et ideo cetera, quæ afferri poterant, lubenti animo prætereo. Attamen eorum, quæ prætermittuntur loco, alia duo inelyti Ordinis Prædicatoꝝ ornamenta memorabo, videlicet B. Albertum Magnum, et S. Vincentium. Prior ait: (28) „ Minima contritio omnes animæ maculas del-

R §

(19) loc. cit. Sent. 9. 1. a. 2. questione. 1. ad 1.

(21) Ibi a. 1. questione. 4. Sol. (22) a. 8. ad 1.

(17) ad 1. (26) ad 7.

(18) Tom. 21. In paradiso animæ c. 12.

(20) Ibi a. 1. questione. 7. ad 2.

(23) ad 5. (24) ad 1. in comparatione

(27) Quodl. 2. a. 2. c.

let, mortem eternam occidit, benedictionem Dei Patris confert, amicitiam Filii Dei reddit, familiaritatem Spiritus Sancti, societatemque civium supernorum restituit. Et quantumcumque sit parva contritio, magis satisficit, quam maxima elemosynarum largitio. "Contritio minima prestat hæc omnia, quæ sine gratia nullatenus consistunt, sine qua idcirco nec minima ipsa contritio est. Porro si contritio minima est cum gratia, æquanam contritio erit sine illa? Nulla prorsus. Posterior inquit: (29) "Quantumcumque peccata sint gravis, et horribilia, tanta est virtus contritionis, quæ si vera sit, non est sine gratia, quod purificat animam ab omnibus culpis mortalibus. . . Una gutta, sive lacryma veræ contritionis curat animam ab omnibus culpis mortalibus." Et addit: (30) "Si unus homo occidisset omnes Apostolos, et Joseph patrem putativum: imo etiam si Virginem violasset, et ipsum Christum propriis manibus crucifixisset, si post haberet tantam contritionem ut granum sinapis, et peteret veniam in hoc mundo, Christus statim parceret sibi." Insuper de alabastro unguenti B. Magdalene ait: (31) "Alabastrum est cor peccatoris, in quo est unguentum pretiosum, et medicinale contritionis ad curandum peccata: nam gutta huius unguenti curat omnes culpas peccatorum mortalium, nam conclusio est Theologorum, quod vera contritio quantumcumque minima, non est sine gratia." Contritio itaque etsi parvula con gutta, etsi minutula sicut granum sinapis, ac demum etsi omnium minima, hominis peccata, quamquam sint enormissima, penitus delet. Nec dici potest, quod S. Vincentius de ea contritione sermonem faciat, quæ gratia informatur, quasi aliqua sit informatione ista carens, quæ idcirco peccata non auferat nam responsum istud, quo uti solent Initialistæ, ut Angelici Præceptoris auctoritates solvant, præcludit omnino S. Vincentius innuens, quod contritio cum gratia semper est, sive quod quantumcumque minima, non est sine gratia. Et hæc Sancti huius ætate apud Theologos conclusio invaluit, nullumque propterea de ea re inter eos dissidium fuisse, sed omnes in eam per id tempus consensisse videtur. Præterquamquod utriusque Sancti verba produnt affatim, contritionem etsi minimam sanctificantis gratiæ perfur semper consortio; etenim peccatorum expulsio proprius est gratiæ ipsius effectus: quocirca si minima contritio peccata pellit, gratiæ habet societatem. Perfecto fides, spes, timor, et dolor peccata etiam destruunt, sed quia sine gratia plerumque sunt, nemo ait absolutè. "minima fides delicta pellit: minima spes crimina tollit, minimus timor flagitia auferit, minimus dolor culpas evellit: cum autem absolutè dicatur, minima contritio peccata delet: nosse exinde est, contritionem semper esse cum gratia, cuius est anima maculas abstergere.

16. Contritio insuper, licet parva sit, vera charitate perficitur, et exornatur, quæ est dolor de peccatis propter Deum summè dilectum, et Deum ita diligere, charitatis officium est. In hac ipsa contritione Sacramenti suscipiendi votum includitur. Porro contritionem charitate perfectam, et includentem votum istud hominem extra Sacramentum justificare, Tridentinum docet his verbis: (32) "Docet præterea, etsi contritionem hæc aliquando charitate perfectam esse contingat, hominemque Deo reconciliare, priusquam hoc Sacramentum actu suscipiatur, ipsam nihilominus reconciliationem ipsi contritioni sine Sacramenti voto, quod in illa includitur, non esse adscribendam.

17. Sed prælaudatus Concina contendit, contritionem non semper, sed aliquando hominem justificare, proptereaquod in his Concilii verbis adverbium ipsum *aliquando* reperitur, et ait: (33) "Si contritioni semper esset adjuncta charitas perfecta, numquid concillium diceret, *aliquando* dumtaxat id contingere? Ergo planum est, Concilium supponere, contritionem communiter non justificare, etsi charitate aliqua imperfecta, formatam." At vero contritio hæud una, sed duplex est, secundum ipsum Concilium, alia nimirum perfecta, quæ charitate vera semper ornatur, quia est dolor de peccatis propter Deum summè dilectum; et hæc contritio absolutè vocatur: alia imperfecta,

(29) Dom. 14. post festum SS. Trinit. serm. 2. et Dom. 17. serm. 4. editionis Antwerpensis 1772.

(30) Dom. 14. serm. 2. (31) Feria 2. post. Dom. Passionis. (32) Sess. 13. cap. 4.

(33) Ubi supra c. 5. §. 2. d. 2.

quæ non charitate, sed timore exoritur; et hæc attritio dicitur. Contritio itaque non semper, sed aliquando, nempe quando perfecta est, charitate perficitur, et ornatur, et tunc reconciliationem perficit, quamvis reconciliatio ipsa non contritioni uni, sed eidem, ac voto Sacramenti adscribenda est. Charitas autem, quæ ornatur contritio, sicut et contritio ipsa perfecta nuncupatur, non quia semper intensa, sed quia cum gratia, et sine peccato semper est. Unde particula *aliquando* in hac dumtaxat clausula reperitur: "Etsi contritionem hæc aliquando charitate perfectam esse contingat: secus verò in ista: "hominemque Deo reconciliare, priusquam hoc Sacramentum actu suscipiatur: "in quo satis innuit Concilium, quod contritio licet non semper, sed aliquando charitate perficitur, dum charitate tamen perfecta est, non aliquando, sed semper reconciliationem operatur. (34) "Adverbium *aliquando*, ait Juenin, non cadit in reconciliationem impii, de qua Concilium loquitur, sed in hos terminos, *charitate perfectam*: ita ut sensus sit, contingere aliquando, contritionem esse charitate perfectam; non vero contritionem charitate perfectam reconciliare aliquando impium, antequam Sacramentum actu recipiat. "Quapropter qui asserit, contritionem vera charitate perfectam, seu ornata aliquando non reconciliare, huic Tridentini sanctioni videtur contrari; imo et ad hæc Balth. thesim accedere: 68. "Per contritionem, etiam charitate perfectam, et cum voto suscipiendi Sacramentum conjunctam, non remittitur crimen extra casum necessitatis, aut Martyrii, sine actuali susceptione Sacramenti."

(34) Comment. de Sacramentis diss. 6. q. 4. c. 2. 1. 5. 3.

CAPUT XVI.

Aliquibus etiam rationibus amoris, et peccati insociabilitas comprobatur.

1. Mortifero patrato scelere, charitatem funditus interire, perspicuum est; tum enim sanctificans ipsa gratia misere perit, et charitas vel ipsamet gratia est, ut ajunt nonnulli, vel si à gratia differt, ut docet D. Thomas, (1) sine illa nullatenus esse valet. Eapropter peccatum mortale nedum gratiæ, sed charitatis etiam privatio est, vel hæc necesse inducit: charitatis autem privatio quovis actu charitatis, vel amoris intercidit, sicut privatio visus, seu cæcitas, et privatio fidei, nempe infidelitas fidei, ac visionis actu quolibet intercidunt similiter. Unde quemadmodum actus hujusmodi, licet intentione careant, infidelitatem, cæcitatemque auferunt prorsus, ita et amor etsi remissus culpam debet evertere.

2. Dei amor suapte natura justificanti gratiæ adnectitur, vel non? Si adnectitur, quamvis exiguus sit, sine gratia illa numquam erit, hæud aliter quam penitentia, charitatisque virtutes, quæ quidem quod ejusmodi nexum habeant, sine gratia, quamquam remisse sint, minimè reperuntur. Si non adnectitur gratiæ amor, hic profecto licet intentione potiatur, sine illa esse valebit, sicut fidei, spei, timoris, et doloris actus, proptereaquod simili cum gratia nexu destituti sint, absque ea, etsi intensi, et fervidi, passim inveniuntur. Quapropter aut utrumque, aut neutrum, Intensus videlicet amorem, et remissum gratiæ divinæ adjungere oportet: cum autem Initialistæ nexum hunc intenso liberaliter indulgent, remisso item tribuant, æquum erit.

3. Idipsam quoque naturæ ipsius opera evincunt aperte, etenim si ea cum anima non connecti accidat, sine anima plerumque sunt, ut in calefactione liquet, quæ ratio hæc, licet intensissima sit, longè ab anima reperiri solet; si verò cum anima necantur, absque ea, quantumvis remissa, nullo modo comperiuntur; sicut in visione corporali patet, quæ sane quoniam visus sensui, et animæ connectitur, sine illis quantumcumque remissa sit, hæud unquam erit. Pari itaque ratione amor Dei, vel remissus cum

(1) 2. 2. q. 110. a. 1. c.

let, mortem eternam occidit, benedictionem Dei Patris confert, amicitiam Filii Dei reddit, familiaritatem Spiritus Sancti, societatemque civium supernorum restituit. Et quantumcumque sit parva contritio, magis satisficit, quam maxima elemosynarum largitio. "Contritio minima prestat hæc omnia, quæ sine gratia nullatenus consistunt, sine qua idcirco nec minima ipsa contritio est. Porro si contritio minima est cum gratia, æquanam contritio erit sine illa? Nulla prorsus. Posterior inquit: (29) "Quantumcumque peccata sint gravis, et horribilia, tanta est virtus contritionis, quæ si vera sit, non est sine gratia, quod purificat animam ab omnibus culpis mortalibus. . . Una gutta, sive lacryma veræ contritionis curat animam ab omnibus culpis mortalibus." Et addit: (30) "Si unus homo occidisset omnes Apostolos, et Joseph patrem putativum: imo etiam si Virginem violasset, et ipsum Christum propriis manibus crucifixisset, si post haberet tantam contritionem ut granum sinapis, et peteret veniam in hoc mundo, Christus statim parceret sibi." Insuper de alabastrum unguenti B. Magdalene ait: (31) "Alabastrum est cor peccatoris, in quo est unguentum pretiosum, et medicinale contritionis ad curandum peccata: nam gutta huius unguenti curat omnes culpas peccatorum mortalium, nam conclusio est Theologorum, quod vera contritio quantumcumque minima, non est sine gratia." Contritio itaque etsi parvula con gutta, etsi minutula sicut granum sinapis, ac demum etsi omnium minima, hominis peccata, quamquam sint enormissima, penitus delet. Nec dici potest, quod S. Vincentius de ea contritione sermonem faciat, quæ gratia informatur, quasi aliqua sit informatione ista carens, quæ idcirco peccata non auferat nam responsum istud, quo uti solent Initialistæ, ut Angelici Præceptoris auctoritates solvant, præcludit omnino S. Vincentius innuens, quod contritio cum gratia semper est, sive quod quantumcumque minima, non est sine gratia. Et hæc Sancti huius ætate apud Theologos conclusio invaluit, nullumque propterea de ea re inter eos dissidium fuisse, sed omnes in eam per id tempus consensisse videtur. Præterquamquod utriusque Sancti verba produnt affatim, contritionem etsi minimam sanctificantis gratiæ perfur semper consortio; etenim peccatorum expulsio proprius est gratiæ ipsius effectus: quocirca si minima contritio peccata pellit, gratiæ habet societatem. Perfecto fides, spes, timor, et dolor peccata etiam destruunt, sed quia sine gratia plerumque sunt, nemo ait absolutè. "minima fides delicta pellit: minima spes crimina tollit, minimus timor flagitia aufert, minimus dolor culpas evellit: cum autem absolutè dicatur, minima contritio peccata delet: nosse exinde est, contritionem semper esse cum gratia, cuius est anima maculas abstergere.

16. Contritio insuper, licet parva sit, vera charitate perficitur, et exornatur, quæ est dolor de peccatis propter Deum summè dilectum, et Deum ita diligere, charitatis officium est. In hac ipsa contritione Sacramenti suscipiendi votum includitur. Porro contritionem charitate perfectam, et includentem votum istud hominem extra Sacramentum justificare, Tridentinum docet his verbis: (32) "Docet præterea, etsi contritionem hæc aliquando charitate perfectam esse contingat, hominemque Deo reconciliare, priusquam hoc Sacramentum actu suscipiatur, ipsam nihilominus reconciliationem ipsi contritioni sine Sacramenti voto, quod in illa includitur, non esse adscribendam.

17. Sed prælaudatus Concina contendit, contritionem non semper, sed aliquando hominem justificare, proptereaquod in his Concilii verbis adverbium ipsum *aliquando* reperitur, et ait: (33) "Si contritioni semper esset adjuncta charitas perfecta, numquid concillium diceret, *aliquando* dumtaxat id contingere? Ergo planum est, Concilium supponere, contritionem communiter non justificare, etsi charitate aliqua imperfecta, formatam." At vero contritio hæc una, sed duplex est, secundum ipsum Concilium, alia nimirum perfecta, quæ charitate vera semper ornatur, quia est dolor de peccatis propter Deum summè dilectum; et hæc contritio absolutè vocatur: alia imperfecta,

(29) Dom. 14. post festum SS. Trinit. serm. 2. et Dom. 17. serm. 4. editionis Antwerpensis 1772.

(30) Dom. 14. serm. 2. (31) Feria 2. post. Dom. Passionis. (32) Sess. 13. cap. 4.

(33) Ubi supra c. 5. §. 2. d. 2.

quæ non charitate, sed timore exoritur; et hæc attritio dicitur. Contritio itaque non semper, sed aliquando, nempe quando perfecta est, charitate perficitur, et ornatur, et tunc reconciliationem perficit, quamvis reconciliatio ipsa non contritioni uni, sed eidem, ac voto Sacramenti adscribenda est. Charitas autem, quæ ornatur contritio, sicut et contritio ipsa perfecta nuncupatur, non quia semper intensa, sed quia cum gratia, et sine peccato semper est. Unde particula *aliquando* in hac dumtaxat clausula reperitur: "Etsi contritionem hæc aliquando charitate perfectam esse contingat: secus verò in ista: "hominemque Deo reconciliare, priusquam hoc Sacramentum actu suscipiatur: "in quo satis innuit Concilium, quod contritio licet non semper, sed aliquando charitate perficitur, dum charitate tamen perfecta est, non aliquando, sed semper reconciliationem operatur. (34) "Adverbium *aliquando*, ait Juenin, non cadit in reconciliationem impii, de qua Concilium loquitur, sed in hos terminos, *charitate perfectam*: ita ut sensus sit, contingere aliquando, contritionem esse charitate perfectam; non vero contritionem charitate perfectam reconciliare aliquando impium, antequam Sacramentum actu recipiat. "Quapropter qui asserit, contritionem vera charitate perfectam, seu ornata aliquando non reconciliare, huic Tridentini sanctioni videtur contrari; imo et ad hæc Balth. thesim accedere: 68. "Per contritionem, etiam charitate perfectam, et cum voto suscipiendi Sacramentum conjunctam, non remittitur crimen extra casum necessitatis, aut Martyrii, sine actuali susceptione Sacramenti."

(34) Comment. de Sacramentis diss. 6. q. 4. c. 2. 1. 5. 3.

CAPUT XVI.

Aliquibus etiam rationibus amoris, et peccati insociabilitas comprobatur.

1. Mortifero patrato scelere, charitatem funditus interire, perspicuum est; tum enim sanctificans ipsa gratia misere perit, et charitas vel ipsamet gratia est, ut ajunt nonnulli, vel si à gratia differt, ut docet D. Thomas, (1) sine illa nullatenus esse valet. Eapropter peccatum mortale nedum gratiæ, sed charitatis etiam privatio est, vel hæc necesse inducit: charitatis autem privatio quovis actu charitatis, vel amoris intercidit, sicut privatio visus, seu cæcitas, et privatio fidei, nempe infidelitas fidei, ac visionis actu quolibet intercidunt similiter. Unde quemadmodum actus hujusmodi, licet intentione careant, infidelitatem, cæcitatemque auferunt prorsus, ita et amor etsi remissus culpam debet evertere.

2. Dei amor suapte natura justificanti gratiæ adnectitur, vel non? Si adnectitur, quamvis exiguus sit, sine gratia illa numquam erit, haud aliter quam penitentia, charitatisque virtutes, quæ quidem quod ejusmodi nexum habeant, sine gratia, quamquam remisse sint, minimè reperuntur. Si non adnectitur gratiæ amor, hic profecto licet intentione potiat, sine illa esse valebit, sicut fidei, spei, timoris, et doloris actus, proptereaquod simili cum gratia nexu destituti sint, absque ea, etsi intensi, et fervidi, passim inveniuntur. Quapropter aut utrumque, aut neutrum, Intensus videlicet amorem, et remissum gratiæ divinæ adjungere oportet: cum autem Initialistæ nexum hunc intenso liberaliter indulgent, remisso item tribuant, æquum erit.

3. Idipsam quoque naturæ ipsius opera evincunt aperte, etenim si ea cum anima non connecti accidat, sine anima plerumque sunt, ut in calefactione liquet, quæ ratio hæc, licet intensissima sit, longè ab anima reperiri solet; si verò cum anima necantur, absque ea, quantumvis remissa, nullo modo comperiuntur; sicut in visione corporali patet, quæ sane quoniam visus sensui, et animæ connectitur, sine illis quantumcumque remissa sit, haud unquam erit. Pari itaque ratione amor Dei, vel remissus cum

(1) 2. 2. q. 110. a. 1. c.

autem peccatum mortale consistit in aversione à Deo: et ideo omne peccatum mortale, tale contrariatur charitati. Et observandum, juveni inavere, (18) charitatem, quantumcumque intensa sit, haud natura sua, sed Dei solummodo beneplacito esse cum peccati macula insociabilem. Hoc vero praemissis Doctoris Angelici sermonibus videtur dissentantem, nam peccatum opponitur charitati secundum propriam rationem, ac propterea peccati macula eodem modo contrariabitur illi; et insuper unio cum Deo suapte natura obstat aversioni, seu separationi ab ipso: unde merito pronuntiat, impossibile esse, habere charitatem cum peccato mortali. Ad hoc, si charitas etiam intensa sociari non tenet ex natura sua peccati macula, in qua est habitualis culpa, cum ea poterit consistere, sicut docuit Bajus in hoc damnato asserto: 67. „Homo existens in peccato mortali, sive in reatu aeternae damnationis, potest habere veram charitatem, et charitas etiam perfecta potest consistere cum reatu aeternae damnationis.“ Perfecto opera meritoria quia solum ex intentione Dei nequuntur cum gloriae adeptione, sine illa etiam consistunt, ut liquet in justis reprobis: charitas ergo similiter sit ex divino dumtaxat beneplacito conjungitur criminalis maculae remissioni, absque ea, ac proinde cum ipso peccato esse quilibet. Id autem vel Initialisticis ipsis, ut reor, displicebit, et ab iis certissime damnabitur, qui charitatem à gratia non distinguunt, gratia namque ex sese respuit cum culpa gravi omni copulationem. Evolvitis numerum 14. capitis XX.

(18) Comment. de Sacramentis diss. 6. q. 4. c. 4. 2. 1. 5. 1.

CAPUT. XVII.

Amor charitatis meritorius est vitae aeternae, et idcirco criminum nequit esse sodalis.

QUO magis impotentia pateat amplius, ut amore coram sistere valeant, fundamen hoc postremo adjicere, opportunum censui. Is itaque, qui Deum ex charitate amat, Deo ipso dignus efficitur; Deo autem dignus aliquis sit, cum Deo aeternum frui, in quo beatitudo nostra est, condigne promeretur: et cum meritis isthoc secum peccatum esse, minime patiarur, nec amor ille exorsum adeo, ac execrabilem socium poterit habere. Id tamen nedum de intenso charitatis amore intelligi oportet, sed etiam de remisso, cui idcirco meritum vitae aeternae, ac propterea insociabilitas cum peccato attribui debent. Ita sentire videtur Inquisitio Generalis Hispaniae, nam ut dixi cap. X. n. 5. hoc assertum reprobavit: „Opera charitatis, quae remissa sunt, nec meritum habent, nec valent quidquam.“ Quocirca cum remissus charitatis amor opus quoddam charitatis sit remisse factum, qui ei meritum negat, adversari Tribunali huic sanctissimo videtur. Verum hæc omnia enucleatim sunt edisserenda.

1. Meritum est jus ad præmium, partiturque in meritum de condigno, de quo una dissero, et meritum de congruo: illi ex justitia, huic ex decencia merces debetur. At vero Deus cum nemini quidquam debeat, apud eum vitae aeternae meritum habere non possumus absolute, sed ut ipse ordinavit, et promissit bene operanti præmium illud conferre, ac virtutem, qua ipsum obtineat. Audi Aquinatem: (1) „Meritum hominis, apud Deum esse non potest, nisi secundum præsuppositionem divinæ ordinationis, ita scilicet ut id homo consequatur à Deo per suam operationem quasi mercedem, ad quod Deus ei virtutem operandi deputavit. . . Quia actio nostra non habet rationem meriti, nisi ex præsuppositione divinæ ordinationis, non sequitur, quod Deus efficiatur simpliciter debitor nobis, sed sibi ipsi, in quantum debitum est, ut sua

(1) 2. 2. q. 114. a. 1. 6. ut ad. 1.

ordinatio impleatur. „Virtus autem, quam præbet, ut memoratum præmium mereatur quis, et obtineat, gratia divina est, et charitas, quæ ipse in Deo manet, et Deus in ipso: (2) „Qui manet in charitate, in Deo manet, et Deus in eo: mansio hæc necessaria est ad meritum, quia Dominus ait: (3) „Manete in me, et ego in vobis; sicut palme non potest ferre fructum à semetipso, nisi manserit in vite, sic nec vos, nisi in me manseritis. Ego sum vitis, vos palmites.“ Palme itaque, qui charitate, et gratia in hac vite manserit, uberes profecto meritorum fructus feret; subdit enim: „Qui manet in me, et ego in eo, hic fert fructum multum.“ At vero palme, qui inaspicito à vite hac divina per culpam fuerit resecutus, meriti nil progressus habebit, quia „Sine me nihil potestis facere.“ Gratia igitur, qua in hac vite sit, et maneat, palme eget quilibet, ut meritorum fructus habeat, sive in corona vitae aeternae dignus reddatur (4) „Sine gratia, ait D. Thomas, homo non potest mereri vitam aeternam. . . Cum enim peccatum sit quædam Dei offensæ excludens à vita aeterna, nullus in statu peccati existens potest vitam aeternam mereri, nisi prius Deo reconcilietur dimisso peccato, quod fit per gratiam. . . Per gratiam inhabitat homineus Spiritus Sanctus.“ Quin et stabilendum, bonorum operum meritum in eo consistere, quod ipsa ab illo fiant, qui gratiam habet, et Spiritum Sanctum inhabitantem, quantum Bajus damnatus est dicens: 15. „Rationem meriti non consistere, in eo, quod qui bene operatur habet gratiam, et inhabitantem Spiritum Sanctum, sed in eo solum, quod obedit legi.“ Hinc vero fit, amorem esse meritorium, nam qui Deum amat, jam gratiam habet, ac Spiritum Sanctum inhabitantem, quod ita nunc ostenditur. Spiritus Sanctus habitat in nobis gratia, et charitate; et utramque nobis tribuit dilectio divina, ut cum Sanctis Doctoribus Augustino, et Thoma asseruimus cap. XI. n. 4: divina autem dilectio nostram præcedit dilectionem, quia ut ait S. Joannes: „Deus prior dilexit nos:“ et ideo dum existit dilectio nostra, jam gratiam et charitatemque, ac propterea Spiritum Sanctum inhabitantem, et vite aeternae meritum habemus. Gratia insuper, charitate, ac Spiritu Sancto inhabitante homo fit justus: si ergo hæc dona possidet, qui amat Deum, amor meritorius est proculdubio, nedum quia meritum consistit in eo, quod opus bonum ab eo sit, qui his donis ornatur, sed etiam quia viri justii amor erga Deum merito apud ipsum, cunctis fatentibus, gaudet. Satis, ut reor, comprobatur est superioribus capitulis, dilectionem nostram esse per Spiritum Sanctum inhabitantem; atque idcirco meritum habere censenda ipsa est. Et ratio ista probat, non solum intensam, sed remissam quoque dilectionem esse meritoriam; nam cum Deus prior diligat nos, et ejus dilectio nobis conferat gratiam, charitatem, et Spiritum Sanctum inhabitantem, cum nos Deum diligimus, sive servide, sive tepide diligamus, donis hisce jam donati sumus, et consequenter meritum habemus. Nec asseverare oportet, nostram dilectionem remissam præire divinam dilectionem, et ideo fieri sine gratia, sine charitate, sine Spiritu Sancto inhabitante, ac subinde sine merito: quoniam si hoc ita esset, Deus prior non diligeret nos, sed nos priores eum diligeremus, ac propterea dici posset: ideo Deus nos diligit, quia prius nos eum dileximus: ast contra res est, nam Deus prior diligit nos, et ideo nos eum diligimus, quia ipse prior dilexit nos. Legesis supra indicatum locum. Præterea momenta omnia, quæ in hac Dissertatione afferuntur, ut amoris, et peccati insociabilitas ostendatur, amoris meritum aequè produunt, nam ejusmodi insociabilitate stabilita, cum omnes aut gratiam habeant, aut peccatum, amor si cum peccato non est, cum gratia erit: et exin conficitur, eandem esse meritorium; siquidem Spiritus Sanctus datur nobis cum gratia, et idcirco amor ab eo erit, qui habet gratiam, et inhabitantem Spiritum Sanctum, in quo meritum consistit.

3. Doctrina hæc Scripturæ Sacræ videtur conformis, quæ diligentibus Deum, quia tepide amantes excipiat, aeternam pollicetur remunerationem. D. Paulus ait cum Isaia: (5) „Oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit, quæ præpara-

(1) 1. Joan. 4. 16.

(3) Joan. 15. 4. et 5.

(4) 1. 2. q. 109. a. 5. c. 59. 1. 4. a. c. 58. 3. ad 12.

(5) 1. Cor. 2. 9.

tasiam, et iudaismum, qui fidei ipsi summopere inimicantur: minimus actus spei desperationem similiter, temeritatem, et presumptionem, quæ eidem spei maximopere adversantur, omnino destruit: cum ergo charitati mortalia omnia contraria sint, ipsamque penitus exterminent, minimus actus charitatis, seu dilectionis cuncta vicissim crimina delere prorsus debet. Deinde quia luxurici noxa nullam cum fidei virtute oppositionem habet, nec fidei ipsius actus inimicitias cum peccato illo gerit; imo sub eodem tecto cum eo vivere non renuit, ut in viro catholico, et luxurioso accidit: at verò cum virtus ipsa fidei hæresos culpæ obsistat magnopere, fidei actus, sive magnus, sive parvus, esse cum hæresi non valet. Igitur cum charitatis virtuti mortifera obstet universa, cum nullo ex ipsis charitatis actus sive intensus, sive remissus poterit habitare.

9. Alia insuper oppositio præfata, ut amoris cum crimine insociabilitas tradatur, haud contemnenda præbet momenta, quæ multimodis proponi possunt, nimirum: habitualis amor, sive charitas peccatum tam habituale, quam actuale excludit: Igitur peccatum habituale amorem quoque non solum habitualem, sed etiam actualem expellit. Actus peccati amorem et habitualem, et actualem extinguit: actus itaque amoris peccatum similiter tam actuale, quam habituale destrucere debet. Dum homo est in gratia, nec habituale, nec actuale peccatum habere simul potest: tunc enim in peccato est, neque habitualem, neque actualem amorem unà poterit habere. Si iustus peccat, habitualem, et actualem amorem perdit: igitur si peccator amat, actuale, et habituale peccatum amittit. Iustus cum amore habituali actuale peccatum sociare nequit: peccator itaque cum peccato habituali actualem amorem unire minime valebit. Iustus, qui charitate habitualiter conversus est ad incommutabile bonum, non potest actum amoris simul habere, quo ad bonum commutabile bonum, non potest actum amoris simul habere, quo ad bonum commutabile bonum, non potest actum amoris diligat super omnia: peccator ergo, qui sua culpa habitualiter ad bonum commutabile est conversus, amorem nullatenus habere unà quæ, quo ad incommutabile bonum actum convertatur, idque super omnia diligat. Dum iustus ad bonum creatum vertitur, et ipsum super omnia amare incipit, Deum è corde suo, in quo habitabat, continuo expulcit, necnon ejus gratiam, amicitiam, charitatemque penitus amittit; præfert enim creaturam creatori, qui tanta inordinatione offensus, bonis his celestibus, quæ eidem tantquam amico, et familiari suo liberaliter contulerat, jure optimo ipsam spoliat: si hoc autem verum est, contra etiam eveniet, videlicet, quod peccator dum bonum incrementum incipit super omnia amare, peccatum prorsus deperdat; tunc namque creatoris omnibus earum Creatorem anteponeat, qui eum idcirco iterato in suam gratiam, amicitiamque recipiet. Denique actum, quo creaturam super omnia amamus, Deum graviter offendere, nosque peccatores, ac Deo ipso indignos reddere, verba illa dominica liquido ostendunt: (8) „Qui amat patrem, aut matrem plusquam me, non est me dignus“: „Cur itaque actus, quo super omnia Creatorem diligimus, ipsum non placabit, nosque illi gratos, et eo dignos efficiet?“

10. Aliqua etiam, quæ in Schola Thomistica communiter traduntur, amoris, et peccati æque improbandi sodaliciam, et ideo Initialistis ijs, qui ejusdem gentis sunt, jure merito objicienda. Docentur ibi, dilectionis mandatum, quod primum est, et maximum, quam primum esse servandum, ita videlicet, ut puer non baptizatus, dum ad rationis usus illucescit, Deum super omnia amare, et ad eum toto corde converti obstrictus sit. Conversio isthæc amore unice peragi valet; contritioni namque, quæ virorum conversionem solet efficere, deest in puero illo locus, quia de originali culpa, qui solum inficitur, nemo coarctetur, teste D. Thoma. (9) Debet itaque Deum super omnia diligere: si autem amor cum peccato esse valeat, fieri poterit, quod Deum diligat, et ab originali macula non abluatur, ac proinde dilectionis legem impleat, et justificationis gratiam non recipiat. Ast hoc Schola illius placita evertit; eundem puer ille, utpote jam rationis compos, leviusculam culpam aliquam, puta jocosum mendacium, postquam Deum amavit, facere posset: et tunc cum originali veniale peccatum

(8) Matth. 10. 37.

(9) Suppl. q. 2. a. 2.

conjungeret, quod improbat D. Thomas, et Gregales ejus universi. Deinde si vita puer tam excedat: quæ anima ejus ibit? Ubi post mortem erit? In Cælo? Obstat originis noxa. In purgatorio? Inferius ij, qui cum usu rationis, et sine gratia decedunt, probantur. In inferno? Grave deest personæ crimen, quod ibi punitur. In limbo? Deficit ibi sensus pæna, quæ levi etiam personali culpæ respondet. Audiat Angelicus Præceptor: (10) „Pro peccato originali puniuntur homines in limbo puero, ubi non est pæna sensus; in inferno autem detruduntur homines propter solum peccatum mortale: ergo non erit locus, in quo possit puniri ille, qui habet peccatum veniale cum originali solo. Respondeo dicendum, quod impossibile est, quod peccatum veniale sit in aliquo cum originali peccato absque mortali.“

11. Nec dixeris, puerum illum intense, et perfecte Deum amare, primo præcepto obstringi, quia non solum diligere, sed et seipsum justificare tenetur: equidem gratia hoc à te didicimus existimo, tum quia ex Initialista præfatus puer priusquam justus fiat, adhibere tenetur, ut ad Deum convertatur, disponaturque ad gratiam, amorem initialem, qui nedum levi, sed et gravi culpæ foret conjungibilis: tum quia lex dilectionis una semper, eademque est invariabiliter, neque tempora discernit, ita ut alias intensum, alias remissum præcipiat amorem. Deinde amor cunctis injungitur, quia intensus nemini, quoniam intensio non præcepti, sed consilii res est, ut dixi cap. XII. Præterea ad justificationem noxi quoque viri tenetur, quia ut ait B. Thomas: (11) „Manifestum est autem, quod nec per modicum tempus licet in peccato morari, sed quilibet tenetur, peccatum statim deserere.“ Igitur si puer, propterea quod justificari debet, amorem intensum, et perfectum adigitur habere, eundem etiam viri peccatores efficere ligabuntur: et ideo dum ad Penitentiam suscipiendam aptantur, perfectum, et justificantem amorem adhibere opus erit. Cum autem opinionationis tuæ patronis id non probetur, satius familia tuæ, si Thomista es, et honoris, et doctrinæ consules ajens, amorem nunquam non justificare, lethaliaque subinde crimina secum haudnunquam ferre: et idcirco puer si Deum amat, justificatur, si non amat, graviter delinquit, proptereaque peccatum, quod primo facit, mortale erit, et ideo cum originali veniale minime junget. Deum profectò et pueris, et viris, amorem justificantem, sive non culpæ, sed gratiæ socium injungere, Apostoli verba illa indicant: (12) „Fidus, nis autem præcepti est charitas de corde puro, et conscientia bona, et fide non ficta.“ Charitas, quæ finis præcepti dicitur, ipsa dilectio est, quæ præceptum impletur, et legis vocatur plenitudo: (13) „Quis est autem, inquit D. Augustinus, finis præcepti, nisi præcepti adimpletio? Et quid est præcepti adimpletio, nisi legis plenitudo? Quod ergo ibi dixit, Plenitudo legis est charitas: hoc etiam hic dixit, Finis præcepti est charitas. Nec dubitari ullo modo potest, quod templum Dei sit homo, in quo habitat charitas: dixit enim et Joannes: Deus charitas est.“ Ille autem loquitur non de habituali, sed de actuali charitate, seu dilectione; tum quia tractat de legis impletione, quæ actu perficitur: tum quia agit de charitate præcepta, quæ ut dixi Cap. XII. n. 14. haud virtus, sed operatio virtutis est: tum quia verba hæc: „Plenitudo legis est charitas“ sic in Epistola ad Romanos (c. 13.) inveniuntur: „Plenitudo ergo legis est dilectio“ et illa Beati Joannis: „Deus charitas est“ ita etiam Augustinus ipse legit: „Deus dilectio est.“ Vide caput laudatum n. 9. Injuncta ergo omnibus dilectio de corde puro, et conscientia bona, necnon legis plenitudo, seu legis universa custodia est, et hominem præterea constituit templum Dei: quomodo itaque cum crimine erit, sive corde culpa impuro, et cum conscientia peccato mala, quæ efficiat domus diaboli? Quocirca immerito diceretur, justificantem pueris, penitentibus vero non justificantem amorem præcipi; omnibusque idcirco dilectio Dei, quæ scelerata pellat, et gratiam adducat, jussa est. Imo proximi amor, qui nobis præcipitur, id ipsum

S

(10) 2. 2. q. 89. a. 6. c.

(12) 2. Tim. 1. 5.

(11) 2. 2. q. 62. a. 8. c.

(13) Serm. 350. al. 39. de tempore.

præstare quoque debet, nam de eo affatur Augustinus, et ideo hæc affert Domini verba: „(Joan. 13.) Mandatum novum do vobis, ut diligatis invicem... In hoc scient omnes, quia discipuli mei estis, si vos invicem dilexeritis.“ Et addit: „Mandato novo fecit novum novum... Contra vetus peccatum opponit novum mandatum. Quapropter quisquis vetus peccatum vis extinguere, mandato novo extingue cupiditatem, et amplectere charitatem.“ Igitur mandati novi custodia, seu proximi amor, qui nobis jubetur, de corde puro, et conscientia bona, et legis universæ adimpletio esse debet: et insuper facit hominem novum, destructo veteri, antiquum peccatum, et cupiditatem extinguit; nosque et Dei templum, et veros Christi Discipulos constituit. Talis est preceptus proximorum amor: qualis ergo erit imperata Dei dilectio? Nonne hæc omnia præstare et ipsa debebit? Enimvero nos Deum perfectius, quam proximum amare tenemur. Vide cap. XII. n. 14.

12. Docere etiam solent Thomistæ, naturales virtutes facilitatem duntaxat ad virtuosos actus exercendos nobis conferre; ideoque actus hujusmodi sine virtutibus à nobis quæ absolute, facilius tamen, perfectiusque, dum ille adsunt, fieri: ast virtutes supernaturales nedum facilitatem, sed et facultatem, seu posse, quod ajunt, præstare; eorumque ideo, dum adsunt, à nemine operationes effici. Hujusce discriminis ratio ea est, quod priores nostro studio, ac labore; posteriores vero una Dei gratia comparentur: et ideo antequam castitatis virtute ornemur, opera puritatis aliqua, quibus gignenda, et nascenda est virtus illa, agere quidem, sed absolute exequi, et possimus, et tenemur: ceterum mens nostra, priusquam gloriæ lumine in sublime erigatur, res divinas nullatenus intueri valet. Charitas vero cum non prioribus, sed posterioribus adnumeretur, hæud castitati, sed lumini assimilabitur, ob idque non solum facilitatem, sed facultatem, seu posse etiam ita præbebit, ut absque illa nemo Deum amare, sicut nec videre valeat sine lumine. Et ratio isthac satis, ut arbitror, opinionationi præjudicat Adversantium, qui e Thomistarum gremio sunt; etenim si verus Dei amor prætere charitati, ut inquirunt illi, potest, charitatis facilitatem tantum, non facultatem, potestatemque, perinde ac naturales virtutes præstabit, et ideo hæud quidem ad amandum Deum absolute, sed ut facilius, perfectiusque eum diligamus, necessaria erit.

13. Verumtamen doctrina hujusmodi non solum Thomistarum placitis adversa, sed alteri consimilis videtur, quam dixit devoyet Tridentinum his verbis: (14) „Siquis dixerit ad hoc solum divinam gratiam per Christum Jesum dari, ut facilius homo justè vivere, ac vitam æternam promereri possit; quasi per liberum arbitrium sine gratia utrumque, sed agere tamen, et difficulter possit, anathema sit.“ Unde sponte sua isthac effluit argutatio: quemadmodum gratia ad justè vivendum, gloriamque promerendum, ita et charitas ad Deum amandum conferretur nobis: sine gratia autem nullo prorsus modo, id est, nec remissè, aut imperfectè, nec agere, aut difficulter justè vivere, et vitam æternam mereri possumus: pari itaque ratione sine charitate nullatenus amare valeamus, sine qua ideo nec tepida, nec initialis dilectio fieri quit à nemine: et ideo sicut gratia non quidem ut facilius, sed ut absolute vitam justam, meritoriamque transigamus, opus nobis est, sic etiam charitas non ut facilius, sed ut absolute Deum amemus, erit nobis necessaria.

14. Verumenimvero Anti-Antritionarij plures non solum amorem, sed etiam contritionem, timoremque filialem, modò remissi sint, cum lethali culpa componunt, et homini attrito prævie se ad Poenitentiam præparanti, antequam justificationis gratiam recipiat, liberaliter indulgent; qui ideo sine gratia, et charitate amare, sine poenitentia conteri, sine timoris dono Deum filialiter timere, ac proinde, quod facilius est, sine alijs Spiritus Sancti donis horum actus peragere valebit. Hoc autem nedum Thomistarum doctrinæ nuper expensæ, sed et communi eorum Magistro docenti, ut præcedenti capite dixi, parva contritione peccata deleri, et à fide formata timorem filialem proficisci, parum congruere, necnon præfatæ Tridentini sententiæ obsistere videtur: etc.

(14) Sess. 6. can. 2.

nim si Dei amor, si contritio, si timor filialis, si aliorum donorum Spiritus Sancti opera cum peccato esse, et à peccatore elici queunt, dum hæc ea exequitur, sine gratia justè vivere saltem imperfectè, et æternam vitam promereri existimabitur, opera enim ipsa, quæ justus facit, efficiet, quamvis præstantius ea justus exerceat: et insuper operationes omnes, aut præcipue saltem ordinis supernaturalis poterunt similiter in gradu remisso sine gratia, sine virtutibus, et sine Spiritus Sancti donis exerceri, quæ ideo non absolute, sed ad intensionem solummodo earum operationum, seu ad easdem facultates, perfectiusque peragendas, sicut de naturalibus virtutibus dictum est, necessaria forent.

15. Hinc deducere planum est, amorem Dei, ceterosque supernaturalis ordinis actus, quos extra Sacramentum adigimur etiam elicere, si cum tepore fiant, ad salutem nequam ex hac sententia sufficere; quia esse quirent cum peccato; ac propterea fervidos, intensosque esse debere, ut homines extra Sacramentum à culpæ labe, et ab æterna damnatione eripiant. Ast durum valde hoc mihi videtur; perhorrendum quippe, et à divina misericordia, quæ infinita est, alienum nimis putaverim, hominem, qui Deum super omnia diligit, eum filialiter metuit, ac de flagitijs, quibus illum offendit, nedum pœnæ timore, sed et amore charitatis dolet, necnon ceterorum Spiritus Sancti donorum actibus ornatur, eo præcise, quod istiusmodi operationes intensione orbatae sint, remissionis gratiam minime indepisci, sed peccati luto hære adhuc, et in tremendo propriæ salutis amittendæ periculo versari, ita videlicet ut si in illo statu decedat, quamvis divitijs, quæ omne desiderium superant, prædictis nimirum actibus, qui e caelo vere sunt, cumuletur, non salutis portum, sed iremabilem æternæ damnationis barathrum contingat. Verum si res ita esset, intensio actuum necessaria nobis foret ad salutem, ob idque non ad consilium, sed ad præceptum spectaret, quod improbat D. Thomas, sicut laudato capite XII. visum est. Quapropter rectius, meo saltem judicio, asseverandum, hominem illum, qui Deum super omnia amat, timeque filialiter, ac de peccatis suis vera contritione dolet, quamvis remissè id faciat, à culpa liberum esse; intensio enim, quæ his deest operibus, licet utilissima, non est ad salutem necessaria. Quinimo præfatus homo hæc opera exercens, dilectionis, contritionis, et timoris leges servare dicendus est, et reliqua, quæ nobis iussa sunt, quia plenitudo legis est dilectio: tande non jam peccator, et Dei inimicus, sed ejus potius amicus, ac propterea justus debet nuncupari juxta illud: (15) „Vos amici mei estis, si feceritis, quæ ego præcipio vobis.“ Videtur cap. XXIX.

16. Denique Thomistarum perpetuum, et exploratum est judicium, charitatis virtutem peccatori deesse, quamdiu gravi noxa foedatur; idque filium principis sic statuit: (16) „Impossibile est, quod aliquis habeat charitatem cum peccato mortali.“ Exin autem conficerem, in peccatore illo charitatis amorem tunc recepti non posse; nam ubi esse virtus non valet, adesse nequit virtutis actus. Sic nimirum is, qui virtutis ad videndum capax non est, visionem nullatenus efficiet; et Christus Dominus, qui fidem, et spem habere non potuit, credendi, atque sperandi hæud unquam exercuit opera. In peccatore igitur si charitas esse nequit, quomodo erit charitatis opus? Quandoquidem Christus quia dono cumulatus est fidei, ac spei obsistente, nempe summi boni possessione, visionemque, fidem, et spem non habuit, nec actus credendi, et sperandi; peccator ergo cum gravi culpa afficiatur, quæ charitati contraria est, neque charitatem ipsam, neque diligendi actum habebit. Enimvero quidquid virtuti adversatur, et eam destruit, virtutis solet actionem impedire; desperatio namque spem extinguens, sperandi operationem una prohibet, et hæresis fidem auferens, credendi actum simul excludit: peccatum itaque tam actuale, quam habituale cum charitatis inimicus sit, atque evorsor, præpedire debet diligendi officium. (17) „Quilibet actus peccati mortalis, ait D. Thomas, contrariatur charitati secundum propriam rationem... Charitas importat unionem quandam ad Deum, non autem fides, neque spes. Omne

(15) Joan. 15. 14.

(16) 2. 2. q. 24. a. 11. c.

(17) Ibi. et ad 5.

gratia, si cum ea neditur, vel sine illa intensus, si non neditur, consistet. Nec visio-
nis exemplum ad hoc inopportunitum, ut vinculum, quo gratia, charitativae amor ad-
ciscitur, in luce ponatur: visio enim visus, sicut et charitativae amor operatio quadam
est: ab anima visus, à visu visio profuit; sic à gratia charitas, à charitate amor est:
itaque quemadmodum visio cum visu, et per visum cum anima unitur, atque idcirco si-
ne anima, et visu nunquam est; sic amor cum charitate, et per charitatem cum gratia,
sine quibus proinde haudumquam extabit, adnecti intimè videtur. Si visio debilis, et
infirma fuerit, cum visu itidem infirmo, ac debili, et eò mediante cum anima foederat-
ur; ita ergo amor exiguus exiguis pariter charitati, eaque media sanctificanti copulabi-
tur gratia.

4. Insuper charitatis virtus, haud sanè ob aliquem, quo aspergatur, navulum, sed
propter perfectionem eximiam, qua suprema, ac nobilissima virtutum est, criminum so-
cietatem non patitur. Porro si ea praesentia, ac puritate fulget, ut nullum peccatum se-
cum ferat mortiferum, id similiter hac potissimum ratione amori tribuendum putave-
rim, quod ipse nobilior virtute sic, ac excellentior; virtus namque vis est, qua Deum
diligere volumus, amor verò actus, quo res ipsa cum diligimus; et diligere Deum melius
est, quam posse diligere, sicuti et ipsum offendere pejus, quam offendere posse: (1)
„Melius est, inquit D. Thomas, bene agere, quam posse bene agere: et similiter vi-
„tuperabilius est, malè agere, quam posse malè agere... Quod etiam ex hoc patet,
„quod habitus non dicitur bonus, vel malus, nisi ex hoc, quod inclinatur in actum bo-
„num, vel malum. Unde propter bonitatem, vel malitiam actus dicitur habitus bonus,
„vel malus. Et sic potior est actus in bonitate, vel malitia, quam habitus, quia prop-
„terquod unumquodque tale, et illud magis est.“ Amoris itaque actus potior in boni-
tate est, quam charitatis habitus, seu virtus: quocirca si hæc, qua bona, et perfecta,
peccatorum est expultrix, et amor satius expulserit illorum erit. Et quidni charitati ac-
tualis minimæ, quod minimæ habituali concedendum? Peccati quippe expulsi si charita-
ti, ut charitati congruit, actuali etiam minimæ, quod vera charitas sit, adjudicari; si
charitati, ut intensè inest, habituali minimæ, seu remissè abjudicari debet. Cum au-
tem habitualis charitas, est valde exigua expulsionem illam operetur, eandem et remis-
sa actualis perficere valebit.

5. Deinde homo in peccato existens Dei inimicus est, ipsum namque gravissimè,
et impudentissimè offendere non erubuit, ita nimirum; ut si offensionem illam, quam ei
per summum nefas interrogavit, infinitam dixeris, celeberrimorum Theologorum pars non
minima pro te erit: quoniam itaque pacto Deum super omnia diligit? Inimicorum, dis-
sidentiumque hominum animos se invicem ferre vix posse, omnes norunt; ac nisi prius
restituta pace, eos sedari contigerit, mutuis sese, et intestinis potius odijs lacessere,
quam amori reciproco indulgere: siquidem quis super omnia ab eo se amari crediderit,
quem sibi insensum admodum novit, et inimicum? Quis ab illo, qui nedum atrocissi-
mam ei injuriam intulit, sed adhuc in corde totum inimicitiae virus recondit, dilectio-
ne potius, quam odio se affici existimaverit? Quomodo ergo homo peccator Deum
super omnia amabit? Enimverò inimicus ejus est, ipsum enormiter, vel etiam infinite
offendit, et integrum inimicitiae, seu malitiae venenum, hoc est habituale peccatum ad-
huc in corde suo retinet: hæc autem impedimento eidem non sunt, ut Deum, quin
prius illi reconcilietur, super omnia diligat?

6. Et quid si noxa, qua improbus quisque turpissimè inquinatur, scelere omnium
gravissimum, nimirum Dei odium sit? Adhucne similè erga Deum affici quibus dilectio-
ne? Num et odisse poterit, et diligere, aut Dei sui osor simul, et amator esse? Id ul-
tro dabunt Adversatores, alioquin is, qui Deum odit, reconciliationis gratiam nunquam
reciperet, cum amorem Dei super omnia, qui, ipsis iudicibus, ad justificationem dispo-
sitis prævia, sed necessaria est, non posset elicere. Quocirca Dei osor, juxta ipsos, sub
odij culpa jacens, Deum amare, et potest, et tenetur: proptereaque habituale Dei odium
super omnia, et actualem ipsius Dei amorem pariter super omnia habere simul poterit.

(1) ibi q. 71. a. 1. c.

Sed qua id ratione fieri valeat, in facili haud percipitur; etenim si peccator et odisse
Deum, et amare potest, hoc etiam justus facere valebit, quemadmodum enim amor
Dei super omnia, ex illorum sententia, ipsius Dei habituale odium non extinguit ex-
tra Sacramentum in peccatore, ita odium Dei habituale ipsius amorem super omnia,
qui in justo est, non poterit interimere: et ideo sicuti peccator, qui Deum habitua-
liter odit, eundem, quin odium deponat, super omnia amaret, sic justus, qui Deum
habitualmente diligit, posset quoque, quin dilectionem hanc exueret, ipsum odisse super
omnia: ille cum odio habituali amorem actualem jungeret: cur ergo hic cum habi-
tualis amore, qui in gratia, et charitate consistit, jungeret actuale odium non valeret?
Sed sive peccator cum odio amorem, sive justus cum amore odium habere posse,
dicatur, utrumque aequè Servatoris nostri doctrinæ dissentaneum arbitrari quis poterit;
ipse enim amoris, et odij unionem improbase videtur, cum dixit: (3) „Nemo po-
„test duobus dominis servire; aut enim unum odio habebit, et alterum diligit; aut
„unum sustinebit, et alterum contemnet.“ opinio autem adversa odium, et amorem
unit, ac propterea hominem duobus dominis servire facit, Deo scilicet per amorem
actualem, et peccato, imò et Diabolo per odium habituale: (4) „A quo enim quis
„superatus est, hujus et servus est.“

7. Peccati ipsius, amorisque naturæ eorumdem consortio nimio opere, ut reor, ob-
sistunt: siquidem peccatum hominem à Creatore suo recedere, et accedere ad crea-
turam; amor verò eundem à creatura segregat, et ad Creatorem iterum redire facit:
eapropter peccatum aversio ab incommutabili bono, seu increato, et conversio
ad bonum commutabile, sive creatum dicitur; amor autem inversè ab hoc aversio, ad
illumque conversio nuncupatur. Peccatum ita audaces, et insolentes, ne dementes di-
cam, animos reddit, ut miserabilis homuncio, aut vappa, qui nil omnino nisi cin-
nis, et pulvis est, Deum suum despiciatui ducere, terga illi vertere, et ad hostium
ejus partes execrabili transfugio desciscere, non ambigat, quo perduellionis infandæ,
ac læsæ divinæ majestatis reus agitur, et peragitur justissimè: ast amor contra per-
duellem ipsum, et transfugam æterna morte dignum, inimicorum signa deserere, ad
castra christianæ poenitentia redire, abjicere opera tenebrarum, et induere arma lucis
juvat, ut scelera sua depiorando insectetur, purget, deleat, et Regis regum gratiam,
seu Christam ipsum superinduat, ejusque gloriam sempiternam sibi promereat. Hæc
profectò, et id genus alia, quæ nullo negotio afferri poterant, satis superque produunt,
amorem, et peccatum diversis admodum, et adversis constare naturis, proptereaque in
unum congeri, et peccato unà vivere non posse: Quis namque res ejusmodi, quæ ne-
dum inter se dissident quam maxime, verum et oppositos adeo factus efferunt, invi-
cem convenire, aut societatem inire aliquam credat? Quinimo dissociabiles prorsus,
ita ut nulla vi, aut industria uniri queant, eas potius existimare oportet: (5) „Quæ
„enim, ut cum D. Paulo loquar, participatio justitiæ cum iniquitate? Aut quæ so-
„cietas luci ad tenebras? Quæ autem conventio Christi ad Belial?“ Conventioem ve-
rò hanc, et societatem efficere is sanè videtur, qui amorem criminis sociat, etenim qui
amat, justitiam agit: at qui peccat, iniquitatem operatur: ille lucis, tenebrarum hæc con-
vincitur associator: Belial peccato corda nostra adit, juxta illud: (6) „Post bucellam
„introivit in eum Satanæ:“ Christus verò amore, ipsomet dicente: (7) „Si quis di-
„ligit me... ad eum veniendus.“

8. Oppositio itidem, quæ peccatum inter, et charitatem est, amorem etiam cum
scelere inimicare, eaque dissociari prorsus facit. Mortalia omnia contrariantur charita-
ti: nec inimicitia ejusmodi habitui hæret unice, sed in actu quoque, hoc est in amo-
re reperitur; quandoquidem theologalium virtutum indoles, atque præstantia nullatenus
pari videntur, ut earundem actus, quamvis exigui sint, cum vitijs, et peccatis, quæ
virtutibus ipsis opponuntur, et eas destruunt, unà esse valeant: eapropter minimus
actus fidei extrudit funditus, et exulare facit ab anima infidelitatem, hæresim, apos-

(1) Matth. 6. 24.

(2) idem 24. 23.

(4) 1. Petri 2. 12.

(5) 2. Cor. 6. 14.

(6) Jean. 12. 27.

34.
 „ ravit Deus iis, qui diligunt illum.“ B. Jacobus inquit: (6) „ Cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ, quam repromissit Deus diligentibus se.“ Et iterum: (7) „ Nonne Deus elegit pauperes in hoc mundo, divites in fide, et heredes regni, quod repromissit Deus diligentibus se? Et Christus Dominus dixit: (8) „ Qui diligit me, diligitur à patre meo, et ego diligam eum, et manifestabo ei meipsum: in qua manifestatione beatitudo nostra, seu vita æterna consistit, juxta illud: (9) „ Hæc est vita æterna, et cognoscant te.“ Igitur vita æterna diligentibus promittitur, et ipsis utique dabitur, qui idcirco eam jam merentur, indigno enim, et non merenti nec spondetur, nec sonatur ac propterea non cum peccato, sed cum gratia sunt illi, qua Deum in se ipsis manentem habent, et inhabitantem. Nec ab hac mercede ij, qui tepide, seu remisce amant, excludendi sunt, quia non intense, sed absolute diligentibus corona æterna repromittitur. Quocirca Ecclesia merito sic orat: (10) „ Deus qui diligenti, genibus te bona invisibilia preparasti, infunde cordibus nostri tui amoris affectum, ut te in omnibus, et super omnia diligentes, promissiones tuas, quæ omne desiderium superant, consequamur.“ Hic sanè non dilectionem intensam, sed amorem super omnia, ut celestem obtineamus gloriam, camque subinde mereamur, Ecclesia ipsa duce, ac magistra postulamus. Et non de habituali, sed de actuali dilectione profata loqui documenta, pro comperito est: nam præterquamquod habitibus nec mala, nec bona merita insunt, ut inquit Theologi, nequaquam virtutem habentibus, qua Deum amare queant, sed his, qui illum reapse diligunt, æterna corona promittitur; laborum namque, sive operum merces est: (11) „ Est merces operi tuo:“ dicitur per Jeremiam: et idcirco non his, qui operari possunt, sed operantibus ipsis promissa, imò et jure debita: (12) „ Dignus est enim operarius mercede sua:“ Et: (13) „ Et qui operatur, merces non imputatur secundum gratiam, sed secundum debitum.“ Diligentibus itaque Deum promissa, atque debita est corona justitiæ, quam proinde sibi promerent: et cum illam si in peccato forent, mereri non possunt, sine peccato, qui Deum amant, esse debent.

4. Amorem, quantumcumque sit, et meritum, et præmium habere, ex eo perspicuum est, quod Dominus non solum heretica virtutum facinora, aut egregia sanctitatis opera, sed et operula, sive exigua obsequia ei exhibita, se remuneratum ire, etiam atque etiam asserit: (14) „ Quisquis enim ait, potum dederit vobis calicem aque in nomine meo, quia Christi estis, amen dico vobis, non perdet mercedem suam.“ Quid autem à mercede cælesti abesse poterat, quam minutulum hocce beneficium? Si tamen qui id stibundo præstat, mercedem suam non perdet, quomodo perdet illam, qui Deum, etsi remisse, amat super omnia? Dominus vineæ operariis candidis, qui vel primo mane, vel hora tertia, sexta, nona, aut undecima laborare coperant, integrum dedit denarium. Primi quidem plus omnibus laboraverant, et ideo dicebant: (15) „ Porta, vimus pondus diei, et æstus.“ Alij verò neque diei pondus, quod edurum, et permolestum opus significat, neque solis æstus, in quo forsitan æstus, seu fervor charitatis, vel amoris exprimitur, sustinere, mercede tamen donati sunt omnes: ac propterea et qui plus, et qui minus Deum amant, mercedis cælestis erunt similiter participes. Talentorum distributor præmia quoque operantibus servis volens elargiri: (16) „ Possuit rationem cum eis:“ et non solum illi, qui quinque talentis alia quinque lucratus fuerat, sed etiam, qui duobus acceptis, totidem comparaverat, dixit: „ Intra in gaudium Domini tui:“ idem profecto servo inertis, qui unum acceperat, dicitur, si alterum acquisivisset. Ubi innuitur, nedum eos, qui quinque, sed et qui duos, imò qui unum laboris, seu amoris gradum possident, in gaudium Domini ingressuros. Unde Tridentinum pariter ostendit, opera nostra, quæ perexigui momenti esse videntur, suam habere remunerationem: (17) „ Neque verò, ait, illud omittendum est, quod licet bonis operibus in sacris litteris usque adeo

(6) Jacob. 1. 12.

(7) Idem 1. 7.

(8) Luc. 10. 7.

(9) Matth. 20. 12.

(7) Idem 2. 5.

(10) Dom. 5. post. Pent.

(11) Rom. 4. 4.

(12) Idem 2. 12.

(8) Joan. 14. 21.

(9) 1. 16.

(10) Matc. 9. 40.

(11) Sess. 6. cap. 14.

„ tribuat, ut etiam qui uni ex minimis suis potum aquæ frigidæ dederit, promittatur Christus, cum non esse sua mercede caritatum: et Apostolus testetur, id, quod in presenti est momentaneum, et leve tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternæ gloriæ pondus operari in nobis; absit tamen, ut Christianus homo, in se ipso vel confidat, vel gloriatur, et non in Domino, cujus tanta est erga homines bonitas, ut eorum velit esse merita, quæ sunt ipsius dona.“

5. Dei amor super omnia, licet remissus sit, sufficit, sicut dixi jam, ut primum, et maximum mandatum, jussaque alia sanctissima serventur; et idcirco merito spoliari nequit, siquidem: (18) „ In custodiendis illis retributio multa,“ et: (19) „ Si vis ad vitam ingredi, serva mandata:“ quorum caput est: „ Diliges Dominum Deum tuum:“ unde qui illud custodit, æterna retributione, seu vitæ æternæ ingressus dignus fit. Ad hæc legisperitus quidam ita Dominum interrogavit: (20) „ Magister, quid faciendo, vitam æternam, nam possidebo? Cui Dominus: „ In lege, quid scriptum est? Quomodo legis? Ille respondens dixit: „ Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo... Dixitque illi: „ rectè respondisti: hoc fac, et vives.“ In lege hæc non dicitur, diliges intense, sed diliges ex toto corde: et ita diligit, qui initialiter amat, implet enim legem istam, juxta Adversarios: et propterea amor ipse initialis meritorius erit; ac penitentis idcirco dicere quisque valet: hoc fac, et vives: id est, ama initialiter Deum, et vitam æternam merebis, possidebisque. Deinde is, qui amore fervido primum jussum exequitur, egregia remuneratione cumulabitur: et itaque qui minore dilectione servat illud, minus etiam præmium non merebitur? Hoc sanè hand par in omnibus, sed vel majus, vel minus pro uniuscujusque virtute, et merito erit, quia (21) „ Reddet uniuscuique secundum opera ejus.“ Et: (22) „ Unusquisque propriam mercedem accipiet secundum suum laborem:“ quod ita non esse videretur, si amor exiguus, et parvus labor merito nudarentur, et præmio. Insuper: (23) „ Quæ seminaverit homo, hæc et metet.“ Si eximium seminet amorem, præmium itidem metet eximium: si ergo modicam conseret dilectionem, modica similiter retributione decorabitur, quoniam: (24) „ Qui parce seminat, parce et metet:“ aliquid tamen metet, quia non dixit nihil, sed parce. Præterea Redemptor noster ait: (25) „ In domo Patris mei mansiones multæ sunt.“ Diligentium utique sunt mansiones illæ: sed cum inæqualiter ipsi diligant, fore arbitror; ut suprema mansio homini, quem suprema amoris flamma aduserit erga Deum, infima autem ei adjudicetur, quem infima dilectionis scintilla affecerit. Item B. Paulus inquit: (26) „ Alia claritas solis, alia claritas lunæ, et alia claritas stellarum. Stella enim à stella, differet in claritate: sic et resurrectio mortuorum.“ Ubi eorum gloriæ imparitas, qui adulta jam ætate ex hac vita migrant, perspicue traditur. Luceat itaque ut claritas solis, qui fervidissime Deum dilexit: ut claritas lunæ, qui servide eum amavit: ut claritas stellarum, quæ lunæ, ac solis collata lumini perexigua est, qui vera, sed tepida, et remissa dilectione ipsum in hac vita esse prosecutus; nec enim cum vera dilectio sit, omni claritate privari debet in futura.

6. Claritates illæ, quæ diversæ beatitudinis gradus sunt, amoris proorsus respondent, vel amoris præmium creduntur: idcirco in Beatis prædictis nulla claritas, vel gloria est, quæ alicujus amoris non sit remuneratio: unde nec in nobis amor erit ullus, qui alienus gloriæ, aut claritudinis meritorius non sit; quoad hoc namque amoris gloria quid interest? Amor meritum gloriæ; gloria amoris præmium. Cujuscumque adulti gloria amoris, quo hic Deum dilexit, recompensatio est: cujuscumque item amor potius illic gloriæ meritum erit. Meritum ita proprie, ac intimè inest amoris, ut ipse unus, sine illo res nulla præmium cælesti mereatur. Propterea si virtutes ceteras exerceam, charitatis autem amorem non habuero, nihil sum, nihil mihi prodest, nihil mereor. Unde fides, quæ virtus est præstantissima, solum prodesse valet, dum per dilectionem, seu cha-

(18) Ps. 18. 12.

(19) Matth. 16. 27.

(20) 1. Cor. 3. 8.

(21) 2. Cor. 9. 6.

(19) Matth. 19. 17.

(22) 1. Cor. 3. 8.

(23) Joann. 14. 2.

(20) Luc. 10. 25.

(21) Galat. 6. 8.

(22) 1. Cor. 15. 41.

titatem operatur, dicente B. Paulo: (27) „In Christo Jesu neque circumcisio aliquid valet, neque praprium, sed fides, quæ per charitatem operatur.“ Imo charitas ipsa, quæ virtutum omnium nobilissima est, sine amore nullum meritum habet: si non diligit, nil meretur, si amat, Dei gloria nos dignos reddit. Idipsum et in gratia sanctificante, quæ divinæ naturæ nos facit consortes, conspiciere est, etenim neque ipsa quidem quam promeretur, nisi amet. Si ergo alia propter amorem meritum habent, quomodo amor ipse erit sine merito? Gratia, et charitas merendi actus primus, ut cum Scholasticis loquar, sunt: dilectio verò secundus: illa etsi exigua sint, in actu primo semper merentur: ista ergo, quamquam parvula, mereri in actu secundo semper debet.

7. Nullus virtutis actus meritorius esse potest, quin ad Deum finem ultimum super omnia dilectum dirigatur: charitatis autem amore peragitur directio hæc. Unde ait D. Thomas: (28) „Meritum vite æternæ primo pertinet ad charitatem, ad alias autem virtutes secundario, secundum quod earum actus à charitate imperantur.“ Charitas verò propterea quod virtus quedam, seu habitus sit, nullatenus otio indulgens, sed operi incumbens, meretur: cum autem amor charitatis opus sit, ipsius et meritum erit. Deinde actus, quo virtutes ceteræ, earumque operationes imperantur, et in finem charitatis, nimirum in Deum super omnia dilectum diriguntur, meritum habet, quia et ipse virtutes, operationesque sic imperat, et directæ meriti non sunt expertes: actus autem huiusmodi ipse amor est, qui idcirco meritorius nequit non esse. Imo amor ipsam esse imperium charitatis, ipsa in Deum directio, et ordinatio; igitur et meritum erit. Charitas, etsi remissa, ordinare potest, et ideo mereri potest: amor ergo licet exiguus, actu ordinat, proptereaque actu meretur. Unde charitas vis est ad ordinandum, et merendum, amor verò meritum ipsum, et ordinatio.

8. Aliarum virtutum actus ut amore in Deum diriguntur, meritorij sunt: et et amor ipse dirigens meritorius non erit? Nec interest, parvusne, an magnus amor sit, quia licet minimus, ordinatio in Deum est, subindeque meritorius. Ceterarum virtutum opera non solum intensa, sed remissa quoque meritum habent apud Deum, si dilectione in eum ordinentur. et dilectio ipsa, quod intensio careat, erit merito causa? Amor initialis attritionem, aliaque opera in Deum ultimum finem referret super omnia amatum juxta Adversarios: cum autem in ordinatione præfata meritum sit quid amori illi deesset, ut meritorius nuncuparetur? Gratia, inquit, status. Ast amor, reponam, statum hunc secum affert, si ordinatio in Deum super omnia dilectum est, quia in hac ordinatione meritum consistit, quod esse nequit absque gratia. Instiusmodi ordinatione vita æterna dignus, sicut et peccato, quod in creaturam ordinatio est, indignus redditur homo: ut indignus fiat, status peccati, haud necesse est præcedat, quia peccatum statum illum in animum invehit: unde neque ut dignus fiat, status gratia antecedere debet, quoniam ordinatio in Deum, in qua meritum existit, secum hunc affert statum. Per primum actum, quo se suaque homo in creaturam eum in finem ultimum ordinat, et peccati statum, et malum meritum incipit: igitur per actum primum, quo se similiter, et sua ordinat in Deum tamquam in finem ultimum, tam gratia statum, quam bonum meritum acquirat. Legesis quæ dixi cap. IX. n. 35.

9. Præterea sicut diligentibus Deum æterna vita, peccantibus, qui eum minime amant, mors similiter spondetur æterna: (29) „Stipendia peccati mors:“ primo autem peccato mortali, quod perpetrat homo, quamvis intensum illud non sit, æternam sibi mortem promeretur: igitur et primo amoris actu, licet tepido, ac remisso, æternam quoque vitam merebitur. Sine pœnæ reatu peccatum nullum est: quomodo itaque amor erit absque mercedis merito? Etenim sicut peccatum gehennæ cruciamenta, ita et amor cœli gloriam merendi ratio est: et ideo sicut illa omne peccatum meretur, sic et hæc promereri debet omnis amor. Imo peccatum veniale, etsi levissimum, pœnam etiam promeretur aliquam: amor igitur, quamvis exiguus, aliquam item gloriam mereri, dicendus est: si autem gloriam aliquam meretur, æternam utique meretur, quia gloria suaapte natura æterna est, in quo à pœnâ differt, quæ et æterna, et temporalis esse

(27) Galat. 5. 6.

(28) 1. 2. q. 114. a. 4. c.

(29) Rom. 6. 23.

valet, et ideo peccatum veniale tantummodo pœnæ reum hominem constituit. Ceterum qui cum veniali non dimisso damnatur, æternaliter pro eo punietur, quia in inferno nulla est penitudo, sine qua nec peccatum illud, nec aliud remittitur, et peccata non remissa semper ibi puniuntur (30) „Veniale peccatum, inquit D. Thomas, cum non sit contra charitatem, non meretur pœnam æternam ex specie peccati, nec ex parte inhærentiæ ad subjectum per se loquendo, quia non privatur gratiæ, sed per accidens fit irremissibile peccato mortali conjunctum, in quantum est in subjecto privato gratiæ; et sic per accidens punitur pœna æterna.“ Quocirca si damnatus æternus in inferno pro veniali culpa daturus est pœnas, justus similiter in cœlo pro levi, et parvo amore æterna remuneratione donabitur, alioquin verum non esset, quod Theologi plerumque docent, nimirum propensioem ad remunerandum, quam ad puniendum Deum esse, et ultra condignum præmium, pœnam verò citra condignum conferre. Si autem homo pro exiguo amore remunerandus est, amor isthic haud culpæ, sed gratiæ, et charitatis est socius, ac propterea meritorius, quoniam opera in peccato facta nec meritum hic, nec præmium habent in Cælo.

10. Tradita hucusque doctrina ipsi Doctori Angelico est consentanea, qui vite æternæ meritum Dei amoris, illius intensioem, aut remissionis non habita ratione, absolute tribuit dicens: (31) „Quilibet actus charitatis meretur absolute vitam æternam.“ Quin et remissio actui id signanter concedit, ait enim: (32) „Quandoque aliquis actus charitatis cum aliquo tepore, vel remissione committitur: et quin actum hunc remissum, vel tepidum excipiat, subdit: „Quilibet actus charitatis meretur vitam æternam.“ Hæc insuper cum magno Hipponensium Prasule inquit: (33) „Charitas inchoata meretur augeri, ut acta mereatur perfici, sicut Augustinus dicit: „Verba hæc pro amore suo inchoata, et initiali stabilendo, laudant Adversarios, de quo idcirco intelligi possunt: sed hinc conficitur, amorem ipsum initialem, et inchoatum meritum, ac proinde cum gratia esse, expressè enim de merente charitate sermo ibi est, sicut clausula illa manifestat: „charitas inchoata meretur augeri.“ Præterea ad charitatis perfectionem, quæ consistit (34) „in remotione occupationum sæcularium, quibus affectus humanus retardatur, ne libere progrediatur in Deum: nos non teneri probat ajens: „Ad secundam vero perfectionem, sine qua charitas esse potest, homines non tenentur, cum quælibet charitas sufficiat ad salutem.“ Charitas, quæ ad salutem sufficit, cum gratia, atque idcirco salutis ipsius meritoria est. Potro expressio illa qualibet charitas omnem ambit charitatem tam intensam, quam remissam. Et loquitur de charitate, ad quam tenemur, aut quæ nobis præcipitur, quæ actualis est, non habitualis, quoniam præcepta non de habitibus, seu virtutibus, sed de earum actibus nobis imponuntur, ut cum eodem dixi cap. XII. n. 14. Unde fit, cum gratia, et merito esse actualem charitatem et intensam, et remissam. Vide ibi n. 11. alia S. Doctoris verba, in quibus non solum Dei, sed proximi etiam amoris meritum absolute attribuit.

11. Conicias ulterius licet, contritionem, quamquam exiguam, esse pariter meritoriam, proptereaquod amorem Dei, saltim parvulum, illa, cum remissa est, secum necesse habet, quia est dolor de peccatis propter Deum summe dilectum. Quocirca si remissus amor meritorius est, contritio parva merito privati non debet. Unde Angelicus ipse Magister contritionem absolute, et nulla excepta, actum vocat meritorium. Eius verba dedi cap. XV. n. 5. Quinimo contritionem ita intelligat merito, quod contritionis efficacia ab eo nuncupatur, ut dolori, qui nil meretur, contritionis denegat nomen. Quapropter dolorem illum, quem animæ in purgatorio existentes de culpis suis habent, et intensissimum esse non ambigo, quod ei contritionis efficacia, nempe meritum desit, contritionem nullatenus esse docet: (35) „Animæ in purgatorio dolent de peccatis, sed ille dolor non est contritio, quia deest ei contritionis efficacia.“ Et pau-

T

(30) quest. 7. de malo a. 10. c.

(31) 1. 2. q. 114. a. 7. ad 1.

(32) 1. 2. q. 14. a. 6. c. et ad 1.

(33) 1. 2. q. 115. a. 10. c.

(34) De virtutibus q. 2. a. 22. c.

(35) 4. Sent. d. 27. q. 2. a. 4. quæstion. 1. c. et ad 2.

lo ante dixerat: „ Qui in purgatorio sunt, habent dolorem de peccatis gratia infor-
 „ matum, sed non meritum, quia non sunt in statu merendi: et differtur ratione
 „ hac, dolorem illum esse contritionem. Contritio itaque meritum semper habet; et do-
 „ lor, qui merito caret, contritio non est: et ideo quantumlibet exigua, modo vera con-
 „ tritio sit, meritoria, ob idque abs crimine secreta, et cum gratia erit. Enimvero id
 „ amoris potiori jure attribuendum; etenim meritum et contritioni congruit, et amoris,
 „ illi vero propter istum: cum autem contritio meritum semper habeat, et si merito ca-
 „ ret, vera contritio non sit; amor similiter meritorius semper erit, et si quando ill me-
 „ reat, verus charitatis amor non est. Imo proximi dilectio, si charitatis est, a gratia
 „ profuit, et meritum habet, juxta dicta capitibus XII. XIII. XIV. Et exin deducendum,
 „ meritum semper inesse Dei amoris; hic namque proximorum dilectioni natura, perfec-
 „ tione, ac proinde merito quoque semper antecellit; et ideo ait D. Thomas: (36) „ Deum
 „ diligere secundum se est magis meritorium, quam diligere proximum. “

12. S. Bernardus dilectioni Dei meritum similiter adjudicat dicens: (37) „ Non
 „ enim sine premio diligitur Deus. . . Verus amor se ipso contentus est: habet prae-
 „ mium, sed id, quod amatur. . . Verus amor premium non requirit, sed meretur.
 „ Premium sane necdum amanti proponitur, amanti debetur, perseveranti redditur. . .
 „ Deum, amans anima aliud praeter Deum sui amoris premium non requirit, aut si
 „ aliud requirit, illud pro certo, non Deum diligit. “ Nullum hic agnoscit verum Dei
 „ amorem, nec remissum, nec intensum, sine merito, et absque premio, quod amanti
 „ debeatur: et ideo anima, quae vere Deum amat, premium meretur, et premium istud,
 „ quod Deus ipse est, si in amore perseveret, dubio procul habebit.

13. Similia his docuit et S. Augustinus inquit: (38) „ Dilectio Dei, et proxi-
 „ mi manebit in aeternum: in quo mandato geminato tota lex pendet, et Propheta:
 „ eritque premium custoditi mandati hujus ipse mandator, et premium dilectionis ipse
 „ dilectus, quando erit Deus omnia in omnibus. “ Deus premium illius est, qui pri-
 „ mum praecceptum implens, et Deum ipsum diligit, et proximum: unde fit, dilectionem
 „ esse meritoriam, nam simili premio nemo donatur, quin ante mereat illud. Et loqui-
 „ tur de dilectione mandati impletiva, quae remissa esse valet, quia intensio nemini ju-
 „ betur, ut sapius dictum est: et ideo Initialista ipsi, ut praecceptum fiat, exiguum dum-
 „ taxat, ac incipientem exigunt ut plurimum dilectionem, quae ideo merito expers non
 „ erit. Manere etiam in aeternum dilectio quae hujusmodi, et ideo non mortua, et infor-
 „ mis, sed viva, formata a gratia, ac proinde meritoria est; nam actus informes tran-
 „ seunt, et cessant in justificatione, nequeuntque propterea manere cum justis in aeternum.
 „ Vide cap. I. n. 9. Haec omnia amplius roborat ajens: (39) „ Opera illa quidem, quae
 „ operamur circa proximorum necessitates, aeterna esse non possunt, sicut nec ipsae ne-
 „ cessitates: sed si non diligendo ista faciamus, nulla est justificatio: si autem diligen-
 „ do, aeterna est ipsa dilectio, cujus aeterna parata est retributio. “ Si hoc vero astrui
 „ est, nonne asseverandum potius, dilectionem nosstram, dum erga Deum diligendo ope-
 „ ramur, et aeternam esse, et aeternam sibi paratam habere retributionem? Ante verba pro-
 „ cedenti numero laudata dicit: (40) „ Haec est fides, quae per dilectionem operatur, quo-
 „ niam quaerendo, petendo, pulsando impetrat Spiritum bonum, per quem dilectio ipsa
 „ diffunditur in cordibus nostris. Hoc enim Spiritu Dei quicumque aguntur, hi filii
 „ sunt Dei. Qui recipiuntur, ut recumbant cum Abraham, Isaac, et Jacob in regno
 „ caelorum. “ Cum autem de dilectione agat mandati impletiva, quae remissa est inter-
 „ dum, dilectio tamen remissa, diffunditur in cordibus nostris per Spiritum Sanctum,
 „ reperitur in filiis Dei, et jus tribuit diligenti, ut recipiatur, et recumbat cum Sanctis
 „ Patriarchis in caelis. Dilectioni insuper ita meritum attribuit regni caelestis adveni-
 „ ut per eum viator, qui Deum amat, non jam terricola, sed caelicola liceat nuncupari. (41)
 „ Amando ascendis, negligendo descendis. Stans in terra, in caelo es, si diligas Deum. “

(36) 2. 2. q. 181. a. 2. c.

(38) In Psalm. 118. Sermon. 21. n. 2.

(40) Ibi Sermon. 21. n. 1.

(17) Tr. de diligendo Deo c. Dilectio.

(39) Ibi Sermon. 21. n. 8.

(41) In Psalm. 87. n. 6.

Sed cum viator in terra degat vitam, in caelo solummodo esse potest quoad jus, et me-
 „ ritum obtinendi illud. Peccando descendit, quia peccato infernus debetur; amando
 „ ascendit, quia amor debetur caelum: quamobrem ascensus iste, amantis meritum est,
 „ ut caeli fruatur deliciis. Unde etiam ait: (42) „ Quanto ergo plus amaveris, tanto
 „ plus ascendes. . . Dicitur tibi est: Ascensus disposuit in corde, in convalle plora-
 „ tionis. Quaris quo? Quid tibi dicitur est? Quod oculus non vidit, nec auris au-
 „ divit, nec in cor hominis ascendit, 1. Cor. 2. 9. “ Si ergo dum plus amas, plus
 „ ascendis, dum minus amas, minus ascendis, minus mereris; at aliquantum ascendis, et me-
 „ reris: ob idque minor ipsa dilectio meritoria est. Amor ideo quod sursum levetur, igni
 „ recte comparatur, eodem asserente: (43) „ De igne boni amoris Dominus dicit: Ignem ve-
 „ ni mittere in mundum. Luc. 12. 49. “ ignis autem semper ascendit, nimirum dum
 „ parvus est, parum; dum magnus est, multum: sic igitur amor semper ascendit, semper
 „ meretur, videlicet parum, dum tepidus est; multum, dum fervidus. Sed iterum
 „ eundem audi: (44) „ Attende ad te ipsum: quid merebaris peccator? Contemptor Dei
 „ quid merebaris? Vide si occurrit tibi nisi poena, si occurrit tibi nisi supplicium.
 „ Vides ergo quid tibi debebatur, et quid dederit, qui gratis dedit. Data est venia
 „ peccatori, datus est spiritus justificationis, data est charitas, et dilectio, in qua om-
 „ nia bona facias; et super haec dabit et vitam aeternam, et societatem Angelorum:
 „ totum de misericordia. Merita tua nusquam jactes, quia et ipsa tua merita illius
 „ dona sunt. “ De prima hic disserit dilectione hominis, qui ante eam in peccato erat,
 „ et aeternae damnationis reatu: prima seu incipiens dilectio ista parvula solet esse: at
 „ secum jam habet peccatorum veniam, justificationis gratiam, charitatis virtutem, et vit-
 „ tae aeternae meritum. Neque id jactare debet homo ille, quoniam haec ejus dilectio, hoc
 „ ejus meritum Dei donum est, ac misericordia. Ait ulterius: (45) „ Ut autem habea-
 „ mus dilectionem, et ex ea possimus habere bonam operationem, numquid tam nobis
 „ dare nos possumus, cum scriptum sit: Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per
 „ Spiritum Sanctum, qui datus est nobis? “ Nos itaque sine charitate ista, et Spiritu
 „ Sancto in nobis habitante, neque dilectionem habere, neque ex dilectione possumus ope-
 „ rari: et ideo dum diligimus, aut ex dilectione aliquid agimus, jam dona illa, et ob
 „ id meritum habemus. Insuper hoc asserit: (46) „ Non enim accepistis spiritum ser-
 „ vitutis iterum in timore. . . jam ergo non in timore, sed in dilectione, ut non ser-
 „ vi, sed filii simus. Qui enim adhuc ideo bene agit, quia poenam timeat, Deum non
 „ amat, nondum est inter filios: utinam tamen vel poenam timeat. Timor servus est,
 „ charitas libera est; et ut sic dicamus, timor est servus charitatis. Ne possideat dia-
 „ bolus cor tuum, praecedat servus in corde tuo, et servet domina ventura locum. “
 „ Qui est in timore servili, de quo agit, non est in dilectione, id est dilectionem non
 „ habet: timor servilis non in justis, sed in peccatoribus reperitur, ut dixi cap. XIII. n.
 „ 14: quapropter dilectio in illis est, et non in istis. Qui timet, adhuc est servus, sed
 „ qui diligit, liber, filius Dei, ac proinde justus. Ut dilectio veniat in cor, opus est,
 „ ut hoc a diabolo non possideatur: at diabolus cor possidet peccato subditum: sine
 „ peccato ergo cor esse debet, ut in eo dilectio sit. Et hinc concluditur, dilectionem
 „ esse meritoriam, nam opera bona justorum mereri vitam aeternam, Tridentinum defi-
 „ nit. (47) Sed addit Augustinus premium edisserens, quod dilectio meretur: (48)
 „ Sed accepistis Spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus, Abba, Pater. Domi-
 „ nus timetur, pater amatur. . . Ipse Spiritus testimonium reddit spiritui nostro, quia
 „ sumus filii Dei. Si autem filii, et heredes. Rom. 8. Non enim inaniter filii. Haec
 „ est merces: et heredes. . . Heredes Dei sic sunt, ut ipse Deus sit hereditas nostra,
 „ cui dicit Psalmus 15: Dominus pars hereditatis meae. Heredes quidem Dei: si parum

T §

(42) In Psalm. 83. n. 10.

(44) In Psalm. 144. n. 11.

(46) Ibi n. 14.

(48) Sermon. laudato n. 15. 16. 17.

(43) In Psalm. 79. n. 13.

(45) Sermon. 156. al. 13. de verbis Apost. n. 5.

(47) Sess. 6. can. 31.

„ vobis escit, audite quo amplius gaudeatis: Heredes quidem Dei, coheredes autem Christum hanc amor ipse merebitur, nam adultus, qui eam non meretur, Dei heres non instituitur. In tribus huius ultimis testimoniis et intensam, et remissam comprehendit dilectionem; hanc enim monet: (49) „ Unusquisque ergo attendat cor suum, utrum ex intus timis cordis medullis, et sincera charitate dicat, Pater. Non modo quaritur, quanta sit ipsa charitas, utrum magna, an parva, an mediocri: utrum vel sit, quero. Si natura est, latendo crescit, crescendo perficitur, perfecta permanebit. Non enim perfecta vergit in senium, et a senectute veniet ad mortem: ad hoc perficitur, ut aeterna permaneat. Nec te moveat, quod memoret charitatem, et non dilectionem, quoniam charitatis nomine haud charitatis virtutem, sed dilectionem hic intelligit; agio enim de dilectione ipsa, ut verba produnt in testimoniis illis contenta: agit de amore, quo Deus amatur, et invocatur ut pater; et amor iste non virtus, sed actus est: agit de dilectione, qua divinam meretur hereditatem; et dilectio haec non est habitus, sed operatio. Neque hic solum, sed alibi etiam frequentissime charitas apud ipsam dilectionem significat: unde ait: (50) „ Unius rei est utrumque nomen. Et: (51) „ Amor Dei, amor proximi charitas dicitur. Hinc asserendum existimo, dilectionem Dei quamdam esse charitatem, quae sive magna, sive parva, sive mediocri, modo nata sit, in cordibus existit a diabolo non possessis, sed a Spiritu Sancto inhabitatis, in viris iustis, in filiis Dei, in hereditibus Christi: quomodo erit cum peccato? Ipsa utique nascitur, ut perficiatur, et aeterna permaneat: ideoque esse nequit informis, et non meritoria; opus namque huiusmodi ita perfici, et permanere non valet, ut nuper dicebam. Ait praeerea: (52) „ Habes quod agas, ut nunquam moriaris. Si times mortem, ama vitam. Vita tua Deus est, vita tua Christus est, vita tua Spiritus Sanctus est. Hoc vero absolute dici non posset, si quando amor absque merito consisteret: tunc enim tametsi quis vitam huiusmodi amaret, eam non mereret, et illam si non mereret, minime obtineret, ac propterea a morte non liberaretur. Ait ulterius: (53) „ Quid enim, quia dixerunt demonnes: Marc. 3. Tu es Filius Dei, scimus, qui sis; ideo rogantur sunt cum Filio Dei? Absit. Discernenda est ergo fides demonum a fide Sanctorum. Plane discernenda vigilanter, et diligenter. Nam et Petrus hoc dixit Domino dicentis, Marc. 16. Quem me esse dicitis? Tu es Christus Filius Dei vivi. Et Dominus: Beatus es Simon Bar-jona. O Domine, hoc tibi dixerunt et demonnes: quare ipsi non sunt beati? Quare? Quia demonnes hoc dixerunt timore, Petrus amore. Quod si aliquis merito exuatur amor, licet quis Jesu Christi divinitatem fateatur amore, neque ob id beatus, neque cum Christo regnaturus est. Subdit vero Augustinus: (54) „ Crede, ama, regna... Ergo tu amas, quia charitas cum fide ipsa te perducit ad pacem. Quam pacem? Veram pacem, plenam pacem, solidam pacem, securam pacem; ubi nulla pestis, nullus hostis. Ipsa pax est finis omnium desideriorum honorum. Denuda merito amorem, et ratio ista corruit, tum namque etsi credas, et ames, non regnabis, nec ad pacem illam perducet te fides, et charitas. Unde quo tibi contra suscipitur, amorem merito vita aeternae semper ornari, reque idcirco, si in amore permaneam, in aeternum cum Domino regnaturum, nullus, si opus fuerit, cum Augustino dicam incundanter: „ Crede, ama, regna. Denique hoc itidem statuit: (55) „ Vita nostra dilectio est: si vita dilectio, mors odium est: imo et quodlibet peccatum, eodem affirmante: (56) „ Peccatum mors est animae. Exinde fieri videtur, quod dilectio, et peccatum convenire nequeant in eadem anima, sicut vita, et mors in eodem corpore non conveniant: dilectio vero si peccato jungi non potest, gratia semper erit unita, atque ideo meritoria. Insuper si dilectio vita nostra est, nunquam erit opus mortuum, et informe, sed vivum, et gra-

(49) Ibi n. 26.

(50) In Psalm. 31. Enarr. 1. n. 1.

(51) Serm. 168. al. 17. ex 30. homil. n. 2.

(52) In Psalm. 14. v. 7.

(53) De Trinit. lib. 15. c. 18.

(54) Serm. 161. al. 18. de verbis Apoc. n. 7.

(55) Ibidem.

(56) Tract. 42. in Joan. n. 3.

„ tiz decore formatum; sicut peccatum, quod mors nostra sit, nunquam est res viva, et formata, sed informis, mortua, et mortifera: opera autem viva, et formata meritum habere, inconcussum est. Diurule in his immorari placuit, quia cum Augustini auctoritas magna sit apud omnes, ejus mens circa dilectionis meritum sedulo exploranda eratis: et licet alia S. Episcopi verba utiliter transcribi poterant, ea lubens praetereo, quia testimonia adducta satis, meo judicio, ostendant, cum dilectionem sine merito non agnovisse.

14. Superest modo exemplum caloris examinare, quo sapissime utuntur Initialistae, asserentes, quod licet ipse dispositio ad ignem sit, ei tamen solum dum est intensus, adherescit: unde conficere quis posset, quod dilectio similiter, quae ad gratiam, et meritum disponit, eis tantummodo cum intentione gaudet, copuletur. At integra paradigmatis hujusce vis, atque energia evanescit, si calorem quis ignem nuncupaverit, sicut et Philosophi haud ignobiles, et nimirum, qui rerum substantiam ab earum affectionibus, seu accidentibus non distinguunt, pari consensu appellitant, quibus cum parvum calorem, fas est, ignem item parvum vocare. Si autem Peripatetici, qui alterum ab altero secerant, mos sit gerendus, dixerim, calorem quamdam esse ignis virtutem, non operationem; et non de virtutibus, sed de illarum operibus nunc agi: et ideo calor ipse comparate ad calefactionem, non ad ignem inspiciendus est. Quapropter quemadmodum calefactio, quae operatio caloris est, sive intensa, sive remissa fuerit, sine calore esse nequit, ita amor, qui est actus gratiae, et charitatis, absque illis, sive intentione ferveat, sive tepore langueat, haud valet reperiri, ipsisque idcirco semper unitus, ac meritorius erit. (57) „ Charitas, ait D. Thomas, est habitus inclinans ad diligendum, sic se habens ad actum dilectionis, sicut calor ad calefactionem: quocirca sicut calefactio sine calore non est, ita absque charitatis habitu non erit dilectionis actus, qui ob hanc rationem semper meritum habebit siquidem dilectio ab habitu charitatis progrediens meritoria ob omnibus censetur. Deinde naturales rerum vires, ac earum opera, si vita gaudent, radicibus suis, principisque sic haerere solent, ut ab ipsis nec intensa, nec remissa divellantur. Ita visio licet infirma cum visu, intellectus etsi imperfectus cum intellectu, et intellectus, ac visus, quamvis perfecti admodum non sint, intime, insolubiliterque cum animis neantur. Haud secus Dei amor, qui praeantissima vita est, quatomlibet exiguis, charitatis, et hae gratiae copulatur: ob idque scit is, qui videt, tametsi aere, visum; qui intelligit, etiamsi imperfecte, intellectum; et uterque animam habet: sic qui Deum amat, licet non fervide, sed tepide, ac remisse id faciat, charitatem, gratiamque possidere censendus est. Idipsum pariter quae supra naturam, naturalemque rationem sunt, virtutum ostendit exemplum: qui enim vere, et supernaturaliter credit, ac sperat, spem habere, atque fidem, protinus existimatur, licet actus credendi, et sperandi fervidi non sint: occur ergo qui veraciter, et supernaturaliter Deum amat super omnia, licet non intense diligat, charitatem saltem parvulam non habebit: profectio qui fervide Deum amat, fervida charitate afficitur: eum itaque qui remisse eum diligit, remissa item charitate non donabitur? Praeterea caloris intentionem in octo gradus dividunt Peripatetici, et astrunt, quod ipse, dum septem gradus habet, ultima est dispositio antecedens cum forma ignis jam connexa, concomitans vero, dum octo; atque idcirco calor ut sex, licet adeo intensus, ut intentioni maxime antecedenti vicinas sit, absque forma illa consistat. Quamobrem si opportunum est caloris exemplum, amor ut septem ultima erit dispositio praevia jam gratiae annexa, et eam comitans amor ut octo: et ideo amor ut sex, licet ita fervidus, quod ad maximam intentionem antecedentem proximae accedat, adhuc erit sine gratia. Id autem evertit prorsus potissimum Initialistarum dogma asserentium, amorem tantummodo cum remissis, debilibus, exiguis, ac initialis fuerit, sine gratia inveniri: quibus causis exemplum caloris inopportunitum in re haec esse videtur.

15. Scitu tandem dignum est, quod circa statum naturae purae, de cuius possibilitate problematice prius disseruerat, haec ait Berri: (58) „ Id ergo pronuntio: status purae naturae impossibilis est. Et hanc impossibilitatis hujusce avertit rationem: (59) „ Res-

(57) De virtutibus q. 2. a. 7. ad 17.

(58) Thom. 2. 2. q. 2. c. 2.

(59) Lib. 18. c. 4.

„ vobis escit, audite quo amplius gaudeatis: Heredes quidem Dei, coheredes autem Christum hanc amor ipse merebitur, nam adultus, qui eam non meretur, Dei heres non instituitur. In tribus huius ultimis testimoniis et intensam, et remissam comprehendit dilectionem; hanc enim monet: (49) „ Unusquisque ergo attendat cor suum, utrum ex intus timis cordis medullis, et sincera charitate dicat, Pater. Non modo quaritur, quanta sit ipsa charitas, utrum magna, an parva, an mediocri: utrum vel sit, quero. Si natura est, latendo crescit, crescendo perficitur, perfecta permanebit. Non enim perfecta vergit in senium, et a senectute veniet ad mortem: ad hoc perficitur, ut aeterna permaneat. Nec te moveat, quod memoret charitatem, et non dilectionem, quoniam charitatis nomine haud charitatis virtutem, sed dilectionem hic intelligit; agio enim de dilectione ipsa, ut verba produnt in testimoniis illis contenta: agit de amore, quo Deus amatur, et invocatur ut pater; et amor iste non virtus, sed actus est: agit de dilectione, qua divinam meretur hereditatem; et dilectio haec non est habitus, sed operatio. Neque hic solum, sed alibi etiam frequentissime charitas apud ipsam dilectionem significat: unde ait: (50) „ Unius rei est utrumque nomen. Et: (51) „ Amor Dei, amor proximi charitas dicitur. Hinc asserendum existimo, dilectionem Dei quamdam esse charitatem, quae sive magna, sive parva, sive mediocri, modo nata sit, in cordibus existit a diabolo non possessis, sed a Spiritu Sancto inhabitatis, in viris iustis, in filiis Dei, in hereditibus Christi: quomodo erit cum peccato? Ipsa utique nascitur, ut perficiatur, et aeterna permaneat: ideoque esse nequit informis, et non meritoria; opus namque huiusmodi ita perfici, et permanere non valet, ut nuper dicebam. Ait praeerea: (52) „ Habes quod agas, ut nunquam moriaris. Si times mortem, ama vitam. Vita tua Deus est, vita tua Christus est, vita tua Spiritus Sanctus est. Hoc vero absolute dici non posset, si quando amor absque merito consisteret: tunc enim tametsi quis vitam huiusmodi amaret, eam non mereret, et illam si non mereret, minime obtineret, ac propterea a morte non liberaretur. Ait ulterius: (53) „ Quid enim, quia dixerunt demonnes: Marc. 3. Tu es Filius Dei, scimus, qui sis; ideo rogantur sunt cum Filio Dei? Absit. Discernenda est ergo fides demonum a fide Sanctorum. Plane discernenda vigilanter, et diligenter. Nam et Petrus hoc dixit Domino dicentis, Marc. 16. Quem me esse dicitis? Tu es Christus Filius Dei vivi. Et Dominus: Beatus es Simon Bar-jona. O Domine, hoc tibi dixerunt et demonnes: quare ipsi non sunt beati? Quare? Quia demonnes hoc dixerunt timore, Petrus amore. Quod si aliquis merito exuatur amor, licet quis Jesu Christi divinitatem fateatur amore, neque ob id beatus, neque cum Christo regnaturus est. Subdit vero Augustinus: (54) „ Crede, ama, regna... Ergo tu amas, quia charitas cum fide ipsa te perducit ad pacem. Quam pacem? Veram pacem, plenam pacem, solidam pacem, securam pacem; ubi nulla pestis, nullus hostis. Ipsa pax est finis omnium desideriorum honorum. Denuda merito amorem, et ratio ista corruit, tum namque etsi credas, et ames, non regnabis, nec ad pacem illam perducet te fides, et charitas. Unde quo tibi contra suscipitur, amorem merito vita aeternae semper ornari, reque idcirco, si in amore permaneam, in aeternum cum Domino regnaturum, nullus, si opus fuerit, cum Augustino dicam incundanter: „ Crede, ama, regna. Denique hoc itidem statuit: (55) „ Vita nostra dilectio est: si vita dilectio, mors odium est: imo et quodlibet peccatum, eodem affirmante: (56) „ Peccatum mors est animae. Exinde fieri videtur, quod dilectio, et peccatum convenire nequeant in eadem anima, sicut vita, et mors in eodem corpore non conveniant: dilectio vero si peccato jungi non potest, gratia semper erit unita, atque ideo meritoria. Insuper si dilectio vita nostra est, nunquam erit opus mortuum, et informe, sed vivum, et gra-

(49) Ibi n. 26.

(50) In Psalm. 31. Enarr. 1. n. 1.

(51) Serm. 168. al. 17. ex 30. homil. n. 2.

(52) In Psalm. 14. v. 7.

(53) De Trinit. lib. 15. c. 18.

(54) Serm. 161. al. 18. de verbis Apoc. n. 7.

(55) Ibidem.

(56) Tract. 42. in Joan. n. 3.

tie decore formatum; sicut peccatum, quod mors nostra sit, nunquam est res viva, et formata, sed informis, mortua, et mortifera: opera autem viva, et formata meriti habere, inconcussum est. Diurule in his immorari placuit, quia cum Augustini auctoritas magna sit apud omnes, ejus mens circa dilectionis meritum sedulo exploranda eratis: et licet alia S. Episcopi verba utiliter transcribi poterant, ea lubens praetereo, quia testimonia adducta satis, meo judicio, ostendant, cum dilectionem sine merito non agnovisse.

14. Superest modo exemplum caloris examinare, quo sapissime utuntur Initialistae, asserentes, quod licet ipse dispositio ad ignem sit, ei tamen solum dum est intensus, adhaerescit: unde conficere quis posset, quod dilectio similiter, quae ad gratiam, et meritum disponit, eis tantummodo cum intentione gaudet, copuletur. At integra paradigmatis hujusce vis, atque energia evanescit, si calorem quis ignem nuncupaverit, sicut et Philosophi haud ignobiles, et nimirum, qui rerum substantiam ab earum affectionibus, seu accidentibus non distinguunt, pari consensu appellitant, quibus cum parvum calorem, fas est, ignem item parvum vocare. Si autem Peripatetici, qui alterum ab altero secerant, mos sit gerendus, dixerim, calorem quamdam esse ignis virtutem, non operationem; et non de virtutibus, sed de illarum operibus nunc agi: et ideo calor ipse comparate ad calefactionem, non ad ignem inspiciendus est. Quapropter quemadmodum calefactio, quae operatio caloris est, sive intensa, sive remissa fuerit, sine calore esse nequit, ita amor, qui est actus gratiae, et charitatis, absque illis, sive intentione ferveat, sive tepore langueat, haud valet reperiri, ipsisque idcirco semper unitus, ac meritorius erit. (57) „ Charitas, ait D. Thomas, est habitus inclinans ad diligendum, sic se habens ad actum dilectionis, sicut calor ad calefactionem: quocirca sicut calefactio sine calore non est, ita absque charitatis habitu non erit dilectionis actus, qui ob hanc rationem semper meritum habebit siquidem dilectio ab habitu charitatis progrediens meritoria ob omnibus censetur. Deinde naturales rerum vires, ac earum opera, si vita gaudent, radicibus suis, principisque sic haerere solent, ut ab ipsis nec intensa, nec remissa divellantur. Ita visio licet infirma cum visu, intellectus etsi imperfectus cum intellectu, et intellectus, ac visus, quamvis perfecti admodum non sint, intime, insolubiliterque cum animis neantur. Haud secus Dei amor, qui praeantissima vita est, quatomlibet exiguis, charitatis, et hae gratiae copulatur: ob idque scit is, qui videt, tametsi aere, visum; qui intelligit, etiamsi imperfecte, intellectum; et uterque animam habet: sic qui Deum amat, licet non fervide, sed tepide, ac remisse id faciat, charitatem, gratiamque possidere censendus est. Idipsum pariter quae supra naturam, naturalemque rationem sunt, virtutum ostendit exemplum: qui enim vere, et supernaturaliter credit, ac sperat, spem habere, atque fidem, protinus existimatur, licet actus credendi, et sperandi fervidi non sint: occur ergo qui veraciter, et supernaturaliter Deum amat super omnia, licet non intense diligat, charitatem saltem parvulam non habebit: profectio qui fervide Deum amat, fervida charitate afficitur: igitur itaque qui remisse eum diligit, remissa item charitate non donabitur? Praeterea caloris intensionem in octo gradus dividunt Peripatetici, et astrunt, quod ipse, dum septem gradus habet, ultima est dispositio antecedens cum forma ignis jam connexa, concomitans vero, dum octo; atque idcirco calor ut sex, licet adeo intensus, ut intensionem maximam antecedenti vicinas sit, absque forma illa consistat. Quamobrem si opportunum est caloris exemplum, amor ut septem ultima erit dispositio praevia jam gratiae annexa, et eam comitans amor ut octo: et ideo amor ut sex, licet ita fervidus, quod ad maximam intensionem antecedentem proximae accedat, adhuc erit sine gratia. Id autem evertit prorsus potissimum Initialistarum dogma asserentium, amorem tantummodo cum remissis, debilibus, exiguis, ac initialis fuerit, sine gratia inveniri: quibus causis exemplum caloris inopportunitum in re haec esse videtur.

15. Scitum tandem dignum est, quod circa statum naturae purae, de cuius possibilitate problematice prius disseruerat, haec ait Berri: (58) „ Id ergo pronuntio: status purae naturae impossibilis est. Et hanc impossibilitatis hujusce avertit rationem: (59) „ Res-

(57) De virtutibus q. 2. a. 7. ad 17.

(58) Tom. 2. d. 1. c. 2.

(59) Lib. 18. c. 4.

Verum hic te monent, opportunum duxi, peccatorem attritum, qui post culpam confessionem sensuum usu privatur, et quin dilectionem efficiat, absolvitur, obitque, si ante mortis articulum in Dei gratia aliquando fuit, illumque dilexit, justificari, ac salvari, quoniam sacramentalem absolutionem rite, hoc est, verè attritus suscipit, ac propterea Sacramenti etiam effectum, nempe gratiam. Amor, quo gloriam tunc sibi mereat, deest quidem, sed innoxie deliquit causa; illam tamen jam olim promeruit dilectione illa, qua mortis articulum processit, ac vite aeternae meritoria fuit; et licet postmodum, superveniente culpa, mortificata fuerit, ad vitam iterum in ipsa justificatione redit, quia ut ait D. Thomas: (15) „Opera mortificata per penitentiam revis-
„visunt.“

10. Dices tamen: si supra memoratum Dei decretum sit absolutum, homo ille, qui nunquam eum dilexerat, etsi peccata sua verè attritus confiteatur, et absolvatur, remissionis gratiam non obtinet, et ideo inferno addicitur: igitur attritio cum Sacramento ad justificationem tunc satis non est, ac proinde nec tempore ullo, nam eandem semper sacramentalis justificatio exigit preparationem.

11. R. attritionem cum Sacramento semper, ac propterea etiam in mortis articulo sufficere ad justificationem, modo reliqua, qua aliunde sine adhibenda, non praetermittantur: homo autem mortis vicinus meritum vite aeternae, sive in illo articulo, sive antea comparatum habere, omnino debet propter decretum Dei illud, si absolutum est, quocirca deficiente merito, homo damnatur, et ideo non justificatur in hora mortis: hoc verò nequam attritionis insufficientiae, sed meriti defectui tribuendum est. Deinde attritio cum Sacramento omni tempore sufficit, ad obtinendam gratiam communem, secus verò finalem, quas inter hoc est discriminis, quod prior et reprobis, et electis datur: posterior autem electis tantummodo, quia est infallibiliter connexa cum aeternae felicitatis consecutione; et ideo ad eam nascendam satis non est attritio illa, sed insuper requiritur meritum caelestis beatitudinis, si haec non nisi eam merentibus impartitur. Praeterea finalis gratia perseverantiae item finalis secum donum addicit: hoc autem, quamquam sub merito non cadat, his solummodo, qui aeterna vita digni reputantur, conceditur. Et hac etiam ratione attritio cum Sacramento sufficere nequit, ad independendam finalem gratiam, siquidem dum peccator attritione oratus ad Sacramentum accedit, condignitatem illam propter meriti defectum, et peccati maculam adhuc non habet. Porro gratia, qua in fine vite confertur, non communis, sed finalis est; et cum hanc ob meritum inopiam obtinere nequeat homo, de quo agitur, nullatenus justificaretur.

12. At inquit iterum: homo ille attritus est, ac propterea supernaturaliter credit, sperat, timet, dolet de peccatis, ea odit, emendationem proponit, concupiscentia amorum erga Deum habet, et haec omnia agens, subito deliquit opprimitur, abicitur, obicit: et nihilominus damnandus est? Numquid opera ista praestantissima una cum absolutione sacerdotali ab aeterno igne eum eripere non valent? Numquid Deus, qui horum operum auctor est primitivus, ipsa in eo cooperante efficit, et illum continuo sempiternis tradit suppliciis? Numquid hoc infinite ipsius Dei misericordiae quammaximè non repugnat? Numquid potius aut rem hanc impossibilem dixerit, aut hominem illam aliquam nobis incomperata via salvati?

13. Sedenim excutere, an id fieri valeat, vel secus, extra agnem tenso, et mea ideo non interest explanare: verisimilius tamen videtur, quod hi, qui damnantur, nobilissimos actus eos in fine vite suae non habeant, ceteram licet illos tunc quis efficiat, si merito caret vite aeternae, et hanc Deus merentibus dumtaxat conferre decrevit, infallibiliter damnabitur, quia ut Isaias ait: (16) „Dominus exercituum decre-
„vit, et quis poterit infirmare?“ Verum de his hactenus revertendumque propterea ad initialium argumentum.

14. Opp. 2. verba illa Ecclesiastici: (17) „Radix sapientiae est timore Domini.“ Et iterum: „Timor Dei initium dilectionis ejus.“ Subdit autem praelaudatus Berti

(18) „Quid ergo inaniter ludimus, quando tam aperte Scriptura ipsa testatur, ideo
„timorem esse initium sapientiae, ideo peccatum expellere, quia est radix, et initium
„amoris?“ Absque eo itaque neque peccatum expellit timor, neque sapientiae ini-
„tium est.

15. Resp. timorem Domini radicem esse, et initium dilectionis, quod honorabilis sapientia nuncupatur, quoniam ad eam nos preparat, ut Augustinus docet verbis ab ipso Berti productis, nimirum: „Ergo incipiat timor, quia initium sapientiae timor Do-
„mini: timor quasi locum preparat charitati.“ Preparat autem antecedenter, non concomitanter, adit enim S. Doctor: (19) „Cum autem ceperit charitas habitare, pellitur
„timor, qui ei preparavit locum.“ Timor itaque praevia est ad charitatem, dilectio-
nemque preparatio, et inde sine eis illum esse constat, ac preparare, siquidem anteceden-
dens dispositio ad formam dispositionis partes explet sine forma, ut in pravijis ad ani-
mam nostram dispositionibus liquet, quae quidem absque animae ipsius consortio sum
gerant munus. Nullus ergo hic ludus, nihil inane, sed consecratio potius, quod timor
Domini sine amore dispositio sit, quia dispositivè initium, et radix est dilectionis.
Sine hac etiam timor Dei excludit nostra delicta, quia ideo peccatum expellit, quia
est radix, et initium amoris, est verò sine amore sibi coexistente initium, et radix.
Demum si amoris non eget timor, ut pellat culpam, nos item sine illo congruenter
aptabit ad Penitentiam, etenim praedictus Auctor dilectionis necessitatem potissimum
ascribit, ut peccatum, peccandique voluntas omnino propulsentur.

16. Opp. 3. verba Jeremiae: (20) „Quaeritis me, et invenietis, cum quaesieritis me
„in toto corde vestro.“ Et Joelis testimonium supra allatum: „Convertimini ad me
„in toto corde vestro.“ Sine aliquo autem amore imperfecto saltim, et initiali at-
tritionem hominem toto corde Deum quaerere, et ad ipsum converti nequire, ac propte-
rea nec ad Penitentiam satis aptari, contendunt.

17. R. Anti-Attritionarios inopportune, ut arbitror, initialem suum amorem com-
minisci, ut peccator toto corde ad Deum convertatur, ipsum quaerat, et diligat; si-
quidem amor ejusmodi imperfectus satis, ipsis fatentibus, forte; conversio autem, et
dilectio, si toto corde fiant, perfectione haud dubie nobilitantur eximia. Deinde pec-
catorem ad Deum toto corde convertendi nullatenus vim haberet amor ille, quoniam
à delicti labe cor non ablueret, quod ideo factè maculatum, et à Deo aversum re-
linqueret. Denique haud una, sed duplici conversione peccatores Deum quaerunt, ad
ipsumque revertuntur: altera videlicet imperfecta, antecedente gratiam, et ad eam cor
preparantes; altera perfecta, ac justificante, seu justificationem ipsam comitante: prior
attritionis timore orta est, quia gehennae metu juxta Tridentinum: „ad misericor-
„diam Dei de peccatis dolendo contugimus, vel à peccato abstinemus.“ Quod
etiam docet, attritionem parare viam ad justitiam, et ad gratiam disponere. Posterior
vero gratia peragitur, et charitate; peccator enim à Deo aversus est, et ideo ut per-
fectè ad ipsum convertatur, destrui omnino debet aversio illa; ad hoc autem charitas
desideratur, et gratia, nam ut ait D. Thomas: (21) „Ad sanandam praedictam aver-
„sionem requiritur gratia, et charitatis infusio, sicut ad sanationem caecitatis requi-
„ritur restitutio potentiae visivae.“ Conversio itaque perfecta gratia, et charitate effi-
„citur: imperfecta verò attritione; quoniam igitur conversionem initialis amor fac-
„tabit?

18. Opp. 4. Christi Domini de muliere peccatrice testimonium illud: (22) „Re-
„mittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Cui auferit minus dimittitur,
„minus diligit.“ Ex his verbis minimè, nisi Deum amemus, nobis peccata dimitti,
arguunt.

19. R. de remissione peccatorum extra Sacramentum, ac de perfecta dilectione Do-
minum ibi fuisse elocutum. Insuper fervidissimus illius feminae amor non anteceden-

V §

(15) 1. p. 9. 82. 2. 3. c.

(16) Is. 47. 14.

(17) Ec. 17. 21. et 22. 16.

(18) ubi supra c. 6.

(19) Tr. 2. in Epist. Joan. 2. 4.

(20) Jer. 29. 11.

(21) de verit. 9. 28. 2. 2. c.

(22) Luc. 7. 67.

144. dies Domini, et terribilis valde, et quis sustinebit eum? Nunc ergo dicit Dominus: „convertimini ad me in toto corde vestro, in jejuniis, et in fletu, et in planctu. Et scindite corda vestra, et non vestimenta vestra, et convertimini ad Dominum Deum vestrum, quia benignus, et misericors est, pater, et multa misericordia.“ Nullum hic amorem prescribit, sed timorem servorum excitat, et exinde exortum dolorem, ploratum, et ululatum. Cui consonat Tridentinum, dum de novitate vite agens, ac integra peccatorum remissione, quæ in Sacramento donatur, inquit: (10) „Ad quam tamen novitatem, et integritatem per Sacramentum Pœnitentiæ, sine magnis nostris fletibus, et laboribus, divina id exigente justitia, pervenire nequaquam possumus; ut merito Pœnitentiæ laudabilis quidam baptismus à Sanctis Patribus dictus fuerit.“ Non igitur inter dulcia amoris otia, sed inter magnos, et amaros animi labores, dolores, afflictiones, et lachrymas preparatio prævia ad Sacramentum Pœnitentiæ peragenda est. Quod et Theologi propemodum universi probare videntur, dum asserunt, culpam confessionem lachrymosam esse debere, internis præsertim lachrymis: ac minime omnes præcipiunt, amore etiam esse honestandam. Labore itaque, ac dolore, necnon erumpentibus è corde lachrymis peccator jam respiciens ad Pœnitentiæ aptetur, Deique miserationem in Sacramento querat, et remissionis gratiam inveniet. Deum revera adhuc ex charitate non amat; sed nec Deus adhuc eum diligit, et charitatis dilectio reciproca est. Cum verò Deus misericordia motus peccatorem benignè aspiciat, ac diligere incipit, ne iniquum amet, à peccato eum illico reddit immunem; illius quippe amor, qui non purè affectivus, sed effectivus, et valde operatorius est, gratiam, et charitatem eidem peccatori, confert, quibus hic fit justus, et Deum ipsum vicissatim incipit amare. Hoc autem amore, qui non antecedens, sed concomitans est justificationem, primum præceptum examissum, ac religiose implet. Et cum dilectioni initiali amor hujusmodi præstat quàm maximè, utpote non criminum, sed gratiæ, charitatisque socius, fit inde perfectus in hac, quàm in Adversantium opinione, legem illam sanctissimam custodiri. Præterea initialis dilectionis necessitatem haud aptè, ut reor, ex primo præcepto illi conjiciunt; non enim de simili dilectione, quæ imperfectissima, et cum mortali noxa sociabilis foret, sed de amore justificante, et perfecto, eo vel minimum perfectionis grado, quo labem illam eradicit penitus, et ejus loco sanctificantem sufficit gratiam, ipsum loqui existimo, quia finis præcepti est charitas de corde puro, et conscientia bona, et fide non ficta. Quod et ipsius præcepti satis innuit verba illa: „ex toto corde tuo, et ex tota anima tua, et ex tota fortitudine tua:“ quæ quidem perfectum, et justificantem amorem flagitare videntur potius, quàm initialem; hic enim propterea quod peccati societatem non relinqueret, cor hominis à Deo aversum relinqueret, et animam similiter, ideoque non esset ex tota anima, et ex toto corde: neque de corde puro foret, et conscientia bona, sed de eisdem peccati sordibus maculatis. At amor justificans, etsi remissus, ex tota anima, ex toto, ac puro corde, et ex conscientia bona est, quia cum gratia existit, et charitate, quæ conscientiam, cor, et animam purificant, et ad Deum convertunt; quapropter amor isthæc præ initiali injundus videtur. Si autem dilectionis lex justificantem exigat amorem, peccatores, dum sese ad Pœnitentiæ aptant præviè, diligere non adstringuntur, alias justificari etiam tenerentur, priusquam hoc Sacramentum reciperent, ut falso Contritionistæ existimant. Subest quidem peccator mandato dilectionis; sed cum in peccato existens diligere nequeat, à culpa expiandus est, ut diligit: sicut justificari quoque debet, antequam suscipiendæ Eucharistiæ custodiat legem, qua item ligatur: unde neque legis hujus, dum gratiam querit, ut dignè Eucharistiæ accipiat; neque mandati illius prævaricator existit, cum præviè se ad gratiam ipsam aptat, qua Deum amet super omnia.

5 Verumenimvero si peccatores dum ad Pœnitentiæ sese aptare, et Deo reconciliari curant, primo illo præcepto amorem efficere, non ligantur, (11) „Fieri posset, inquit Berti, ut scelestissimus homo numquam in vita dilexerit auctorem suum, ac tan-

(10) Sess. 14. cap. 1.

(11) lib. 34. c. 5. prop. 5.

dem supplicij terrore percussus, peccata confiteatur, statim verò absolutione percepta, extremam diem obeat, ideoque justificatus sit, quàmquam toto vitæ suæ tempore Deum non dilexerit.“

6. Ipse tamen, pace tanti viri dixerim, scelestissimum illum, si verè justificatur, in ipso justificationis momento, juxta hæcenus stabilita, Deum diligere anore non quidem imperfectissimo, seu initiali, sed perfecto, et justificationem ipsam comitante.

7. Ceterum æquid, inquires, si homo ille, qui Deum nunquam dilexit, verè attritus, culpam confessione peracta, repentino animi deliquio afficiatur, ac sensibus destitutus à Sacerdote absolvatur, et statim pereat? Hic sanè, quod jam sensuum usu, dum absolvitur careat, ne amorem qui justificationis comitem efficere: Quid igitur de eo stabilendum? Damnum? Pœnitentiæ ritè comparatus suscepisse, ipsiusque propterea beneficio gratiam obtinuisse, et justus obijisse videtur. Salvabitur? Superum gloriam, quod amore Deum suum æternâ mercede digno nunquam dilexerit, sibi nullatenus promeruit? Quid ergo ei eveniet?

8. Hæc difficultas, quæ gravissima revera est, Adversantes ipsos urgendi quoque vim habet; quia si homo præfatus initiali amore, quem propugnant, paratus, et ornatus ad Sacramentum accessisset, è vita migraret, quin Deum amore perfecto, ut par est, et dilectionis lege, meo judicio, jubetur, unquam diligeret: imò quod Sacramentum ritè comparatus, eorum sententiâ, susciperet, justificationis gratiam acquireret, et justus decederet; proptereaque æternam vitam, quin prius illam sibi promeruisset, nancisceretur, nam initialis amor, utpote gratiam antecedens, ab homine noxa adhuc infecto, ac Dei inimico progredere, et ideo nil apud Deum ipsum posset emereri. Discors autem Theologorum sensui nimis hoc apparet, adultis hominibus, per modum coronæ, sive ob eorum merita conferri gloriam, passim asserentium. Quod et Apostolus innuit, (12) dum coronam justitiæ, id est præmium nostris operibus debitum, gloriam ipsam appellat: et etiam cum de agonisæ arte (13) „Non coronatur, nisi legitime certaverit.“ Vita igitur æterna certantium, et labore suo eam promerentium remuneratio est: quæ itaque gloria, quam sibi non meruit, coronabitur homo ille? Quid ad hæc Berti? Quid Initialistæ alij? Et ipse quid demum dicam?

9. Mihi profecto, nec distitor, aqua hæret, neque scrupulum, quoquo excutiam proorsus, invenio. Sed rem in medio ne deserere videar, dicam tandem, quoad sapientes meliora proferant, gloriam coronæ instar; si adultis omnibus, qui de electorum numero sunt, nulla exceptione facta, conferre Deus decrevit; hominem illum, si ad hunc numerum spectat, neutiquam, Deo ipso ita disponente, interiturum, quin vel amorem justificationis socium, quo gloriam sibi mereat, prius eliciat: quod nullo negotio fieri poterit, quia etsi exterius sui expertus, ac pene mortuus appareat, intus tamen, ut in agnis plerumque accidit, vita plenus, et extricata, ac libera cogitandi vi gaudens, ita fortasse erit, ut credere, sperare, et diligere optimè valeat. Si verò deliqui causi et externos, et internos sensus evertentis, Deum charitatis affectu non prosequatur, propriam amittet salutem; sine dilectione enim à gratia, et charitate profluente celestem coronam nemo unus meretur, neque eam qui non meruit, indepicitur. Ceterum si præfatum Dei decretum, de danda videlicet gloria eam merentibus, universale, et absolutum non sit, nec adultos omnes comprehendat, quod incompertum, et anceps valde est, unque Deo notus, justificari posset peccator ille, gloriamque obtinere, haud quidem per modum coronæ, minime enim illam meruit; sed titulo dumtaxat hereditatis, eidem utpote jam amico, et filio Dei per gratiam, et charitatem in Pœnitentiâ acceptas factis respondentis: sicut et pueros solo Baptismo decedentes æternam gloriam, non ut coronam, seu meritorum ratione, nulla namque eis suppetunt, sed hereditatis item titulo certum est nasci, quia gratia, quam illis Baptismum confert, efficiuntur filij Dei: (14) „Si autem filij, et heredes, heredes quidem Dei, coheredes autem Christi.“

V

(12) 1. ad Timoth. 4. 8.

(13) Ibidem. 2. 5.

(14) Rom. 8. 17.

„pondebis, idcirco à te statum puræ naturæ denegari, quoniam in eo statim tenebatur „homo ad amandum Deum super omnia, atque si hoc faceret, bonam voluntatem ha- „beret, et ad vitam perveniret æternam.“ Enimvero momentum hoc satis evincit, amo- „rem sine merito æteræ vitæ extare nullum: quoniam si amor quit absque merito repe- „riri, homo purus posset Deum amare super omnia, et vitam æternam non mereri; ad „quam idcirco minime perveniret. Unde si status naturæ puræ impossibilis dicitur ra- „tione illa, amor Dei semper est meritorius: aut si amor merito caret interdum, sta- „tus ille possibilis est. Deum puri hominis amor naturalis foret, supernaturalis vero re- „missus charitatis amor: si ergo ille sufficeret, ad obtinendam vitam æternam, ipsam- „que idcirco promerendam, æquomodo ad id insufficientis iste censetur? Hoc item ait „idem: (60) „Sine charitate, quæ in cordibus nostris per Spiritum Sanctum diffunditur, „Deum autorem naturæ diligere non possumus super omnia.“ Charitas hæc, ipso ju- „dice, gratia ipsa sanctificans est, ut dixi cap. XIV. n. 17: amor autem a gratia ista „proveniens, æternæ beatitudinis habet meritum, quod idcirco spoliari non debet „amor Dei auctoris naturæ. Porro si amor iste juxta hæc principia meritorius est, æquo- „modo amor Dei auctoris gratiæ, uti est remissus charitatis, exui merito valet?

(60) Ibidem.

CAPUT. XVIII.

*Momenta, quæ pro attritionis insufficientia, et amoris initialis
necessitate stabilendis ex Scriptura depromunt
Initialistæ, discutuntur.*

1. **P**RIUSquam Adversatorum fundamenta expendantur, nonnulla, quæ ipsi as- „truant, auscultanda sunt. Berti, qui præclari inter eos nominis est, hæc „ait: (1) „Charitatis nomine, spectata communi, et obvia significatione, intelligitur „apud Theologos Spiritus Sanctus inhabitans, amicitia, et societas Dei, atque donum „illud præstantissimum, quo reddimur filii Dei, ac templum Spiritus Sancti, et cu- „jus infusione fit peccatorum remissio.“ Patuzzius Initialista item illustris inquit: (2) „Hæc igitur hæcenus exposita charitas illa perfecta est, quam Deus à nobis exigit, „quæ præceptum dilectionis implet, quæ nomine charitatis venit plerumque tum in „Scripturis, tum in Sanctis Ecclesiæ Patribus, atque Theologis, quæ demum justifi- „cat hominem, præstatque per semetipsam dotes illas omnes, quæ in ipsa justifica- „tione comprehenduntur.“ Hincque illi, quorum doctrinæ libentissime subscribo; et „ideo charitatis nomine perfectam, ac justificantem intelligam, quæ à Spiritu Sancto in- „habitante est, et nos Dei templum constituit, quæ asert una secum amicitiam, et so- „cietatem Dei, necnon divinam filiationem, primi præcepti custodiam, culpam remissionem, „et imploram justificationem. Regula ista Adversariorum complura solvit eorum- „dem argumenta; siquidem testimonia prope innumera producunt ex Scriptura, ex Patri- „bus, et ex Theologis, in quibus charitas absolute vel laudatur, vel necessaria dicitur, „quæ de perfecta, et justificante intelligi oportet, quia hæc est communis, et obvia sig- „nificatio charitatis; secus autem de charitate initiali, inchoata, et imperfecta, quæ non „Dei societatem, et amicitiam, et aversionem ab eo, neque Dei ipsius „inhabitationem, et filiationem, sed diaboli, neque peccatorum remissionem, sed illorum „secum habeat consortium: hæc enim charitatis nomine non venit: atque idcirco nisi „expressè de hac posteriori agatur, de priori semper affari credam Scripturam, Patres,

(1) Tom. 1. diss. 1. c. 1. §. 3. n. 1.

(2) Traët. 4. de virtutibus theolog. diss. 3. de charitate. c. 1. n. 10.

et Theologos, dum charitatem commendant, vel præcipiunt. Ita nimirum supradictus „Initialistarum canon opportunus valde est pro argutationum, quas ipsimet coniungunt „dissolutione, quoniam

(3) „Ipse docet quid agam: fas est et ab hoste doceri“

2. Conclamant quidem plurimi, quod dilectionis mandatum ab homine attrito, an- „tequam justificetur, servari debeat: sed cum mandatum istud affirmativum sit, semper „utique, at non pro semper, ut ajunt Scholastici, sed quibusdam solum temporibus ho- „mines ligat. Utrum verò ex his unum illud sit, quo ad Pœnitentiæ Sacramentum præ- „viè comparantur, aperte non constat: ipsi tamen jam inchoatè illud implete, et Deum „idcirco initialiter diligere, censi queunt, quia Deum timent, et (4) „Timor Dei ini- „tium dilectionis ejus.“ Habent itaque hoc dilectionis initium, ceteri queunt, quod dilectio inci- „piens, et charitas inchoata dici potest. Insuper credendo, sperando, timendo, dolendo „de peccatis, etque detestando, meliorem vitam proponendo, et ad Sacramentum acceden- „do, sedulo laborant, ut jussum id exequantur, sive ut gratiam, charitatemque acquirant, „quibus ipsum efficiant amorem Dei super omnia: et hoc sat est, ut legis non sint vio- „latores, juxta dicta cap. IX. n. 37.

3. Opponent nihilominus 1. memorati præcepti verba: (5) „Diliges Dominum Deum „tuum ex toto corde tuo, et ex tota anima tua, et ex tota fortitudine tua:“ Præcep- „tum autem isthoc tunc potissimum ligare homines, rentur, cum Deum sibi, quem gra- „viter delicto suo læserant, placari, ac reconciliari, medio Pœnitentiæ Sacramento stu- „dent: et quoniam lethali noxa scelerati, Deum eo temporis perfectè amare nequeunt, „imperfecta saltem dilectione, quam initialem vocant, eundem prosequi tenentur, in- „quunt illi.

4. Respondeo tamen, quod prælaudatus Patuzzius hæc item ait: (6) „Scripturæ, „quemadmodum, et Sancti Patres, quando charitatem memorant, de illa loqui consue- „verunt, quæ divino nobis præcepto præscribitur, quam solam esse charitatem perfec- „tam mox explicandam assumo.“ Si charitas, quæ nobis injungitur, perfecta est, præ- „ceptum charitatis laudari non debet, dum de charitate imperfecta stabilenda tractatur. „Deinde dolor potius, quam amor à pœnitentibus postulatur, quia non amor, sed dolor „materia est Pœnitentiæ, et hæc non amoris, sed doloris est Sacramentum. Nec peccato- „ribus ipsis dum præviè ad eam parantur, Deus ipse præbet dilectionis specimina; non „enim ex amore erga ipsos, quos odit certissimè, sed unice ex misericordia illos ad pœ- „nitentiam vocat, et aptat: ideoque culpam veniam, seu impiorum justificatio divinæ mi- „sericordiæ sapientissimè tribuitur in Scriptura; et D. Thomas inquit: (7) „Miseria hominis „in peccato principaliter consistit, miser enim facit populum peccatum ipsum: sed „miseriam removere ad misericordiam pertinet ergo cum justificatio sit peccatorum re- „missio, videtur, quod ad attributum misericordiæ reducat. Quocirca respiscen- „tibus impiis, et sese Dei auxilio ad Sacramentum comparantibus dolore, suspiria, ge- „mitus, et lachrymas, præ amore opportuniore, et magis necessaria existimo amor enim, „quamvis præstantior sit, mutua querit amoris officia, et hæc eo tempore non sunt in „Deo, quia Altissimus odio habet peccatores: et insuper affectus præfati propinquiores, „affinioresque Pœnitentiæ ipsi, ejus materia dolor est, et valde utiles sunt, ut offensi „iudicis animus ad miserationem, et veniam provocetur. Unde Judith hæc ad concives „suos dicebat: (8) „Pœniteamus, et indulgentiam ejus fuis lacrymis postulemus. „humiliemus illi animas nostras, et in spiritu constanti humiliato servientes illi, di- „camus fletus Domino, ut secundum voluntatem suam, sic faciat nobiscum miseri- „cordiam suam:“ ubi pœnitentiam, quæ ante justificationem faciendâ est, quin amo- „ris recordata fuerit, descripsit. Ipse quoque Deus quid præviè agere debeamus, ut inve- „nire apud illum misericordiam possimus, sic per Joëlem nobis aperit: (9) „Magnus enim

(1) Ovid. 4. Metam.

(4) Eceli. 25. 16.

(5) Deut. 6. 1.

(6) ubi supra num. 16.

(7) 4. Sent. d. 17. q. 1. 2. 1. questio. 4.

(8) 6. 8. v. 14. 16. 17.

(9) 6. 2. v. 11. 12. 13.

tibus, sed concomitantibus, seu subsequentibus dispositionibus debet agregari, quoniam amor ita perfectus ante gratiam, et charitatem nunquam existit, sed ab eis juxta Adversantes ipsos promanant. Hic autem de remissione, aut justificatione Sacramenti virtute peragenda, de amore imperfecto, ac de pravis dispositionibus sermo est.

20. Verumtamen Natalis Alexander, productis Christi Domini verbis supradictis, ait: (23) „Dilectionem esse mensuram remissionis peccatorum, Salvator noster his verbis significat: ita ut illi minus remittatur, qui minus diligit; illi multa condonentur, qui multum diligit; adeoque nihil illi remittatur, qui non diligit. Idem confirmatur ex illis Domini nostri verbis: (24) Qui diligit me, diligetur à Patre meo. Nemo porro Dei gratiam impetrat per Sacramentum, nisi à Deo diligatur: nemo, itaque justificatur etiam in Sacramento, nisi Deum diligit. Confirmatur et Apostolorum testimonio: (25) Si quis non amat Dominum nostrum Jesum Christum, sit anathema. (26) „Qui non diligit, manet in morte. Quomodo autem justus quis censeri potest, qui coram Domino est anathema, et in morte peccati manet? Nemo ergo justus esse potest, nisi amet Dominum Jesum.“ Haecque ille.

21. At hac omnia amoris necessitatem produunt quidem, non tamen initialis, prae-
vij, et cum peccato existentis, sed concomitantis, et sanctificationis gratiae consortium habentis. Homini dum in peccato est, nec culpa, nec poena remittitur: et ideo amor ille prior, proptereaquod cum peccato reperiri posset, remissionis peccatorum mensura esse nequirit; obidque etsi peccator Deum diligeret initialiter, nil ei remitteretur. Posterior vero amor mensura remissionis est, sed poena duntaxat temporalis: quia peccata quoad labem, et aeternae poenae reatum haud scorsim, et quasi per gradus, sed omnia simul, et semel gratiae infusione tolluntur. Post justificationem manet ut plurimum reatus poenae temporalis, qui amore concomitante valet auferri, ita nimirum ut aliquantulum minuatur, si amor parvus sit, et extinguatur prorsus, si amor valde ferveat. Si autem amor absit, ut in poenitente accidit, qui confessione facta, subitatio morbo ante absolutionem corripitur, et sensu orbatur omni, integer manet reatus ille, cum quo ideoque, si obit, purgatorium adhibet poenitens. Constat itaque, Christum Dominum de amore remissivo locutum esse; et ideo ad amorem initialem, qui remissivus non esset, incongrue ejus verba referri. Præterquamquod si dilectio est remissionis mensura, ubi non est remissio, nec dilectio erit: in peccatoribus autem, quamdiu culpæ subsunt, cum nulla remissio sit, neque dilectio erit ulla.

22. Ad priorem Confirmationem quod attinet, dixerim poenitentem amore erga Deum in justificatione ipsa affici, sed prius à Deo diligi, quoniam ipse prior dilexit nos: divinus autem amor gratiam eidem, et charitatem confert, quibus ille vicissim Deum amat. Unde ait D. Thomas: (27) „Deus diligit diligentes se, non tamen ita, quod dilectio se diligentium sit ratio, quare ipse diligit, sed potius è converso.“ Quapropter haud quidem quia nos Deum prævic, et initialiter amemus, ipse nos amat, confertque gratiam suam in Sacramento, aut extra illud; sed quoniam ipse nos diligit, gratiam, qua concomitanter, et subsequenter eum diligamus, nobis tribuit, gratia enim divina dilectionis effectus est. Infirmus vero poenitens, de quo supra, inculpate tum morbi causa, amorem prætermittit, et ideo justificationi ipsius nequaquam officit prætermissio hac.

23. Duo verò testimonia, quæ in Confirmatione altera proferuntur, de amore, non culpa, sed gratiæ comite effantur. Nam in primis anathema illud non amantibus dictum separationem à Deo significat: quapropter quemadmodum is, qui non amat, à Deo separatus, et ideo in peccato est, ita qui amat, Deo unitus, ac propterea in ejus gratia erit. Dein si ille, qui non diligit, manet in morte, in morte non erit, qui diligit. Unde testimonium utrumque de amore separationem à Deo, et peccati mortem excludentem intelligendum est; ob idque non apte pro statuendo amore pravo, et

(23) lib. 2. c. 4. 2. 1. prop. 7.

(24) 1. Cor. 16. 22.

(27) de verit. q. 27. a. 2. ad. 1.

(24) Joan. 14. 21.

(26) 1. Joan. 3. 14.

initiali, qui exclusionem hanc non efficeret, laudatur. Insuper posteriora S. Joannis verba, quæ Adversarii valde fidunt, de eo accipi queunt, qui Deum nunquam diligit: is enim certè in peccato, seu in morte manet: attritus autem poenitens Deum amat in justificatione. Intelligi etiam valent supradicta verba de illo momento, quo est Deus diligendus; quandoquidem dilectionis præceptum utpote affirmativum non cunctis, sed quibusdam solum temporibus servare tenemur: et ideo qui non diligit, cum Deus amari debet, peccat, ac propterea manet in morte: ceterum qui non diligit, quando dilectionis lex non urget, minime delinquit, et proinde nec in morte, quia non diligit, manere dicendus est. Profecto ipsimet justus Deum certis momentis non amant, quin ob id peccant, neque in morte manent, quia tunc cum actu amare non debent. Porro attritus homo nec tenetur, nec potest Deum amare ante justificationem. Denique justus censetur nemo, qui coram Domino sit anathema, et in peccati morte maneat; nam homo justus Deum concomitanter ut minimum amat, et amor iste anathema illud solvit, et mortem peccati excludit, quia gratia vitam secum habet, et hominem Deo amabilius unit. Verum hinc à peccatore Deum non diligi, deducitur, siquidem qui non amat, anathema, sive à Deo separatus est, et in peccati morte manet: cum autem peccator et morti, et separationi huic subiaceat, Deum non amare convincitur. Nec supra memoratus æger, quod actu non diligit, in morte manet; in hoc enim culpa caret, et habitalem insuper, quæ in gratia, et charitate est, dilectionem habet.

24. Opp. 5. B. Paulum dicentem: (28) „Commendat autem charitatem suam Deus in nobis, quoniam cum adhuc peccatores essemus, secundum tempus Christus pro nobis mortuus est.“ Si autem Deus eximiam adeo charitatem, et dilectionem habet erga peccatores, ij vicissim cum quoque amare, quin eorum culpa obstat, dicendi sunt, nam eos dumtaxat, à quibus diligitur, amat Deus, juxta illud: „Ego diligentes me diligo.“

25. R. Charitatem, seu dilectionem Dei, quamquam in se unicam, attamen bonorum ergo, quæ præstat, duplicem posse nuncupari, alteram videlicet generalem, peculiarem alteram: generali dilectione peccatores, non qua noxæ rei sunt, sed qua homines, sicut et à se factus Deus prosequitur res omnes, quia amare aliquem, eidem velle bonum est, teste D. Thoma agente: (29) „Amare est velle bonum alicui, et ideo dicimus, amare aliquem, cui volumus bonum:“ creaturis autem, quæ sunt, bonum aliquod, verbi causa, existentiam, conservationemque vult Deus, et ideo eas amare convincitur. Quocirca optime dixit Sapiens: (30) „Diligis enim omnia, quæ sunt, et nihil odisti eorum, quæ fecisti: nec enim odians aliquid constituisti, aut fecisti.“ Quomodo autem posset aliquid permanere, nisi tu voluisses? aut quod à te vocatum non esset, conservaretur? „Peculiarem dilectionem Dei erga nos eam appello, quæ vim ad cum amandum gratiam scilicet, et charitatem, quibus etiam Deo ipsi grati, atque filij ejus efficiunt, nobis impertit. De hac loquitur S. Joannes cum ait: (31) „Videte qualem charitatem dedit nobis Pater, ut filij Dei nominemur, et simus.“ Istiusmodi dilectio nostris sceleribus, quoad horum munerum collationem interrumpitur, illa namque à nobis peccantibus auferit Deus justè: et cum probatio dilectionis exhibitio sit operis, nos dum id generis donis privati, non amare, sed odisse potius propter crimina ipsa dicitur: si nos autem, dum culpæ labe aspergimur, ipse non diligit, nec cum vicissim nos amabimus, ejus quippe dilectio nostræ præter semper, quoniam prior dilexit nos. Sed audiatur D. Thomas: (32) „Deus dicitur peccatori offensus, vel cum odire, non odio, quod opponitur amori, quo diligit omnia, sic enim nihil odit eorum, quæ fecit, ut dicitur Sap. 11. sed quod opponitur amori, quo diligit Sanctos, bona aeterna eis preparando. Hujus autem amoris effectus est donum gratiæ gratum facientis.“

(28) Rom. 5. 8.

(30) Sap. 11. 25. et 26.

(32) de verit. q. 23. a. 2. 6.

(29) in Ep. ad Galat. c. 5. lect. 3.

(31) Ep. 1. c. 1. v. 1.

26. Dixerim quoque, erga peccatores charitatem in Deo esse quantum ad sufficientiam, quod ajunt: Dei namque charitas remedia quadam disposuit, quæ ad omnium hominum justificationem, salutemque æternam sufficiunt, uti sunt Incarnatio, passio Christi, ejus mors, et Sacramenta: ast in plerisque ipsorum culpa omnimodam non habent efficaciam remedia isthæc probatissima. Et ita accipiendum reor, quod de ipso Domino ait Scriptura, nimirum: (33) „Pro impijs mortuus est. (34) Pro omnibus mortuus est. (35) Dedit redemptionem semetipsum pro omnibus.“ Christi mors, et redemptio, ut omnes homines justi, et salvi fiant, omnino sufficiunt; innumeri tamen peccatores nec salvi fiunt, nec justi, sed ij solummodo id assequuntur, quibus præfate mortis, ac redemptionis meritum applicatur. Unde inquit Tridentinum (36) „Erat ille pro omnibus mortuus est, non omnes tamen mortis ejus beneficium recipiunt, sed ij dumtaxat, quibus meritum passionis ejus communicatur.“ Si autem mors Christi, et redemptio ad eorum etiam salutem, quibus non prosunt, sufficientiam habent, non efficaciam, cur de charitate divina, quæ redemptionem illam, ac mortem, sicut et cetera remedia disposuit, idipsum non asseram? Habet igitur Deus erga peccatores, quos à labe non eluuntur, charitatem verè sufficientem, non efficacem: remedia illa pro ipsis etiam instituit, quorum virtute, et justi efficiuntur, si velent, et salvi: nolunt tamen inestimabili hoc sibi beneficio, et idcirco misere pereunt. Neque id operis hujus instituto obesse potest, hic namque, non de charitate sufficienti, sed de efficaci sermo est, ea nimirum, quæ adu, et efficaciter justificationem nostram operatur, et quæ existente, Deum à nobis amari, deficiente verò, vel interrupta, non amari, asseritur. Eodemmet sensu intelligi queunt verba illa: (37) „In charitate perpetua dilexi te, ideo attraxi te miserans.“ Charitas, quam erga peccatores habet Deus, perpetua quidem est, et æterna, quia remedia ad eorum salutem sufficientia ab æterno disposuit, semperque habet parata: cunctos insuper, nisi culpa obstat, potest diligere, et eis sua dilectione gratiam, ac virtutes conferre, quibus eos ad se trahat, et convertat: Hæc omnia, inquam, charitas divina perpetua valet præstare nostris tamen criminibus impeditur creberrime: atverò Deus ita pius, et misericors est, ut multoties vel rebelles ipsas ad se propitius nostras trahat voluntates: proptereaque quod adu, et efficaciter convertat peccatores, non tam charitati, quam ipsis tribuit misericordiam: „attraxi te miserans.“ Itaque de dilectione generali, non de peculiari, vel de charitate quoad sufficientiam, et non quoad efficaciam Apostoli verba, quæ in argumento sunt, accipias oportet.

27. Opp. 6. verba illa, quæ apud Zachariam leguntur: (38) „Convertimini ad me, ait Dominus exercituum, et convertat ad vos.“ Conversio amore perficitur: nos igitur ad Deum converti, atque idcirco illum amare, antequam ipse ad nos convertatur, nosque amet, obstricti sumus.

28. R. hæc quoque apud Jeremiam reperiri: (39) „Converte nos Domine ad te, et convertemur.“ Utrumque autem locum ita edisserit Tridentinum: (40) „Cum dicitur convertimini ad me, et ego convertat ad vos; libertatis nostræ admonemur. Cum respondemus: convertite nos Domine ad te, et convertemur; Dei nos gratia præveniri confitemur.“ Conversio Dei ad nos prior absolute est nostrà ad Deum conversione, quia nos divina gratia prævenit: hæc autem liberatam nostram minime lædit, sed roborat potius, atque confirmat. Conversio duplex, ut dixi, est, perfecta scilicet, ac imperfecta, et utraque auxilijs agitur divinis. Itaque Deus primò ad nos misericorditer convertitur, gratia sua nos præveniens, seu priora gratia auxilia nobis conferens: si his nos liberè utentes, imperfectè ad Deum convertamur, ipse Deus ad nos iterum convertetur, et inclinabitur, præstantiora nimirum auxilia præbens, ut perfectam faciamus conversionem. Ad utramque autem amor concurrat: imperfecta enim conversio attritione efficitur, proptereaque concupiscentiæ amore, sicut etiam fidei, spei, et ti-

(33) Rom. 5. 6.

(34) 1. Timoth. 2. 6.

(35) Jerem. 31. 3.

(36) Thren. 5. 22.

(37) 1. Cor. 5. 15.

(38) Sess. 6. cap. 3.

(39) 1. 3.

(40) Sess. 6. cap. 5.

moris adibus, qui doloris, seu attritionis ipsius comites sunt, constat; perfecta verò si habitualis est habituali item fit amore, nempe gratia, et charitate: si actualis, amore ab ipsis profuente, et eas comitante: Initialis autem amor perfectam conversionem neque habitualem, neque actualem efficeret, quia cor à Deo aversum relinqueret: et cum attritione, ac proinde absque eo fiat imperfecta, ipsum ad neutram desiderari, conspicuum videtur. Sciendum tamen, P. Concinam hæc asserere: (41) „Juxta Scripturam Sanctam conversio hominis ad Deum præcedere conversionem Dei ad hominem debet.“ Verumenim si id ita esset, haud gratia hominem, sed homo gratiam præveniret: hoc autem qui dixerit, allatis Tridentini verbis contrarius est.

29. Nos omnes, subdes, possumus, imò et jubemur, inimicos nostros diligere: recur itaque Deum, quamquam mei sceleris ergo infensus mihi sit, atque inimicus, non diligam? At rei hujusmodi ea ratio est, quod ab homine inimico vim, ut eum diligamus non accipimus, sed in nobis ipsis habemus, et ideo sive exuat, sive servet ille inimicitiam, cum, cum volumus, amamus: ceterum ut diligamus Deum, gratia, et charitate donati ab ipso, prius debemus: cum verò dona ista nobis tribuit, culpam delet, ac propterea inimicitiam auferit, eique reciprocam sufficit amicitiam. Deinde antequam Deum amemus, ab eo amamur, quoniam ipse prior dilexit nos: Dei autem amor gratiam, quæ hujus amoris effectus est, et nos iterum Dei amicos constituit, nobis præbet: et idcirco cum Deum amamus, ei jam grati sumus: ob idque non jam inimici inimicum, sed amicum amici amamus. Hæc omnia perlegeter explicat S. Leo dicenti: (42) „Hanc esse naturalem nostri generis dignitatem, si in nobis, quasi in quodam speculo, divina benignitatis forma resplendat. Ad quam quotidie nos utique reparat gratia Salvatoris, dum quod cecidit in Adam primo, erigitur in secundo. Causa autem reparationis nostræ non est nisi misericordia Dei: quem non diligere, nisi prius nos ipse diligere. Nos ergo diligamus Deum, quoniam ipse prior dilexit nos: diligendo itaque nos Deus, ad imaginem suam nos reparat: et ut in nobis formam suæ bonitatis inveniat, dat unde ipsi quoque quod operatur, operamur, accendens scilicet mentium nostrarum lucernas, et igne nos suæ charitatis inflammas, ut non solum ipsum, sed etiam quicquid diligit, diligamus.“ Dei igitur misericordia reparationem nostram operatur, ipsa enim, ut nos amet, Deum inclinat: Dei amor gratiam Salvatoris, et ignem suæ charitatis nobis tribuit, quibus Dei ipsius imago, ac divina bonitatis forma, quas culpa deleverat, instaurantur; atque nos ita diligendo, potentes reddat, ut quod ille operatur, operemur, hoc est, ut diligamus, et tam ipsum, quam illa, quæ ipse amat, amemus: quapropter antequam Deus hæc in nobis efficiat, eum diligere non valeamus.

30. Opp. 7. neque donum linguarum, neque prophetiam, neque mysteriorum scientiam, neque fidem, quæ montes transferat, neque facultatem omnium in cæcis pauperum distributionem, neque martyrium ipsum prodesse sine charitate, quæ desolatio, ait D. Paulus: (43) „Nihil sum, nihil mihi prodest.“ Absque illa ergo nec attrito homini sua proderit attritio.

31. R. neque locum hunc Apostoli, quem Initialistæ pene omnes objiciunt, opportunitatem admodum pro amore initiali astruendo videri: quis enim dilectionem, quæ eximia illa dona, et opera comparari solet, imperfectam, et inchoatam crediderit? Numquid Martyrium amor initialis dumtaxat, nempe exiguis valde, et mortiferæ culpæ socius dicendus est? Si id affirmaveris, Christo Domino contradices, qui ait: (44) „Maiorem hæc dilectionem nemo habet, ut animam suam ponat quis pro amicis suis.“ Deinde si Apostolus loquitur de amore initiali, hic sane non peccati, sed gratia comes est individuus, quia ut ait D. Thomas: (45) „Hic agit de charitate, quæ inseparabiliter concomitatur gratiam gratum facientem.“ Agit quoque de charitate, sive dilectione ut meritoria, quopado cum gratia semper etiam est: „Nihil mihi prodest, subdit Angelicus Magis-

(41) 1. 2. de Sacram. Penit. diss. 2. c. 9. §. 1. n. 20.

(42) Serm. 1. de jejunio decimi mensis, et collectis.

(43) Joan. 15. 13.

(44) 1. Cor. 13.

(45) lect. 1. in Ep. 1. ad Cor. c. 13.

ter, scilicet quantum ad meritum vite æternæ, quæ solis diligentibus Deum repræsentatur, secundum illud Job. 36. 33. annuntiat de ea amico suo, quod possessio ejus sit. Memorata igitur bona, sicut et res ceteræ, sine dilectione Dei vite æternæ meritoria non sunt: aut opera supernaturalia, quæ absque amore fiant, ad illam promerendam, sicut et ad obtinendam gratiam, homines præviè aptare, certum omnino est, alioquin Spiritus Sanctus frustra nos ad actus fidei, spei, timoris, et doloris, dum in peccato sumus, moveret, vel eos potius in nobis cooperantibus efficeret. His itaque operibus ipsius motione, et auxilio factis, homo acrius ritè comparatur, ut gratiam, et charitatem, quibus Deum amet, ejusque gloriam mereat, in Sacramento suscipiat: unde attritio non prodest illi meritorie, quia meritoria in eo non est; et tamen prodest dispositivè, quoniam ad meritum habendam, sicut ad obtinendam gratiam, et charitatem ipsum disponit.

32. Ad martyrium quod spectat, dixerim, Martyrem, qui se peccato nescit cordis datam, supernaturali attritione præviè disponi satis, ut martyrium in eo, sicut in penitente Sacramento gratiam, charitatemque, quibus concomitantè Deum diligit, operetur. Quod si Deum hoc pacto non amet, neque charitatem, et gratiam indeperit, neque attritum reapse, neque subinde verè Martyrem eum crediderim. Quocirca cum sine charitate martyrium nemini prodesse asseritur, id de charitate habituali, et etiam de actuali, quæ justificationis gratiam comitetur, accipiendum arbitror; secus verò de charitate actuali, quæ gratiam ipsam præcedat, hanc enim verè charitatis dilectio anteite haud unquam potest: et ideo nemo hucusque neque in martyrio, neque extra illud, neque in Sacramento, neque sine eo, neque olim in Lege, neque nunc in Evangelio à peccatorum vinculis absolutus est, qui charitatis amore, antequam gratiam reciperet, Deum dilexerit super omnia; cum enim dilectionis hujuscæ, et lethalis culpæ unio impossibilis, aut indeprehensibilis saltem mihi sit, in penitentibus cunctis, quacumque ratione justè fiant, charitatis amor haud antecedens, sed concomitans aut subsequens est dispositio.

CAPUT XIX.

Quæ ex Concilio Tridentino Initialistæ eruunt argumenta eliduntur.

1. Arguunt 1: de dispositionibus necessariis agens Concilium, ut fontes homines remissionis gratia donentur, post actus fidei, timoris, et spei dilectionem recenset ajens: (1) „ Illumque tamquam omnis justitiæ fontem diligere incipiunt: incipiunt ergo, seu initialis dilectio necessaria est ad justificationem.

2. R. primo, de concupiscentiæ amore Concilium loquitur, juxta Attritionistas: vel de eo agere amore incipiente, qui pertinet ad spem, et eam consequitur immediate: etenim ut jam ex D. Thoma dixi cap. 11. n. 9. et 17. „ Per hoc quod aliquis reputat, „ per aliquem se posse, consequi aliquod bonum, incipit amare ipsum... Sicut qui desiderat pecuniam, amat propter hoc eum, à quo pecuniam recipit. Resipiscentes autem peccatores, et ad Sacramentum justificandi accedentes, cum desiderant, et sperent, culpam veniam, aliaque bona à Deo obtinere, ex hoc ipso eum amare incipiunt. De amore isto intelligi valet Concilium, et quia immediate post spem assignat amorem; et quia de eo affari videtur, quo justificandi illi Deum incipiunt amare. Verum amor iste, quippe qui in Deum tendat, haud sane qua in se bonum, sed qua sperata bona præstantem, non charitatis, sed concupiscentiæ est. Asserui etiam laudato capite n. 8. amorem hunc nuncupari posse justitiæ amorem. R. secundo, de justificatione extra Sacramentum objecta verba tractare; idque ista indicant, quæ adduntur: „ Denique dum proponunt, „ suscipere Baptismum: „ certum autem est, infidelem, dum Baptismum non suscipit, sed suscipere proponit, justificari non posse, nisi per actum charitatis, et contritionis.

(1) Sess. 6. cap. 6.

R. tertio, haud de Penitentia Sacramento ibi esse sermonem, sed potius de penitentia virtute, quæ contritionis perfectæ actu, ac proinde charitatis etiam dilectione, quæ semper cum eo est, implium justificat. Ita docere videtur Catechismus Romanus, qui Concilium exponens, eosdem actus assignat, nempe fidei, timoris, spei, ac dilectionis, et subdit: (2) „ Hisce igitur quasi gradibus ad hanc præstantissimam penitentia virtutem pervenitur. R. quarto, Sacramentum Synodum, si de justificatione intra Sacramentum agere ipsa probetur, ac de charitatis dilectione, non de antecedenti, sed de concomitanti dilectione esse interpretandam; huic enim præ illa congruunt verba ea: „ Diligere incipiunt: „ siquidem dilectio concomitans tunc, id est, in ipso justificationis momento incipit; aut amor antecedens, si possibilis foret, non semper in justificatione inciperet, sed eam longo tempore, quod peccati contubernium non refugeret, anteire posset, sicut in spei, et fidei operibus accidit frequentissimè. Ipsamet Sancta Synodus innuit, non peccatorum, sed justorum esse diligere Deum, proptereaque charitatis dilectionem, si tamen de ea loquitur, præviè non esse gratiæ: ait namque: (3) „ Qui enim sunt filii Dei, Christum diligunt, qui autem diligunt eum, ut ipsemet testatur, servant sermones „ ejus. „ Justi et filii Dei, et legum custodes sunt, secus verò peccatores, quia isti filii Diaboli, et præceptorum sunt transgressores, eorum præsertim, quæ sine gratia non servantur; atque idcirco non hi, sed illi Christum diligunt. Postest tamen dici, quod homo attritus, dum præviè aptatur ad Sacramentum, jam incipit, Deum diligere, quia ut dixi capite præcedenti, habet initium dilectionis ejus, nempe timorem, et alios actus supernaturales attritionis comites, qui ex ipsius hominis voluntate, et Spiritus Sancti instinctu ad justificationem, ob idque ad charitatem, et dilectionem ordinantur.

3. Arg. 2: post laudata verba inquit Concilium: (4) „ Ac propterea moventur ad „ versus peccata per odium aliquod, et detestationem, hoc est per eam penitentiam, „ quam ante Baptismum agi oportet. Penitentiam autem, quæ ante Baptismum agitur, dilectionem Dei secum habet necessario, alioquin justificandi vi carebit, quia contritio perfectæ, quæ propter Deum summe dilectum est, ut quis ante Baptismum justus fiat, omnino desideratur. Dilectione igitur aptari penitentes debent, si penitentiam, quæ Baptismum prævenit, agere tenentur.

4. R. hinc deduci, penitentem sese contritione perfectæ, et perfectæ dilectione disponere præviè, obstructum esse: hisce enim operibus penitentia constat, quæ impium justitiam ante Baptismum: aut deducio ista ab omnibus hodie rejicitur. Deinde homo, qui ante Baptismum justificatur, penitentia imperfecta, id est attritione, præviè, necnon penitentia perfectæ, nempe contritione, concomitantè se ad gratiam præparat: et eodem prorsus modo homo attritus, dum Sacramenti ope justus efficitur, comparatur. Sciendum tamen, Doctorem Angelicum penitentiam cum D. Augustino in penitentiam ante Baptismum, penitentiam mortalium, seu post Baptismum, et penitentiam venialium distinxit: quarum prima justificationem, secunda emendationem, tertia majorem dicit vitæ perfectionem: (5) „ Est autem, inquit, triplex immutatio à penitente intentæ: prima „ quidem per regenerationem in novam vitam; et hæc pertinet ad penitentiam, quæ „ est ante Baptismum. Secunda autem immutatio est per reformationem vitæ præterita „ jam corruptæ; et hæc pertinet ad penitentiam mortalium post Baptismum. Tertia au- „ tem immutatio est in perfectiorem operationem vitæ: et hæc pertinet ad penitentiam venialium, quæ remittuntur per aliquem ferventem actum charitatis. Itaque si Concilium eodem sensu loquitur, ac D. Thomas, ut est simile verò, penitentia ante Baptismum, quam à penitentibus exigit, non antecedens, sed concomitans est dispositio: dicit enim justificationem, seu regenerationem in novam vitam, quam gratia ipsa efficit. Verumtamen quoniam et Concilium, et D. Thomas præsentem habuerunt S. Augustini Sermonem, qui nunc est 351, in quo triplex hæc exponitur penitentia, juvat ex eo nonnulla producere testimonia, quæ Disputationis hujuscæ argumento non reor incon-

X

(2) 1. p. cap. 5. n. 2.
(4) ibi cap. 6.

(3) Sess. 6. cap. 11.
(5) 3. p. q. 90. a. 4. c.

grua. Ac primo de utilitate penitentiae disserens, proponit exemplum Publicani, de quo refert ex D. Luca, (18) haud certe quod Deum ante justificationem dilexerit, sed quod De longinquo stabat, neque oculos audebat ad caelum levare, sed percutiebatur pectus, sum dicens: Deus propitius esto mihi peccatori: Quae verba non amorem, sed timorem, et dolorem spirant. Dispositiones quasdam assignat ad justificationem opportunas, uti sunt humilitas, dolor, lachryma, vitae veteris odium, ac novae inchoatio; sed amoris Dei non meminit. Penitentiam explicans, quam ante Baptismum agi oportet, nullum affert Scripturae locum, in quo penitentia ex amore conceptam injungatur; sed duo haec laudat, quae ut dixi capitibus V. et VI. penitentiam ex metu natam praecipit: (Act. 2.) Penitentiam agite, et baptizetur unusquisque vestrum. (Matth. 3.) Genimina viperarum, quis ostendit vobis fugere a ventura ira? Facite ergo fructum dignum penitentiae. Deinde penitentiam mortalium post Baptismum patrum declarans, eam sic admonet faciendam: Tertia actio est penitentiae, quae pro illis peccatis subeunda est, quae legis decalogus continet, et de quibus Apostolus ait: (Gal. 5.) Quoniam qui talia agunt, regnum Dei non possidebunt. In hac ergo penitentia majorem quisque in se severitatem debet exercere; ut a se ipso judicatus, non judicetur a Domino, sicut idem Apostolus ait: (1. Cor. 11.) Si enim nos judicaremus, a Domino non judicaremur. Ascendat itaque homo adversum se tribunal mentis suae, si timet illud quod: (2. Cor. 5.) Oportet nos exhiberi ante tribunal Christi, ut illic recipiat unusquisque quod per corpus gessit, sive bonum, sive malum. Constituat se ante faciem suam, ne hoc ei postea fiat. Nam minatur hoc Deus peccatori dicens: (Ps. 49.) Arguam te, et statuum te ante faciem tuam. Atque ita constituto in corde iudicio, adsit accusatrix cogitatio, testis conscientia, carnis timor. Inde quidam sanguis animi contentis per lachrymas profuit. Postremo ab ipsa mente talis sententia proferatur, ut se indignum homo, iudice participatione corporis, et sanguinis Domini: ut qui separari a regno colorum timet per ultimam sententiam summi iudicis, per Ecclesiasticam disciplinam a Sacramento caelestis panis interim separetur. Versetur ante oculos imago futuri iudicii, ut cum illi accedunt ad altare Dei, quo ipse non accedit, cogitet, quam sit contemnenda illa poena, qua percipientibus aliis vitam aeternam, alii in mortem praecipitantur aeternam. Eamvero penitentia ista non ex amore, sed ex timore tota est: et hanc idcirco ex ejus mente sufficere puto, ut peccatores pravie se ad gratiam aptent, qui sibi de charitatis ad id minime indigebunt, nec dilectionis. Haec profectio si necessaria forent, ab eodem recenserentur inter dispositiones, quas assignat, et pravie sunt: at eas, quo non necessariae indicet, omnino silentio praeterit. Quin etiam charitatem, et dilectionem peccata mortalia expellere, esseque propterea non antecedentes, sed concomitantes dispositiones, ita innuit: Quod enim ait Dominus: (Matth. 24.) Quoniam abundabit iniquitas, refrigescet charitas multorum; qui autem perseveraverit usque in finem, hic salvus erit: salutem utique promisit perseverantibus in charitate, non in iniquitate. Ubi autem charitas est, opera illa mala a regno Dei separantia esse non possunt. (Gal. 5.) Omnis enim lex in uno sermone impleta est, in eo quod scriptum est: diliges proximum tuum tamquam te ipsum. Si autem is, qui proximum diligit, peccata a regno Dei separantia, hoc est mortalia non habet, quomodo habebit ea, qui charitate ornatur, aut qui Deum amat?

5. Ast inquit: penitens juxta Concilium moveri debet per odium aliquod, et detestationem adversus peccata: horum vero detestationem, et odium is habere duntaxat videtur, qui Deum amat super omnia.

6. R. peccata detestationem, et odium, si perfecta sint, ad perfectam item penitentiam, seu contritionem, quae amore agitur; si autem imperfecta fuerint, ad imperfectam similiter penitentiam, seu attritionem, quae metu concipitur, spectare; haec namque propter poenam, et illa propter injuriam Deo irrogatam peccata odit, ac detestatur.

7. Sed ait Bert: (6) Hae est nostra, fortasse non contemnenda ratiocinatio: accedentes ad Sacramentum debent, peccata detestari, quatenus sunt offensa Dei: nemo

peccata sub hac ratione detestatur sine actu aliquo charitatis: Ergo accedentibus ad Sacramentum actus aliquis charitatis necessarius est.

8. R. attritionem secum habere peccatorum detestationem, et odium: tum quia timor Domini, ex quo attritio nascitur, odit malum, ut ait Salomon. (7) Tum quia id constat ex verbis Concilii cap. I. n. 2. productis. Verum aliter detestatur peccata homo attritus, aliter homo contritus: hic Deum ex charitate diligit, quia dolet de peccatis propter Deum summe dilectum; et idcirco peccata detestatur, quatenus sunt offensa Dei summe boni, summeque amabilis, sic enim a charitate inspicitur: ille vero ex charitate adhuc non amat Deum, sed timet, et in ipso sperat, ac de peccatis dolet ob inferni poenas, et aeternae beatitudinis amissionem: ideoque detestatur crimina, ut sunt offensa Dei premiantis, et punientis; ita namque spes, et timor eum concernunt. Itaque accedens ad Sacramentum, cum non contritus, sed attritus esse debeat, affatim munus suum praestat, si posteriori hac ratione delicta sua oderit ante gratiae infusionem: ast priori quoque ea execratur, dum gratiam suscipit, quia tunc vere efficitur contritus: sed execratio criminum ut sunt offensa Dei summe boni, sicut et contritio ipsa non ad antecedentia, sed ad concomitantia, aut subsequenta opera spectat.

9. Arg. 3. Contritio Sacramenti pars est: (8) Sunt autem, inquit, quasi materia hujus Sacramenti ipsius penitentis actus, nempe contritio, confessio, et satisfactio. Ab amore vero charitatis contritionem divelli nunquam, exploratum est.

10. R. contritionem Sacramenti materiam esse incunctanter, verum cum alias perfecta, alias imperfecta sit illa, non aequo jure utraque ad Sacramentum, sed prior, quae charitatis est, ex supererogatione; posterior autem, quae concupiscentia, et timore honestatur, prima deficiente, ex necessitate desideratur omnimoda.

11. Atvero objicit Juvenius: (9) Verum est hoc Logicorum axioma: analogum simpliciter prolatum sumitur tantum pro praecipuo analogato: praecipua species contritionis est dolor ex Dei amore conceptus: de eo itaque intelligendi sunt Tridentini Patres, ubi definitur, contritionem esse quasi materiam Sacramenti Penitentiae.

12. R. Haud qualemcumque, sed perfectam, imò omnium perfectissimam contritionem praecipuum esse analogatum, sicuti dum agitur de entre, ut exemplo utat Logicis ipsis familiari, haud sanè quidpiam, sed omnium praestantissimum, nempe Deus analogatum est principale: quapropter si de analogato praecipuo solummodo intelligenda est synodica illa definitio, perfectissima, et fervidissima, aut saltem adeo fervida, et perfecta contritio, quae culpam delere sufficiat, pars, et materia Penitentiae semper erit: proptereaque penitentes omnes, ut ritè ad Penitentiae Sacramentum accedant, perfectissimè prius, aut perfecte minimum, et fervide conteri tenebuntur: hoc autem naturae ipsius Penitentiae, quae Sacramentum mortuorum est, summopere repugnare, quis non videat? Absolutè ergo contritionem materiam esse Sacramenti, Concilium docet: et cum illam postmodum in perfectam, quae charitate, et imperfectam, quae metu procedit, secer, utramque ad Penitentiam cum assignato supra discrimine pertinere, mihi perspicuum est: sicut quia confessionem etiam, quam in publicam, et secretam similiter partitur, ejusdem Sacramenti partem appellat, utramque inde eodem prorsus modo, alteram nimirum supererogatoriam, necessariam alteram Penitentiae materiam rectè dixeris: aut sicut remota ipsius Sacramenti materia et mortale, et veniale peccatum est, prius tamen necessariè, supererogatoriè posterius adhibendum.

13. Verumtamen ait ille: quia ex Evangelio constat, Christum consecrasse panem, solus panis triticus, qui praecipuum est analogatum, et panis nomine communiter intelligitur, Eucharistiae materia esse: pari itaque ratione, quia Concilium docet, contritionem Penitentiae partem esse, id de sola contritione, quae procedit ex amore, et praecipuum est analogatum, quod intelligitur ut plurimum contritionis nomine, accipi debet.

14. R. nedum supremæ, sed et infimæ notæ triticum panem Eucharistiae materiam esse: unde contritio similiter, non solum perfecta, sed imperfecta quoque Penitentiae

materia erit; fususce namque Sacramenti materia dolor supernaturalis est, sicut et illius panis triticus: et ideo quemadmodum ad Eucharistiam sufficit panis quilibet, modo triticus, et solum excluduntur panes, qui ex tritico non sufficiuntur; ita ad Penitentiam sufficit dolor quivis quamvis imperfectus, modo supernaturalis, ac comitibus saepe recensitis stipatus, et tantum excluduntur dolores illi, qui aut naturales non sunt, aut eos non habent socios.

15. Arg. 4: (10) „Fuit autem, subdit Concilium, quovis tempore ad impetrandam, dam veniam peccatorum hic contritionis motus necessarius.“ Contritio autem quovis tempore necessaria, non imperfecta, sed perfecta, seu quae amore concipitur, proculdubio est, siquidem olim in Lege nemo sine illa justificabatur: isthuc igitur contritio dunc quoque, ut peccatorum quis veniam impetret, opus est.

16. R. contritionem perfectam et esse, et fuisse necessariam, non quidem antecedenter, sed concomitantem: hic autem de praevijs dispositionibus sermo est. Neque de hac solimmodo Concilij verba commodè accipiuntur, quia sine ea aliquando homines justificari posse, postquam Servator noster sua instituit Sacramenta, supra ostensum est. Loquitur ergo Concilium de contritione generatim (nondum illam diviserat), quatenus perfectam, et imperfectam, ut peccatores alterutra semper ad impetrandam culpam suam veniam indiguisse, ostendat: et verum est, imperfectam ad id omni tempore antecedenter, perfectam ut plurimum desiderari concomitantem.

17. Arg. 5. Attritio juxta Concilium, peccatores ad justitiam aptat, ait namque (11) „Eam ad Dei gratiam in Sacramento Penitentiae impetrandam disponit.“ Atverò in hoc decreto, Pallavicino teste, (12) antequam ratum illud haberet Concilium, non disponit, sed *sufficere* legebat: aut Patrum jussu expunctum est verbum *sufficere*, et ejus loco *disponit* subrogatum: attritio itaque ex mente Patrum non sufficit, vel non est sufficiens dispositio ad impetrandam Dei gratiam in Sacramento.

18. R. in ipso decreto juxta eundem Pallavicinam, haec item verba posita fuisset „Cum sine aliquo dilectionis in Deum motu esse vix queat:“ quae jubentibus Patribus etiam delecta sunt. Unde si attritio propterea quod verbum *sufficere* sit dispunctum, ad gratiam sufficienter non disponit: nec amoris motus, quia posteriora verba ista obliterata quoque sint, necessarius, ut quis praevie aptetur, erit. Verum de hoc iterum agam capite XXV.

19. Arg. 6: de attritione ipsa agens ait: (13) „Ex turpitudinis peccati consideratione, vel ex gehennae, et poenarum metu commuiter concipitur.“ *Communitè* signanter dixit, non semper, quia ut Initialistae volunt, ipsa quoque ex divinis bonitatis consideratione, quae Dei amorem in nobis accendit, interdum promanat, tuncque sufficienter, et ultimum nos ad divinam gratiam disponit.

20. R. ideo *communitè* dixisse, quia aliquando, secundum ipsum Concilium, non ex illis fontibus, sed aeternae beatitudinis amissione attritio suboritur, ut constat ex ejus verbis capite I. adductis: aut de divinae bonitatis consideratione, quae amorem pariat, sicut omnino, nec unquam asserit, attritionem ex hujusmodi consideratione, aut amore proficisci. Nec ob id negaverim, posse peccatorem supernis auxilijs indere, et elevatum divinam bonitatem, quam maxime offendit, considerare, et motu doloris, ac amoris actus, seu veram contritionem concipere: aut actus isti culpam remissionem, ipsiusque peccatoris justificationem secum indispensabiliter afferunt, quia ut dixi jam cum D. Thoma: „in ipso motu contritionis justificatur penitens:“ et ideo non praevijs, sed concomitantibus dispositionibus adscribendi sunt actus illi.

21. Arg. 7. ut homo attritus suscipienda gratia idoneus fiat, Ninivitarum studium, poenitentiamque adigitur imitari: horum namque paradigmata usum est Concilium ajens: (14) „Hoc enim timore utiliter concussi Ninivite, ad Jovis praedicationem plenam terroribus, poenitentiam egerunt, et misericordiam à Domino impetrarunt.“ Ninivitas verò Deum dilexisse, exploratissimum est, siquidem absque

dilectione nemo ante Christum misericordiam impetravit: ut eam igitur attritus homo indispiscatur, Deum quoque amare obstringitur.

22. R. Ninivitas verè, sed concomitantem Deum dilexisse: Concilium autem de antecedente ad gratiam dispositione ibi disserens, quid ipsi praevie egerint, ut misericordiam impetrarent, dumtaxat refert; et ideo amore penitus pratermisso, solius poenitentiae terroribus ortae meminit. Unde poenitentiam hujusmodi, quae attritio revera est, ut peccator ad Sacramenti gratiam praevie paretur, satis esse deducam. Ad hoc, Ninivitarum amor perfectus utique, et justificans fuit, eos quippe absque Sacramenti auxilio peccatorum veniam obtinere fecit: quapropter si homo attritus eorum amorem emulari debet, Deum perfecte diligere, dum praevie aptatur ad Sacramentum, tenebitur, quod nemo nunc asserit. Merito itaque Concilium, quid attritus homo, et ad Sacramentum accedens, imitari in Ninivitis debeat, quasi digito ostendens, eorum non plane amorem, sed timorem servilem, metuque ortam memorat poenitentiam.

23. Arg. 8. (15) „Si quis dixerit, ait Synodus, sine praeveniente Spiritus Sancti inspiratione, atque ejus adjutorio, hominem credere, sperare, diligere, aut poenitere posse, sicut oportet, ut ei justificationis gratia conferatur, anathema sit.“ Ut igitur homo attritus hujusmodi gratia donetur, diligere Deum debet.

24. R. amorem duplicem juxta saepius dicta, attritio, et Sacramentum suscipienti inesse homini, alterum concupiscentiae, qui antecedit, benevolentiae, seu amicitiae alterum, qui gratiam comitatur; sicut et duplicem poenitentiam, aliam praeviam, et imperfectam, quae attritio est, concomitantem, et perfectam aliam, quae contritio vocatur: uterque amor, sicut et poenitentia utraque supernaturalis est, et ideo sine praeveniente Spiritus Sancti inspiratione, et adjutorio effici non possunt. Idem quoque in fidei, ac spei actibus reperies; etenim si imperfecti, aut informes fuerint, antecedunt formati vero, et perfecti gratiam insequuntur: sed cujusmodicumque sint illi, Spiritus Sancti adjuvamento sunt. De utroque amore, ac de utraque poenitentia Concilium possum interpretari: verosimile tamen est, ipsum de concomitantibus affari, nimirum de dilectione, et contritione, quae à virtutibus charitatis, et poenitentiae progrediuntur, sicut etiam loquitur de actibus credendi, ac sperandi, qui à virtutibus fidei, atque spei generantur. Concomitans autem dilectio, et contritio aliquo modo gratiam praecedunt, ut dixi cap. III. n. 6. et ideo aptare hominem possunt, ut ei justificationis gratia conferatur.

25. Plura insuper Initialistae aliqui ex his, quae Tridentini Theologi circa decretorum Concilij formationem, et intelligentiam aut dixerunt, aut scripserunt, argumenta conficiunt: sed ab ijs referendis, referendisque prorsus absteineo, quia neutiquam quid illi senserint, sed quid Synodus ipsa doceat, omnibus tenendum, pro comperto est. Ac praeterea si de Theologorum, qui Concilio interfuerunt, scientia privata disseratur, paucos valde in eis dilectionis peccato unita assertores comperite est, qui doctrina puritate, ac gravitate Dominico Soto, et Melchiori Caño egregijs Attributionistis confecti valeant: quapropter alij Attributionarii, quod his praeter ceteris Tridentinis Doctoribus consentientes, attritionis sufficientiam propugnent, castigatione minime, sed laude potius sunt digni.

26. Alias alij ex Historia Concilij, quam Pallavicinus adornavit, argumentationes erunt prolixiores, easque tamquam includabiles venditant. De ea ait P. Concina: (16) „Non est quod verba faciam, ut evincam, quante sit auctoritatis Cardinalis Pallavicini Historia, cum illam ex intimis scriptis Archivi Apostolici jussu Alexandri Septimi eidem subministratis confecerit. . . Porro si dixerò, solum Cardinalem Pallavicinum praestare in hac praesertim controversia centum Casuistis, sapientum judicio, à veritate non aberrabo: quoniam ipse Acta Concilij Tridentini legit, et jussu Summi Pontificis Alexandri Septimi Historiam illam celebrem scripsit.“ Nil illustrius, magnificentiusve pro Historici Eminentissimi commendatione:

27. Sit ergo magna, sit summa Concinae, et reliquis Aeti-Attritionariis, si id ipsi

(10) Sess. 14. cap. 4. (11) Ibidem (12) Historia Concilij Tridentini t. p. I. c. 10. n. 26.
(13) Loco proxime citato. (14) Ibidem.

(15) Sess. 6. can. 14. (16) tom. 9. h. 4. de Poenit. diss. 2. c. 3. s. 1. n. 2. et c. 8. §. 7. n. 13.

volupe fuerit, Pallavicini auctoritas: aut mihi, hercle, in hac controversia oraculum non erit, neque inerrantia honorem ipsius Historie unquam deferam; ipsa namque Gallia-
præpinitis invisa est haud parum, quod doctrinis, quas illi Ultramontaniam vocant, plus æquo scateat. Et quod caput est, apud adelphos, et commilitones suos non bene audit in hac parte purpuratus Doctor. Hoc mirator. Jesuitæ, quos vel errantes socios non carpere, sed defendere potius, ac interpretari benignè, amor fraternus haud rareret compulit, Cardinalem hunc Societatis suæ et litteris, et purpura decus non ultimum in præsentì conterritatione deserere pene omnes. Quidni itaque eundem et ego deseram?

28. (17) „ Numquam Francolinus, inquit Concina, apertè concedit, casuistas Es-
„ cobarium, Busembaum, Tamburinum, Castropalaum, ceterosque in laxis opinionibus
„ propugnandis expitasse. E contrario Eminentissimus Pallavicinus in interpretandis
„ Actis Tridentini Concilij caligavit: „ nimirum juxta eundem Francolinum. Hujus-
„ ce caligationis, quam eidem tribuunt contaberoales, unica, ut reor causa fuit, Initialis-
„ tarum sententiæ, cui impense favit, amor. Eam ardentè, atque occultis dilexit, Roma
„ publice docuit, suæ Theologiæ inseruit, in Actis Concilij anxie quæsit, et plu-
„ ra, ut eam fulciret, se invenisse arbitratus est. Sed vereor, ne præfatæ caligationis
„ gratia fortasse viderit, aut videre crediderit, quæ ibi non erant. Et ne gratis, aut tem-
„ merè, hoc à me prolaturum existimes, in ejus comprobationem, non centum Casuistas,
„ quos Concina parvipendat, sed Apostolicæ Sedis judicium testem appellabo. Rem prius
„ audi, postmodum miraturus.

29. Suæ Societatis institutum Tridentino probatum fuisse, asserit Pallavicinus di-
„ cens: (18) „ Et quoniam adeo progressi sumus in hoc argumento, referam, quantum
„ fuerit potissima ratio, cur Synodus tam honorificam mentionem fecerit hujus Ordini-
„ nis, ejusque institutum comprobavit. „ Meminit quidem Societatis Sacra Synodus, aut
„ ipsius instituti comprobationem nec in intimis scriptis Archivi Apostolici, nec in Actis
„ Concilij compere reapse potuit Pallavicinus, siquidem Summus Pontifex Clemens
„ XIV. in decreto extinctionis Societatis hæc ait: „ Persecrari inter cetera volumus,
„ quo innititur fundamento pervagata illa apud plurimos opinio, Religionem scilicet
„ Clericorum Societatis Jesu fuisse à Concilio Tridentino solemnè quadam ratione ap-
„ probatam, et confirmatam; nihilque aliud de ea actum fuisse compemimus in citato
„ Concilio, quam ut à generali illo exciperetur decreto, quo de reliquis regularibus Or-
„ dinibus cautum fuit, ut finito tempore novitiatus, novitij, qui idonei inventi fue-
„ rint, ad proficendum admittantur, aut è Monasterio ejiciantur. „ Habes itaque Pon-
„ tificæ Maximo teste, Societatis quidem mentionem fecisse, eam tamen non approbasse
„ Concilium: et mirere nunc, oro, gravissimum, ac Eminentissimum Historiographum,
„ uti rem minimè dubiam, approbationem illam venditasse. Unde suspicere proclive est,
„ eundem sicuti familiæ suæ dilaudandæ studio (absit invidia verbo, quod veritatis amor
„ proferre cogit) ea, quæ Supremus Ecclesiæ Pastor non invenit, reperijisse, sic prædic-
„ ta opinio causa in Actis Concilij vidisse, quæ ibi non erant. Nec silentio præ-
„ tereandum, quod idem ipse Alexander VII. cujus jussu conscripta asserit Historia
„ Concilij, vult omnino, et præcipit in virtute sanctæ obedientiæ, et sub pœna excom-
„ municationis, ne quis audeat aliqua censura, injuria, aut contumelia Attritionistarum
„ notare sententiam, ut constat ex ejus decreto cap. IV. relato. Unde id vel minimum
„ conficiam, Historiam prælatam in præsentì litz supremæ non esse auctoritatis; et Initialistarum
„ opinamentum neque in Actis Concilij, neque in intimis scriptis Archivi
„ Apostolici, quæ Pallavicino ministrata sunt, clare, et distinctè contineri; secus enim
„ decretum illud Alexander non edidisset.

30. Præterea cum de hac peragit controversia, nedum res in Concilio gestas, ut
„ Historicum decebat, asserit Pallavicinus, sed et propriis conjectationibus, ut sua sensa
„ firmet, enervet adversa, liberius quandoque indulget, ut cum ait: (19) „ Quantum ex
„ Actis conjicio, Theologorum mens erat, ut error hæreticorum damnaretur, tanquam
„ inhonestum improbandum pœnæ timorem, non item ut ferrent sententiam de scho-

(17) ibi c. 1. s. 2. d. 2.

(18) j. p. l. 24. c. 6. d. 6.

(19) 2. p. l. 12. c. 10. d. 17. et 26.

„ lastica quæstione, an hujusmodi timor non solum absque contritione animi perfecta,
„ (de quo controversia vix fuit, sicut patebit) sed etiam absque eo, quod illus ex-
„ citetur amor imperfectus, sufficiat ad peccatorum remissionem in Sacramento. Id ve-
„ rò clare liquet ex ipsa probatione Concilij, quæ hujus articuli doctrinam firmat ca-
„ pite quarto; nimirum Ninivitarum pœnitentiam ex timore profectam ipsis profuisse;
„ cum certum esset, eo tempore, quo Sacramentum Pœnitentiæ adhuc non extabat,
„ eam formidolosam pœnitentiam minimè sufficere per se ipsam, ad peccatum delen-
„ dum, sed vim tantummodo habuisse, ad impetrandam novam gratiam, cujus ope
„ adjuccretur charitatis affectus, quem omnes accessarium fuisse fatentur ante novam
„ legem ad justitiam recipiendam. In Patrum conventu id pauci artigerunt. Aliquod
„ demtaxat vestigium comperto opinionis negantis necessitatem amoris in his, quæ
„ Granatensis disputavit. „ Quid autem pauci ij, quidve Granatensis pro hac opinio-
„ ne attulerint, silentio præterit omnino: quid verò Lainius, Ferrusius, alijque pro amo-
„ re dixerunt, referre amissim. Et ipse ultro Initialistam potius, quam Historiographum
„ agens, necessitatem amoris probare aggreditur. Sed prætervolasse virum ceteroqui doc-
„ tissimum, existimare quis posset, quod Ninivitarum amor, quo ad mentem Concilij
„ suam sententiam clare firmari censuit, justifiens, ac propterea perfectus, et concomi-
„ tans gratiam extitit; atque idcirco inopportunos ad initialem, de qua res est, consta-
„ billendam dilectionem, quæ imperfecta, antecedens, et minimè foret justificans.

31. Nec verisimile admodum videtur, quod de Attritionistarum sententia pauci,
„ et adeo parè in Patrum conventu tractaverint, ut de ea aliquod dumtaxat vestigium
„ in Archiepiscopi Granatensis disputatione compertur: etenim aliud insuper in his,
„ quæ circa attritionis dolorem Joannes Amilianus Tudetanus Episcopus disseruit, inve-
„ nitur vestigium; de ipso namque ait: (20) „ Laudatus Episcopus monuit, falsò dici, hu-
„ jusmodi dolorem sine amore vix unquam concipi posse. Quod autem hæc attritio
„ satis esset Sacramento constituendo, ita ut homini attrito deleantur peccata abso-
„ lutionis supervenientis vi, variare Auctororum sententias. „ Deinde ipsomet Conci-
„ lium à decreto, quo statuit, attritionem donum parat, auferre jussit hæc verba: „ Cum
„ quo pœnitens adjutus viam sibi ad justitiam parat, auferre jussit hæc verba: „ Cum
„ sine aliquo dilectionis in Deum motu esse vix queat: quæ Attritionistarum ever-
„ tere, et Initialistarum sancire videbantur doctrinam. Ubi etiam innuit, ipsum, cum de
„ attritione agit, eam intelligere, quæ amoris cassa est: Præterea ipsi Patres de attritio-
„ nis metu concepta, et ut Sacramento, ac justificationi deservit, nulla dilectionis men-
„ tione facta, semel et iteram, non quidem cursim, aut ex tempore, sed data opera,
„ aut ex professo loquuntur. Denique prædicti Patres dum de attritione tractabant, præ-
„ cipue agebant contra Lutherum eam mordicus reprobantem: hic verò de attritione solo
„ timore concepta affatus fuit, ut præterea ipsius verba capite VI. relata; et idcirco de
„ eadem sic inspecta sapius illos tractasse, ac proinde de Attritionistarum quoque sen-
„ tentiæ, valde probabile est; quia in Concilij antequam de re quædam judicium fere-
„ rent, magna sit conquisitio, Præsertim cum delere etiam jusserint verbum *sufficere*: quod
„ satis indicat, eos de sufficientia, ac insufficientia attritionis meditatè egisse, alioquin
„ tenerè id præcepisse convincerentur. Et hinc dispari fide, quæ incorrupta, æquè sem-
„ per, atque à partium studio secreta omnino in Historico esse debet, Pallavicinum de
„ utraque egisse sententia; necnon attritionis sufficientiam deprimere, amoris necessitatem
„ extollere, hæneque in Actis Concilij utcumque reperire, summopere exoptasse, et hu-
„ jusque dicta, et quæ ipse super Sessione sexta Concilij narrat, (21) quæ LeAor, sè
„ habet, videre potest, haud obscure manifestant.

32. Hæc omnia prolixius forsitan, quam decebat, dicta sunt, non quidem ut Car-
„ dinali amplissimo, sapientissimo, ac de Ecclesiæ Catholica optimè merito quidquam de-
„ traham; sed ut argumenta, quæ ex ejus Historia Initialistæ promunt, et veluti ineno-
„ dabilia dividentur, neutiquam ita esse; ac testimonia illius, quod in hac controversia
„ hostis potius, quam Historiographi munus gerat, rejici jure valeant, liquidò patefacere.

(20) ibi supra

(21) 1. p. l. 3. c. 11.

volupe fuerit, Pallavicini auctoritas: aut mihi, hercle, in hac controversia oraculum non erit, neque inerrantia honorem ipsius Historie umquam deferam; ipsa namque Gallia-
præpinitis invisa est haud parum, quod doctrinis, quas illi Ultramontaniam vocant, plus æquo scateat. Et quod caput est, apud adelphos, et commilitones suos non bene audit in hac parte purpuratus Doctor. Hoc mirator. Jesuitæ, quos vel errantes socios non carpere, sed defendere potius, ac interpretari benignè, amor fraternus haud rareret compulit, Cardinalem hunc Societatis suæ et litteris, et purpura decus non ultimum in præsentì contertatione deserere pene omnes? Quidni itaque eundem et ego deseram?

28. (17) „ Numquam Francolinus, inquit Concina, apertè concedit, casuistas Es-
„ cobarium, Busembaum, Tamburinum, Castropalaum, ceterosque in laxis opinionibus
„ propugnandis caspitasse. E contrario Eminentissimus Pallavicinus in interpretandis
„ Actis Tridentini Concilii caligavit: nimirum juxta eundem Francolinum. Hujus-
„ ce caligationis, quam eidem tribuunt contaberoales, unica, ut reor causa fuit, Initia-
„ listarum sententiæ, cui impense favit, amor. Eam ardentè, atque oculatus dilexit, Romæ
„ publice docuit, suæ Theologiæ inseruit, in Actis Concilii anxie quæsit, et plu-
„ ra, ut eam fulciret, se invenisse arbitratus est. Sed vereor, ne præfatæ caligationis
„ gratia fortasse viderit, aut videre crediderit, quæ ibi non erant. Et ne gratis, aut com-
„ mēre, hoc à me prolatum existimes, in ejus comprobationem, non centum Casuistas,
„ quos Concina parvipendat, sed Apostolicæ Sedis iudicium testem appellabo. Rem prius
„ audi, postmodum miraturus.

29. Suæ Societatis institutum Tridentino probatum fuisse, assertit Pallavicinus di-
„ cens: (18) „ Et quoniam adeo progressi sumus in hoc argumento, referam, quam
„ fuerit potissima ratio, cur Synodus tam honorificam mentionem fecerit hujus Ordi-
„ nis, ejusque institutum comprobavit. „ Meminit quidem Societatis Sacra Synodus, ac
„ ipsius instituti comprobationem nec in intimis scriptis Archivi Apostolici, nec in Actis
„ Concilii comperire reapse potuit Pallavicinus, siquidem Summus Pontifex Clemens
„ XIV. in decreto extinctionis Societatis hæc ait: „ Persecrari inter cetera volumus,
„ quo innititur fundamento pervagata illa apud plurimos opinio, Religionem scilicet
„ Clericorum Societatis Jesu fuisse à Concilio Tridentino solemnè quadam ratione ap-
„ probatam, et confirmatam; nihilque aliud de ea actum fuisse comperimus in citato
„ Concilio, quam ut à generali illo exciperetur decreto, quo de reliquis regularibus Or-
„ dinibus cautum fuit, ut finito tempore novitiatus, novitij, qui idonei inventi fue-
„ rint, ad proficendum admittantur, aut à Monasterio eiciantur. „ Habes itaque Pon-
„ tificæ Maximo teste, Societatis quidem mentionem fecisse, eam tamen non approbasse
„ Concilium: et mirere nunc, oro, gravissimum, ac Eminentissimum Historiographum,
„ uti rem minime dubiam, approbationem illam venditasse. Unde suspicere proclive est,
„ eundem sicuti familiæ suæ dilaudandæ studio (absit invidia verbo, quod veritatis amor
„ proferre cogit) ea, quæ Supremus Ecclesiæ Pastor non invenit, reperijisse, sic prædi-
„ lectæ opinionis causa in Actis Concilii vidisse, quæ ibi non erant. Nec silentio præ-
„ tereandam, quod idem ipse Alexander VII. cuius jussu conscripta assertit Historia
„ Concilii, vult omnino, et præcipit in virtute sanctæ obedientiæ, et sub pœna excom-
„ municationis, ne quis audeat aliqua censura, injuria, aut contumelia Attritionistarum
„ notare sententiam, ut constat ex ejus decreto cap. IV. relato. Unde id vel minimum
„ conficiam, Historiam præfatam in præsentì litæ supremæ non esse auctoritatis; et Initia-
„ listarum opinamentum neque in Actis Concilii, neque in intimis scriptis Archivi
„ Apostolici, quæ Pallavicino ministrata sunt, clare, et distinctè contineri; secus enim
„ decretum illud Alexander non edidisset.

30. Præterea cum de hac peragat controversia, nedum res in Concilio gestas, ut
„ Historicum decebat, assertit Pallavicinus, sed et propriis conjectationibus, ut sua sensa
„ firmet, enervet adversa, liberius quandoque indulget, ut cum ait: (19) „ Quantum ex
„ Actis conjicio, Theologorum mens erat, ut error hæreticorum damnaretur, tamquam
„ inhonestum improbandum pœnæ timorem, non item ut ferrent sententiam de scho-

(17) ibi c. 1. §. 2. d. 2.

(18) j. p. l. 34. c. 6. d. 6.

(19) 2. p. l. 13. c. 10. d. 17. et 26.

„ lastica quæstione, an hujusmodi timor non solum absque contritione animi perfecta,
„ (de quo controversia vix fuit, sicut patebit) sed etiam absque eo, quod illis ex
„ citetur amor imperfectus, sufficiat ad peccatorum remissionem in Sacramento. Id ve-
„ rò clarè liquet ex ipsa probatione Concilii, quæ hujus articuli doctrinam firmat ca-
„ pite quarto; nimirum Ninivitarum pœnitentiam ex timore profectam ipsis profuisse;
„ cum certum esset, eo tempore, quo Sacramentum Pœnitentiæ adhuc non extabat,
„ eam formidolosam pœnitentiam minime sufficisse per se ipsam, ad peccatum delen-
„ dum, sed vim tantummodo habuisse, ad impetrandam novam gratiam, cuius ope
„ adjuccretur charitatis affectus, quem omnes accessarium fuisse fatentur ante novam
„ legem ad justitiam recipiendam. In Patrum conventu id pauci attigerunt. Aliquod
„ demtaxat vestigium comperio opinionis negantis necessitatem amoris in illis, quæ
„ Granatensis disputavit. „ Quid autem pauci ij, quidve Granatensis pro hac opinio-
„ ne attulerint, silentio præterit omnino: quid verò Lainius, Ferrusius, alijque pro amo-
„ re dixerunt, referat amissim. Et ipse ultro Initialistam potius, quam Historiographum
„ agens, necessitatem amoris probare aggreditur. Sed prætervolasse virum ceteroqui doc-
„ tissimum, existimare quis posset, quod Ninivitarum amor, quo ad mentem Concilii
„ suam sententiam clarè firmari censuit, justifiens, ac propterea perfectus, et concomi-
„ tans gratiam existit; atque idcirco inopportunos ad initialem, de qua res est, consta-
„ biliendam dilectionem, quæ imperfecta, antecedens, et minime foret justificans.

31. Nec verisimile admodum videtur, quod de Attritionistarum sententia pauci
„ et adeo parè in Patrum conventu tractaverint, ut de ea aliquod demtaxat vestigium
„ in Archiepiscopi Granatensis disputatione comperiat: etenim aliud insuper in his,
„ quæ circa attritionis dolorem Joannes Amilianus Tudetanus Episcopus disseruit, inve-
„ nitur vestigijs, de ipso namque ait: (20) „ Laudatus Episcopus monuit, falso dici, hu-
„ jusmodi dolorem sine amore vix umquam concipi posse. Quod autem hæc attritio
„ satis esset Sacramento constituendo, ita ut homini attrito deleantur peccata abso-
„ lutionis supervenientis vi, variare Auctorum sententias. „ Deinde ipsomet Conci-
„ lium à decreto, quo statuit, attritionem donum parat, auferre jussit hæc verba: „ Cum
„ quo pœnitens adjutus viam sibi ad justitiam parat, auferre jussit hæc verba: „ Cum
„ sine aliquo dilectionis in Deum motu esse vix queat: quæ Attritionistarum ever-
„ tere, et Initialistarum sancire videbantur doctrinam. Ubi etiam innuit, ipsam, cum de
„ attritione agit, eam intelligere, quæ amoris cassa est: Præterea ipsi Patres de attritio-
„ nis metu concepta, et ut Sacramento, ac justificationi deservit, nulla dilectionis men-
„ tione facta, semel et iterum, non quidem cursim, aut ex tempore, sed data opera,
„ aut ex professo loquuntur. Denique prædicti Patres dum de attritione tractabant, præ-
„ cipue agebant contra Lutherum eam mordicus reprobantem: hic verò de attritione solo
„ timore concepta affatus fuit, ut produnt ipsius verba capite VI. relata; et idcirco de
„ eadem sic inspecta sapius illos tractasse, ac proinde de Attritionistarum quoque sen-
„ tentiis, valde probabile est; quia in Concilio antequam de re quamlibet iudicium ferat-
„ ur, magna sit conquisitio. Præsertim cum delere etiam jusserint verbum *sufficiens*: quod
„ satis indicat, eos de sufficientia, ac insufficientia attritionis meditatè egisse, alioquin
„ tenerè id præcepisse convinceretur. Et hinc dispari fide, quæ incorrupta, æquè sem-
„ per, atque à partium studio secreta omnino in Historico esse debet, Pallavicinum de
„ utraque egisse sententia; necnon attritionis sufficientiam deprimere, amoris necessitatem
„ extollere, hæneque in Actis Concilii utcumque reperire, summopere exoptasse, et hu-
„ jusque dicta, et quæ ipse super Sessione sexta Concilii narrat, (21) quæ LeAor, sè
„ habet, videre potest, haud obscure manifestant.

32. Hæc omnia prolixius forsitan, quam decebat, dicta sunt, non quidem ut Car-
„ dinali amplissimo, sapientissimo, ac de Ecclesiæ Catholica optimè merito quidquam de-
„ traham; sed ut argumenta, quæ ex ejus Historia Initialistæ promunt, et veluti ineno-
„ dabilia dividendum, neutiquam ita esse; ac testimonia illius, quod in hac controversia
„ hostis potius, quam Historiographi munus gerat, rejici jure valeant, liquidò patefacere-
„ m.]

(20) ibi supra

(21) 1. p. l. 3. c. 11.

aperte indicat, se nullam dilectionem, nullam charitatem agnovisse, nisi eam, quæ in cordibus nostris diffunditur per Spiritum Sanctum jam nobis datum, ac in nobis habitantem.

6. Obj. 3: (4) „Inaniter putat victorem se esse peccati, qui poena timore non peccat: quia etsi non impletur foris negotium male cupiditatis, ipsa tamen mala cupiditas intus est hostis. Et quis coram Deo innocens invenitur, qui vult fieri quod vetatur, si subtrahas quod timetur? Ac per hoc in ipsa voluntate reus est, qui vult, facere quod non licet fieri, sed ideo non facit, quia impudè non potest fieri. Inimicus ergo justitiæ est, qui poena timore non peccat: amicus autem erit, si ejus amore non peccet.“ Attritus ergo homo si poenæ dumtaxat timore foras non peccat, intus peccatum ipsum non vincit, ob idque nec ad justitiam paratur satis.

7. R. mirum esse, quod locus hic in controversia ista laudetur, in illo namque haud de bono, ac supernaturali, de quo res est, sed de pravo agitur timore, de eo nimirum, quo homo fit nocens, et reus coram Deo. Dein Ecclesia has repudiavit Quesnelli theses: 61. „Timor non nisi manum cohibet, cor autem tandiu peccato addicitur, quandiu ab amore justitiæ non ducitur.“ 62. „Qui à malo non abstinere nisi timore poenæ, illud committit in corde suo, et jam est reus coram Deo.“ Quapropter objecta verba, nec huic errori favere Augustinus videatur, de metu aut naturali, aut serviliter servili exponam, secus vero de supernaturali ad justificationem ordinato. Sane is, qui timore naturali, aut serviliter servili afficitur, à peccato exteriori cessare, ac interiori simul flagitiosis desideriis conflagrari solet; at qui supernaturali percutitur, ab externis, et internis abstinere culpis: prior idcirco inaniter putat, victorem se esse peccati; alter verò peccati actualis victor existit, quamvis habituali subjacere adhuc, neque ab eo usque dum recipiat gratiam, liberetur: qua item de causa inimicus justitiæ habitu quidem est, non actu; ipsam namque justitiam, necnon ejus fontem Deum, dum atteritur, et Sacramentum accipit, reapse concupiscit: imò et charitatis affectu dispositivè, prosecutivè, atque inchoatè erga eos jam agitur, timet enim, dolet, disponitur, Penitentiam suscipit, ut justitiam, quam optat, inveniat gratiam, qua justus, et amicus Dei fiat, obtineat charitatem, qua Deum benevole amet, nanciscatur. Hæc vero omnia nonne dilectionis principium, et inchoatio sunt? Nonne sufficienter, ut Dei, ac justitiæ inimicus actu non dicatur homo ille? Præterea justitiæ amor, de quo affatur hic Augustinus, non initialis, imperfectus, et cum peccato unibilis, sed perfectus, et comitans gratiam ipsam est, siquidem ait etiam: (5) „Tantum porro quisque peccatum odit, quantum justitiam diligit, quod non poterit Legere terrente per litteram, sed Spiritu sanante per gratiam.“ Dilectio autem, quæ à Spiritu sanante per gratiam proficiscitur, gratia ipsius sanantis, ac Spiritus Sancti comes est. Dein ut dilectionem hanc probet, addit: (6) „Hinc est, quod ille fortissimus justitiæ dilector exclamat: Quis nos separabit à charitate Christi? Tribulationis, an angustis, an persecutio, an fames, an nuditas, an periculum, an gladius? Si, ut scriptum est, quoniam propter te mortificatur tota die, deputat sumus ut oves occisionis, sed in his omnibus supervincimus per eum, qui dilexit nos. Certus sum enim, quia neque mors, neque vita, neque Angelus, neque principatus, neque potentia, neque futura, neque virtus, neque altitudo, neque profundum, neque creatura, alia poterit nos separare à charitate Dei, quæ est in Christo Jesu Domino nostro.“ En amor justitiæ, de quo agit: et illum initialem, imperfectum, et culpe comitem nefas est dicere, siquidem charitas, quæ foris adeo, arde, ac indivisus nexu nos Deo unit, perfecta sanè, imò et perfectissima vocari debet. Addit insuper: (7) „Quæ charitas Dei, quod perpetua cogitatione tenendum est, diffunditur in cordibus, nostris per Spiritum Sanctum, qui datus est nobis.“ Hic similiter de charitate perfecta, quæ justis hominibus à Spiritu Sancto donatur, sermo est. Et verba hæc Apostoli

(4) Epist. 145. al. 144. n. 4.
(6) num. 6.

(1) ibi n. 5.
(2) ibi n. 7.

continuo à nobis cogitari vult, ut quoties de charitate, aut dilectione agitur, protinus agnoscamus, ipsam à Spiritu Sancto inhabitante promanare. Denique ipsismet, quæ Adversantes afferunt verbis, de perfecto amore Augustinum loqui proditur, ait etenim: „Amicus autem erit, si ejus amore non peccet.“ porro amor, quo homo inimicus justitiæ, ejus constituitur amicus, inimicitiam destruit, amicitiam affert, et hoc absque Sacramentorum auxilio, in hoc enim sensu loquitur: quis autem amorem, qui peccatorem extra Sacramentum justitiæ, ac proinde Dei quoque amicum reddit, imperfectum dixerit? Igitur cum de charitate perfecta, ac perfecto justitiæ amore se loqui, tam diversimodè ostenderit, verba ejus, quæ in argumento sunt, pro initiali dilectione laudari non debuerant.

8. At inquit, hæc ipsemet subdit: (8) „Qui gehennas metuit, non peccare metuit, sed ardere.“ metere autem, imò et odisse peccatum debet attritus homo, dum præviè aptatur ad justitiam, ad quam idcirco inidoneus erit, si gehennæ dumtaxat metu, et non amore pareatur.

9. R. verba ista de metu naturali, aut serviliter servili atiam accipienda esse; secus vero de supernaturali, qui justificationi ipsi deservit, et cum intimo dolore de peccatis, ac eorum detestatione jungitur: hic enim, utpote à Spiritu Sancto descendens, ordinatissimus est, et ideo qui eo percitur, nedum gehennas, et ardere, sed culpam ipsam metuit etiam, ut est Dei vindicis offensæ, ut ignis poenam infert, ac potissimum ut sempiternam causat à Deo remuneratore separationem.

10. Obj. 4: (9) „Charitas ergo inchoata, inchoata justitia est; charitas perfecta, perfecta justitia est.“ Agnovit itaque initialem amorem, hic namque inchoata charitas est.

11. R. neque hic de amore aliquo initiali, et cum lethifero scelere sociabili loqui, sed aut de habituali charitate, quæ gradus illos habet omnes, aut de actuali, quæ cum peccato esse nequeat; etenim post laudata verba protinus addit: „Sed charitas de corde puro, et conscientia bona, et fide non ficta.“ et paulo post: „Non tantum diffunditur in cordibus nostris, vel natura, vel voluntatis opibus (al. operibus) quæ sunt in nobis, sed per Spiritum Sanctum, qui datus est nobis.“ De charitate hæc, quæ aut habitualis, aut actualis ab habituali progrediens est, eloquitur. De utraque idcirco verum est, quod sive inchoata, sive perfecta, sive magna, sive perfecta sit, de corde puro, et conscientia bonâ, et fide non fictâ, necnon diffusa in cordibus nostris per Spiritum Sanctum, qui datus sit nobis, esse debet: et ideo objecta verba initiali amori nullatenus queunt adaptari; hic enim quod mortifero jungeretur crimini, nec de corde puro, et conscientia bona, sed noxa ea scleratis prodiret, nec in cordibus nostris, per Spiritum Sanctum nobis jam datum diffunderetur. Præterea de charitate illa affatur, quæ prius inchoata est, dein perfecta adeo, atque perfecta, in perfecta justitia sit: initialis autem amor gradus eos minime haberet, sed inchoatus semper foret, et imperfectus; ob idque nunquam perfecta charitas, aut justitia perfecta dici posset, quia hujusmodi justitiæ, et charitatis in homine justificato unice reperitur; amor verò ille in viro justo non remaneret, esset enim actus quidam informis, et informes actus non formantur, sed transeunt, et non existunt post gratiæ infusionem, ut cum D. Thoma dixi capite I. n. 9.

12. Obj. 5. de muliere peccatrice ait: (10) „Accessit autem ad Dominum immun-da, ut rediret munda, accessit agra, ut rediret sana.“ Cum autem mulier illa Dominum sine dubio dilexerit, penitentes alij dum immundi adhuc sunt, et acri, seu in peccato, eundem similiter diligere valebunt.

13. R. femine illius amorem non initialem, et imperfectum sed perfectum, et justificantem, sive culpæ fuisse remissivum, juxta illud: (11) „Remittantur ei peccata multa, quoniam dilexit multum.“ et idcirco non prævijs ad gratiam, sed eam comitantibus præparationibus aggregandum. Unde si Deum, antequam Simonis domum adiret, illa dilexit, justificata dilectione ipsa fuit; et ideo ad pedes Domini immun-

(8) n. 4. (9) l. de natura, et gratia. c. 70. n. 84. (10) Serm. 99. al. 13. ex 70. homilias n. 1. (11) Luc. 7. 47.

voluntatem peccandi timore pœnz extrahi, inquietest: „Motus timoris consequitur „ et suppliciorum acerbitate proposita, animus à peccato revocatur.“ Propositum emendationis, quod illum quoque exagitat voluntatem, non charitati, aut ejus dilectioni, sed spei adnectunt: „Accedit spes impetrandæ à Deo misericordiae, qua credi vitam, „ mores emendare constituimus.“ Charitatem *postremò* postulante, postrema nimirum dispositionibus, quæ concomitantes sunt, eam adscribentes; de penitentium enim culpa jam expertium charitate affantur, sive de virtute, quæ nos Dei filios constituit „ ea nimirum „ ex qua liberalis ille timor probis, et ingenuis filijs dignus oritur:“ hujusmodi autem timor, et charitas comitantibus gratiam debent dispositionibus aggregari, quia in viris dumtaxat justis reperiantur, peccatores namque antequam justificentur, neque probi, neque ingenui, neque filij Dei, sed pravi potius, servi Diaboli, ac Dei inimici, habitualis noxæ, qua inficiuntur, causa nuncupari, et esse patet. Dicunt insuper (6) „ Confessio contritionem perficit.“ Ubi explore signant, peccatorem, qui contritione imperfecta, seu attritione percitus sua confitetur peccata, dein ipsis confessionis sacramentalis ope perfectam contritionem eliceret: quod fieri quit nulloatenus, nisi Sacramentum gratiam, charitatem, penitentiamque, quibus contritio istæ efficitur, ut Attritionarij docent, præbeat. In quo innunt similiter, ex attrito contritum hominem fieri virtute Sacramenti; hoc namque contritionem perficit, haud quidem quoniam attritionem antecedentem ita perficiat, quod reddatur contritio, nam ut ait D. Thomas (7) „ Attritio non potest fieri contritio:“ sed quia is, qui ad Sacramentum ipsum attritus accedit, vim protinus, qua perfectè conteratur, suscipit; et ideo loco attritionis prævie, qua transit, ipsius Sacramenti virtute efficitur in justificatione contritio. Verum et hoc amplius explanantes subdunt: (8) „ Etenim ex his „ dei catholice doctrina omnibus credendum, et constanter affirmandum est, si quis „ ita animo affectus sit, ut peccata admissa doleat, simulque in posterum non peccare constituat, etsi hujusmodi dolore non assiciatur, qui ad impetrandam veniam „ satis esse possit, ei tamen, cum peccata Sacerdoti ritè confessus fuerit, vi clavium „ scelera omnia remitti, ac condonari.“ Hic non de amore, sed de dolore agunt: dolor vero ad impetrandam veniam insufficientis, attritio est, non contritio, hæc enim ad id sufficit. Is itaque qui dolore attritionis lectus peccata confitetur, eorum veniam, non amoris causa, sed vi clavium obtinebit. Denique conversionem aliquam, nimirum imperfectam, et dispositivam peccatoribus respicientibus ante charitatem tribuunt dicentes: „ Primum itaque Dei misericordia nos prævenit, cordaque nostra ad „ se convertit.“

9. Hæc omnia, quæ germana Attritionistarum doctrina, vel summa hujus sunt, ab ipsis Catechismi Auctores haud admodum dissidere, ostendunt. Eapropter objecta, ne sibi invicem adversi credantur, amplius explanare est. Unde ad primum dico: non de antecedenti, quæ nunquam extat, sed de concomitante charitate Catechissimum loquitur, ex hac enim liberalis ille timor, necnon penitentia virtus, de qua agit, proficiunt. Ad secundum, non de imperfecta, sed de perfecta contritione ipsum affari: in hac verò, sive intensa, sive remissa, dolor rationalis voluntari insidens summus semper, et maximus est; et ideo semper itidem peccata delet, licet dolor sensibilis, sive in parte sensitiva residens, exiguus interdum sit. Ad tertium: contritionem perfectam semper esse vehementem, incensam, et acrem: at pauci sine Sacramenti adjutorio ad eam perveniunt, sicut et paucissimi extra illud justificantur. Sacramenti vero virtute facile ex contritione imperfecta, seu attritione ad perfectam transit penitens, quia licet attritio, sicut et alij actus informes cessent, gratiam, charitatem, et penitentiam virtutem, quibus perfectè conteratur, illi confert Sacramentum. Unde etiam constat, faciliorem salutis indepscendæ rationem in Sacramento nobis Dominum reliquisse, non solum quia homo attritus, Sacramento dona hæc conferente, facilius intra illud, quam sine eo ad contritionis, et justificationis gratiam pertransit; sed etiam quoniam Sacramenti ipsius auxilio justificari aliquando possumus, etiamsi amor charitas, et contri-

(6) n. 37.

(7) Suppl. q. 1. a. 1. c.

(8) n. 37.

elo perfecta concomitante non adsint, ut dixi capite III. quod extra Sacramentum nunquam accidit.

10. Veruntamen ampliorem hanc, facilioremque salutis redipiscendæ viam, quam Dominus reliquit nobis, evulcare ulterius, oportet. Homo in peccato existens nequit se ad gratiam suscipiendam proximè, sufficienter, et ultimò preparare extra Sacramentum, quia dispositio ultima, et omnino sufficiens ad formam aliquam, cum ea necitur infallibiliter; opera autem hominis illius id genus vinculum nequeunt habere cum gratia; nam cum hæc, et peccatum insociabilia prorsus sint, quidquid cum peccato jungi valet, cum gratia unionem non habet infallibilem: præfati autem hominis actus, quanquam præstantes, imò et supernaturales sint, cum crimine in ejus corde habitant omnes. Deinde si operationes, quæ gratia præeunt, nexu cum ea gauderent insolubili, ipsis adhibitis, peccator absque Sacramentorum opitulatione gratiam obtineret, ac justificaretur, proptereaque Sacramenta mortuorum, quæ ad id instituta sunt, superfluere viderentur, quod impium est cogitare. Præterea nexu illo admissio, vel dispositionis ultima, et sufficientis munere peccatoris actibus concessio, gratia ipsa non gratis, ac libere, sed quasi necessario, et propter opera in statu peccati facta præberet censeretur quod erroneum est, nam ut ait D. Paulus: (9) „ Si autem gratia, jam non ex operibus, alioquin gratia jam non est gratia.“ Supernaturalia itaque peccatoris opera eum ad justificationem aliquatenus aptant, et gratia ipsa quommodo dignum efficiunt; et tamen omnimodam dignitatem, sufficientiamque minimè tribuunt. Unde ait D. Thomas (10) „ Non est intelligendum, quod aliquis ante justificationem sit sufficienter dignus, nisi alias gratia, non esset gratia; sed quia est in ipso aliqua dispositio ad justificationem, qua est minus indignus, quam alij: unde talis dignitas ad justitiam non sufficit.“ Et licet verum sit, Dei gratiam non indigno, sed digno unicè conferri, hujus tamen dignitas gratiam non præcedit, sed ab ea profluit. Unde ipsemet ait: (11) „ Gratia datur digno, non ita quod aliquis sit sufficienter dignus, antequam gratiam „ habeat, sed quia ex hoc ipso quod datur, facit hominem dignum.“ Et ultro inquit: (12) „ Deus non dat gratiam nisi dignis, non tamen ita, quod prius digni fuerint, „ sed quia ipse per gratiam eos facit dignos, qui solus potest facere mundum de immundo „ conceptum semine.“ Peccator itaque licet laudabiliter, et supernaturaliter operetur, neque gratia sufficienter dignus, nec ad eam redditur omnino idoneus; et ideo extra Sacramentum difficile justificatur: atverd si operibus suis Sacramentum adiciat, facile justitiam obtinebit.

11. Sed addam, ut id amplius aperiatur, quod attritio, juxta Tridentinum, Dei donum est, Spiritus Sancti impulsus, necnon præparatio ad gratiam: nihilominus tamen ultimò, et sufficienter ad eam homines extra Sacramentum parandi vim non habet; ait enim: „ Quamvis sine Sacramento Penitentia per se ad justificationem perducere peccatorem nequeat.“ Quapropter quantumvis crescat, et intendatur, imò licet perfectissima, et fervidissima sit, neminem extra Sacramentum satis ad justitiam aptat. Porro si attritioni vis deest ejusmodi, et reliquis peccatoris actibus denegari similiter debet: in eis namque nullus attritione aptior, nullus congruentior ad dispositionis manus obeundum, cum à Spiritu Sancto, ut ad gratiam præparet, instituta sit. Nec initiali amoris vis illa debet attribui; hujusmodi enim amor anceps admodum dispositio est, cum ejus existentia, imò et possibilitas sub lite adhuc maneat apud Theologos; et insuper illius assertores remotam dispositionem extra Sacramentum eum dicant: quapropter cum attritio, quæ snapte natura, et Spiritus Sancti institutione, ac motione, cunctis id fatentibus, ad gratiam præparatio est, neminem ad eam suscipiendam proximè, et sufficienter præparet extra Sacramentum, neque hoc amor ille, neque ulla peccatoris operatio prestare poterit. Cum ergo homines scelere conspersi sese ad gratiam satis, et ultimò nequirent comparare, fiebat, ut à paucissimis hæc via, hoc est extra Sacramentum, peccatorum venia speranda esset. Quare Christus Dominus communi hominum salutis pijsimè consu-

Y f

(9) Rom. 11. 6.

(11) de vot. q. 18. a. 9. ad 7.

(10) 4. Sent. d. 17. q. 1. a. 1. quæstione. 4. ad 3.

(12) 1. 2. q. 114. a. 3. ad 2.

leus, facilius remedium nobis praebeat in Penitentiae Sacramento; hoc enim quicquid nostris deest operibus, supplet uberrime; et ideo dispositionibus nostris remotis, et insufficientibus Auctoris sui virtute, ipsiusque passionis merito sufficientiam tribuit, et proximitatem, dolori praesertim, qui ejus pars est, ac materia. Unde ipse Catechismus, ut peccator, qui insufficiente dumtaxat dolore, aut dispositione afficitur, satis ad gratiam pareat, et culparum veniam obtineat, haud quidem ad initialem amorem, nec ad aliam hominis operationem, quae preparandi eum sufficienter vim habeat, sed ad virtutem clavium unica, hoc est, ad ipsum recurrit Sacramentum asserens: „Ersi dolore hujusmodi non afficiatur, qui ad impetrandam veniam, satis esse possit, ei tamen, cum peccata Sacerdoti rite confessus fuerit, vi clavium scelera omnia remitti, ac condonari.“

12. At inquit, si peccatores se ad gratiam numquam extra Sacramentum aptant satis, quomodo eorum aliqui absque Sacramenti receptione justificantur? Numquidnam gratia, aut forma alia quaevis cuique donari valet sine praevia dispositione, quae cum ad illam suscipiendam pareat sufficienter? Respondeo tamen, Deum, qui gratia auctor est, illam nobis tam intra, quam extra Sacramentum conferre; quin preparationem naturae suae sufficientem in corde nostro praevie habeamus. In Sacramento aliquid reperitur, quod sufficientiam nostris operibus deficientem suppleat, nimirum virtus ipsa Sacramenti, seu passionis Christi, sedenim extra Sacramentum nihil invenio, quod id prestare valeat unde quod ipse praeter alios absque Sacramenti auxilio gratiam obtineat, arcuam quoddam est nobis prorsus impenetrabile, et ideo hanc solummodo rationem assignare audeo: (13) „Miserebor cui voluero, et clemens ero in quem mihi placuerit.“ Et iterum: (14) „Cujus vult miseretur, et quem vult indurat.“

13. Peccatores, qui ad Christi Sacramenta, certam videlicet, ac securam justificationis fontem non accedunt, etsi bonis aliunde vacent operibus, ob sua scelera aeternis supplicij digni adhuc sunt; et ideo Deus, qui cunctos perdere valebat, nemini injuriam facit, si quodam ex illis misericorditer salvat, secus vero alios. Potestatem habet sicut figulus ex informi, et corrupta illa massa facere aliud quidem vas in honorem, aliud vero in contumeliam. Veruntamen si circa rem divinam, et cunctis mortalibus ignotam conjectare liceat, quibusdam forsitan misericordiam suam, quam ceteris denegat, impendit Deus, quia in illis minor malicia, major timor, praestantior fides, firmior spes, acrior de peccatis dolor, ardentius salutis desiderium, aut quid simile reperitur: ceterum haec, et id genus alia, quae peccatoribus adesse solent, etsi laudabilia, etsi supernaturalia, eos ad gratiam sufficienter non aptant: imò haec ipsa bona Dei iridem dona sunt; et ideo ratio ultima, cur Deus ea, sicut et gratiam extra Sacramentum his praeter alios conferat, ipsius libera voluntas, et misericordia sunt: unde merito dicendum cum Apostolo: (15) „Igitur non voluntatis, neque currentis, sed misericordiae est Dei:“ et cum Augustino concludendum: (16) „Magna gratia commendatio. Nemo venit nisi trahens. Quem trahit, et quem non trahit, quare illum trahat, et illum non trahat, noli velle judicare, si non vis errare. Semel accipe, et intellige. Nondum traheris? Ora ut traharis.“

14. D. Thomas de dispositionibus nostris agens inquit: (17) „Homo comparatur ad Deum sicut lutum ad figulum secundum illud Hier. 18. sicut lutum in manu figuli, sic vos in manu mea: sed lutum non ex necessitate accipit formam à figulo, quantumcumque sit preparatum: Ergo neque homo recipit ex necessitate gratiam à Deo, quantumcumque se preparat.“ Concedit verò S. Doctor preparationem nostram ex intentione Dei aliquando cum gratia necesse infallibiliter, et hanc necessitate, non quidem coactionis, sed infallibilitatis nobis conferri, scilicet quando cor nostrum ipse movere efficaciter, ut gratiam consequatur, tum enim eam revera obtinet, haud plane quia nostra preparatio natura sua cum gratia neatur, sed quoniam intentio Dei nequit deficere. Unde quemadmodum opera meritatoria solam ex voluntate

(13) Exod. 33. 19.

(14) Rom. 9. 18. 21.

(15) ibi v. 16.

(16) Tract. 16. in Joan. n. 5.

(17) 1. 2. q. 112. a. 3. 6.

Dei premiare volentis cum gloria concedantur indeficienter, et ideo in justis reprobis, qui glorificandi non sunt, plerumque reperiuntur; sic actus fidei, spei, attritionis, et similes ex ipsius Dei dumtaxat voluntate justificare volentis, cum gratia neantur infallibiliter, et ideo in multis similiter, qui non sunt justificandi, possunt inveniri. Quando autem nexum habeant hujusmodi, vel quando Deus extra Sacramentum justificare peccatores velit, latet nos omnes: id vero rarenter velle crediderim; cum enim planiorem, ac faciliorem salutis indepscende viam nobis aperiat in Sacramentis, quae sui Auctoris virtute, quicquid nostris deest preparationibus, altatim suppleat, verisimilius est, eorum receptione potius quam sine illa velle homines justificare: et ideo pauci admodum ut recte Catechismi Auctores monuerit, ad gratiam extra Sacramentum perveniunt.

CAPUT. XXI.

Sancti Augustini auctoritates, quibus se Initialistae prosequunt, expenduntur.

1. Testimonia Sanctorum Patrum, quae Adversarij opponunt, tam multa sunt, ut si omnia referre vellem, magnum tibi profectò, et tolerantissimo cuius negotium facerem. Ea propter non omnia, sed difficillima, etque ex Beatissimis Doctoribus Augustino, et Thoma, quibus praesertim illi fidem, excerptam, ac dilucidabo; facile enim, non modo asserenda, sed omittenda pariter, ex dictis, dicendisque solvi, si fallor, poterunt. De Augustino in hoc capite, de Thoma vero in sequenti sermo est.

2. Obijciunt ergo 1. verba haec: (1) „Penitentiam certam non facit, nisi odium peccati, et amor Dei.“ Attritio itaque hominis penitentia, si amoris vacua sit, neque certa, neque sufficiens proinde erit ad justiciam.

3. R. penitentiam tam perfectam, quae contritio, quam imperfectam, quae attritio est, utpote donum Dei; sive moventis, sive inhabitantis, veram, ac certam esse, et utramque amore peragi, alteram nimirum concupiscentiae, benevolentiae alteram: et ideo necnon penitentia utraque, dum Sacramentum suscipit, afficitur, attritione videlicet, et concupiscentia antecedente; concomitante verò benevolentia, et contritione. Quibus addendum, Sermonem, ex quo objecta verba deprompta sunt, plures Augustino abjudicare, et ideo non inter genuina S. Doctoris opera, sed inter dubia, ac spuria, quae in Appendices rejiciuntur, postrema; et castigatores illorum operum editiones, cum collocant.

4. Obj. 2: (2) „Prohibitio enim peccati, quod est lex, auget profectò desiderium peccandi, quod non extinguitur, nisi contritio desiderio recte facienda, ubi fides per dilectionem operatur.“ Attritio igitur, nisi fide per dilectionem operante ornatur, desiderium, seu voluntatem peccandi non extinguit.

5. R. fidem, quae per dilectionem operatur, non mortuam, et informem, sed gratia, charitateque formatam, et vivam esse, ac propterea in homine attritio, qui adhuc est in peccato, reperiri non posse: per illam desiderium habituale peccandi, seu peccatum habituale extinguitur, actuale verò timore, sive desiderio recte facienda poenae formidine nato, quia gehennam metuentes, à peccato abstinemus, ut Tridentinum docet. Edisserit autem S. Doctor quondam fides per dilectionem operatur inquit: (3) „Fides, quae per dilectionem operatur, nihil operaretur, nisi ipsa dilectio Dei diffunderetur in cordibus nostris per Spiritum Sanctum, qui datus est nobis.“ Et frequentissimè dum de charitate, ac dilectione affatur, haec Apostoli verba laudat: in quo

(1) In append. Serm. 117. al. de temp. 7. n. 1.

(2) l. 2. contra Adversarium legis, et Proph. c. 7. n. 27.

(3) Epist. 166. al. 106. n. 4.

Is, quæ ex Catechismo Romano Initialistæ obijciunt, responsum adhibetur.

1. Quidam in hoc percelebri Catechismo reperiuntur, quæ Anti-Attritionarij suffragari nonnihil videntur; et ideo expendere nunc ea oportet. Ait igitur: (1) „Docendum est etiam, quibus gradibus ad hanc divinam virtutem liceat ascendere. Primum itaque Dei misericordia nos prævenit, cordaque nostra ad se convertit. . . Deinde hoc lumine illustrati, per fidem ad Deum animo tendimus. . . Præterea motus timoris consequitur, et suppliciorum acerbitate proposita, animus à peccatis revocatur. . . Huc deinde accedit spes impetranda à Deo misericordiz, qua erexit vitam, mores emendare constituitur. Postremo charitate corda nostra accenduntur, ex qua liberalis ille timor probis, et ingenuis filijs dignus oritur: atque ita unum illud veriti, ne qua in re Dei majestatem ledamus, peccandi consuetudinem omnino deserimus. Hisce igitur quasi gradibus ad hanc præstantissimam penitentiz virtutem pervenitur. Nemo itaque absque charitate ad penitentiam, ac propterea nec ad justificationem, in qua virtus illa confertur nobis, pervenire valet.

2. Ait quoque: (2) „Summum verò, et maximum dolorem ex peccatis, quæ commissa sunt, suscipiendum esse, ita ut nullus major excogitari possit, facile erit, hisce rationibus demonstrare. Nam cum perfecta contritio sit charitatis actio, quæ ab eo timore, qui filiorum est, proficiscitur, patet eundem charitatis, et contritionis modum statuendum esse. At quoniam charitas, qua Deum diligimus, perfectissimus est amor, hinc fit, ut contritio vehementissimum animi dolorem conjunctum habeat. Igitur charitas perfectissima, et vehementissima item contritio esse debent, ut propulsandi vim habeant peccatum, cum quo idcirco conjungi poterunt, si remissa fuerint.

3. Ait similiter: (3) „Docendum est, confessionis institutionem nobis summopere utilem, atque adeo necessariam fuisse. Ut enim hoc concedamus, contritione peccata deleri, quis ignorat, illam adeo vehementem, acrem, et incensam esse oportere, ut doloris acerbitas cum scelere magnitudine æquari, conferrique possit? At quoniam pauci admodum ad hunc gradum pervenirent, fiebat etiam, ut à paucissimis hæc via peccatorum venia speranda esset. Quare necesse fuit, ut Clementissimus Dominus faciliiori ratione communi hominum saluti consulere. Quod quidem admirabili consilio effecit, cum claves regni cælestis Ecclesiz tradidit. Contritio ergo, nisi adeo intensa sit, ut æquari criminum magnitudini queat, illa nullatenus valebit; remissaque propterea cum scelere esse, et prævijs ad gratiam dispositionibus valeat adscribi.

4. R. magnæ quidem, ac indeclinabilis neutiquam auctoritatis Catechismum esse, plures affirmare; et ideo ejus doctrinam ipsi potissimum, qui militiæ Thomistice nomen non dederunt, sed sub aliis merent vexillis, deserunt multoties. Quin et ab eo, si Initialista est, in hac concertatione recedunt impudenter. Attritionarii omnes tam Thomistæ, quam non Thomistæ. Ipsum alii in mente Concilii, Penitentiaque partibus expendendis, quod attritionis notitia in eo desideretur, imperfectum ac numeris omnibus minus absolutum hand injuria censent: Concilium enim ad Sacramentum Penitentia ritè enodandum, attritionis naturam, bonitatem, principia, motiva, munia edisserere, eamque ab hæreticorum calumnijs, et erroribus vindicare, æquum duxit: cujus exemplum imitantes posteriores Theologi prope modum universi, ipsam pariter, quod vel amore gnatum, vel illius expertem, Penitentia materiam dicant, explanare accuratius student. Catechismus autem, qui non modo Penitentia Sacramentum, sed et doctrinam Christianam universam ad mentem Concilii enucleare, aggressus est, nullam de attritione mentionem facit; et ideo manens in hac parte, ac nullus videtur. Nec deerunt emendationis naris homines, qui in Critices regulas interdum illum pec-

(1) a. p. c. 5. de Pœnit. Sacram. n. 8.

(2) ibi n. 17.

(3) ibi n. 16.

care censeant, carpantque in eo, quod supposititias decretales, uti genuinum antiquorum Pontificum factum, necnon opera aliqua, quæ Sanctis Patribus falso tribuantur, quandoque eorum nomine laudet.

5. Ipse quoque responsi ejusmodi superaddam, de fervidissima charitate, et contritione vehementissima, his videlicet Catechismum affari, quæ corda nostra accendant, filialem metum pariant, peccandi consuetudinem extinguant, ac peccatores justificent extra Sacramentum: et idcirco ipsius verba non ad prævias quidem, sed ad concomitantes dispositiones referenda sunt; siquidem nec rigidiores ipsi Initialistæ perfecta adeo opera peccatoribus, dum ad Sacramentum suscipiendum præviæ aptantur, injungunt.

6. Dixerim etiam, contritionem ita vehementem, acrem, et incensam nunquam non esse, ut doloris acerbitas cum scelere magnitudine æquari, conferrique possit; quia in contritione quavis, modò contritio vera sit, dolor maximus, ac ceteros dolores longè superans reperitur, teste D. Thoma ajente: (4) „Secundum Augustinum omnis dolor in amore fundatur; sed amor charitatis, in quo fundatur dolor contritionis est maximus: ergo dolor contritionis est maximus. Præterea dolor est de malo. Sententialiter ipsa contritio, quæ nihil aliud est, quam displicentia præteriti peccati: et dolor talis in contritione excedit alios dolores: quia quantum aliquid placet, tantum contrarium ejus displicet: finis autem super omnia placet, cum omnia propter ipsum desiderantur: et ideo peccatum, quod à fine ultimo avertit, super omnia displicere debet. Alius dolor est in parte sensitiva, qui causatur ex primo dolore: De posteriore hoc asserit, non esse maximum dolorem. Contritio itaque quamquam exigua, aut minima intensio, si vera contritio charitatis amore fundata sit, maximo dolore, quo culpæ nequitia item maxima conferri valeat, semper afficitur: etenim dolor voluntatis, qui est essentialiter ipsa contritio, excedit alios dolores. Et hinc contritione etiam remissa peccata deleri conjicitur, etenim plane in ipso Catechismo conceditur, effectum hujusmodi à contritione præstari, cum doloris acerbitas criminum æqualis est magnitudini. Quis adjiciam, quod dolor contritionis, etsi intensio nem maximam non semper habeat, maximus semper est appetitave; homo enim dum contritur, dolorem suum magni pendit, et mallet omnia perdidisse, quam peccasse. Videtur quæ cum Cano dixi cap. 1. n. 4.

7. Supra memoratam S. Thomæ doctrinam Catechismi Auctores, qui ejusdem Præceptoris Angelici placitis fuisse addictissimi, dum acrem, et vehementem contritionem ad justitiam postulant, forsitan inspexere. Unde idipsum, quo ille uritur, momentum profertentes inquirunt: (5) „Quoniam charitas, qua Deum diligimus, perfectissimus est amor, hinc fit, ut contritio vehementissimum animi dolorem conjunctum habeat. Ubi æque, ac ipse, innuunt, quod sicut charitatis amor, quantumvis remissus, amor omnium perfectissimus est; sic contritionis dolor, quamquam intensio nem careat, eundem dolorem vehementissimus, seu maximus ex parte voluntatis erit. Quod si Auctores præfati unam contritionem intensam peccata delere, crediderint, ita videlicet, ut remissa, quæ tamen vera contritio, et ab attritione distincta sit, sine justificationis gratia, necnon cum mortifera noxa uniter esse valeat, illis communem Magistrum D. Thomam, necnon B. Albertum, et S. Vincentium opponam, qui quidem, sicuti capite XV. dixi, quavis contritione licet parvula auferri peccata, concorditer docent. Horum Sacerdotum auctoritate, ac doctrina munitus, Catechismi compilatores, si aliter ac illi sapiunt, deseram incunctanter.

8. Verumenimvero si horum mens pensiculate inspicatur, Attritionistarum sententia aliquatenus eos etiam favere, comperietur; equidem fatentur præprimis, actuale

Y

(4) 4. Sent. de 17. q. 2. 1. questio. 1.

(5) supra. n. 1.

da, et agra, non in se certè, sed in ipsius Simonis, aliorumque peccatricem eam existimantium, accessit opinione: et tunc verba illa, quæ Christus adjecit: „Remittuntur tibi peccata:“ vel antea remissionis declaratoria fuerit: vel non de culpa, nec supplicij æterni, sed de temporalis dumtaxat pœnæ condonatione intelligenda sunt: hæc enim pœna, divini amoris flamma, quæ Redemptoris præsentia, et sermone certocertius in corde femine valde exarsit, remitti penitus, aut majore ex parte potuit. Si autem verè, ac in se agra, et immunda ad pedes dominicos venit, hoc est, si peccato infecta domum illam introivit sine ulla charitate, nec charitatis dilectione, sed timore, concupiscentia, aliisque dispositionibus prævijs, quæ in alijs peccatoribus reperiuntur, ornata accessit, et ibi præstantissimam dilectionem, qua etiam justificata est, elicit. Et in hoc magis propendet Augustinus, nedum, quia eam absolute dicit agram, et immundam, sed etiam quoniam hæc adjicit: (12) „Secura ergo qualibet anima à multa nequitia per dominicam gratiam liberanda, tanquam immunda prostitutione munda danda in Ecclesia, credat, accedat ad pedes Domini, quat vestigia Domini, contiteatur lachrymas fundens, tergat capillis suis. Pedes Domini, Prædicatores Evangelij. Capilli mulieris, superflua possessiones. Tergat capillis, tergat prorsus, operetur misericordiam; et cum terserit, osculetur; accipiat pacem, ut habeat charitatem.“ Nullum hic inter prævias ad pacem, seu justificationem dispositiones, quas recenset, amorem charitatis reperio, imo satis innuit, olim mulierem illam cum peccati nequitia, sine pace, seu culparum suarum remissione, et sine charitate ad pedes Domini accessisse, eodemque prorsus modo penitentem nunc quamvis animam confugere. Vide cap. XII. n. 12. et 13.

14. Obj. 6. De catechumenis hæc ait: (13) „Quantumcumque enim catechumenus proficiat, adhuc sarcinam iniquitatis suæ portat; non illi dimittitur, nisi cum venerit ad Baptismum.“ Itaque licet Deum ante Sacramenti susceptionem quis diligat, peccatorum non obtinet remissionem.

15. R. Sic ante verba laudata S. Antistitem asseri: „Quare oportebat, ut Dominus à Joanne baptizaretur? Quia multi contempturi erant Baptismum, eo quod jam majore gratia præditi viderentur, quam viderant alios fideles. Verbi gratia, jam continenter vivens catechumenus contemneret conjugatum, et diceret, se meliorem esse, quam sit fidelis. Ille catechumenus posset dicere in corde suo: quid mihi opus est, Baptismum accipere, ut hoc habeam, quod et iste, quo jam melior sum? Ne ergo cervix ista præcipitaret quosdam de meritis justitiæ suæ plurimum elatos, baptizari voluit Dominus à servo, tanquam alloquens filios capitales: quid vos extollitis? Quid erigitis? Quia habetis ille prudentiam, ille doctrinam, ille castitatem, ille fortitudinem patientiæ? Numquid tantum habete potestis, quantum ego, qui deus di? Et tamen ego baptizatus sum à servo, vos dedignamini à Domino.“ Igitur catechumenus memoratis, aut similibus ornatus virtutibus, quantumcumque in eis videatur proficere, si earum causa vel erigitur, vel negligit Baptismum, ante eum non efficitur justus, et quia negligentia isthæc, ac erectio sunt indispositio ad justificationem, et quoniam virtutes illæ, etsi hujusmodi absit indispositio, gratiam non conferunt. Quidam volunt, quod S. Doctor loquatur de profectu catechumeni in caritate: sed hujus ibi non meminit, et insuper si de ea loquatur, verba illa: „quantumcumque catechumenus proficiat:“ significant, quod quamvis multum proficiat in caritate, acque ideo licet habeat charitatem perfectam, adhuc sarcinam suæ iniquitatis portat, adhuc culpa illi non remittitur: ac charitas perfecta sine remissione peccatorum admitti nequit, quia Bajus illam admittens damnatus est, ut dicam cap. XXVIII. n. 12. Concedi nihilominus valet, catechumenum, qui in caritate profecit, et justus factus est, adhuc portare sarcinam suæ iniquitatis, et hanc illi remitti in Baptismo, non quantum ad maculam, et reatum pœnæ æternæ, sed quantum ad reatum pœnæ temporalis, quia ut inquit Canus in tertia parte suæ Reledionis de Penitentia: „Pœnarum remissio solet dici remissio peccatorum, ut patet in indulgentiis, quæ passim hoc nomine

(12) Laudato serm. n. 15.

(13) Traët. 13. in Joan. n. 7.

conceduntur.“ Sed obijciunt quoque Adversarii hæc verba, quæ addit S. Augustinus: „Quomodo non caruit populus Israel populo Aegyptiorum, nisi cum venisset ad mare rubrum; sic pressura peccatorum nemo caret, nisi cum ad fontem Baptismi pervenit.“ Hæc tamen verba (quæ de remissione pœnæ temporalis intelligi etiam possunt) ita explanaverim, quod peccatorum pressura nemo caret, nisi cum ad fontem Baptismi pervenerit, aut voto: nam votum suscipiendi Baptismum, seu opera charitatis, et contritionis, in quæ votum illud includitur, catechumenum vere justificant; secus namque actum foret de Baptismo flaminis, quod vel Augustinus ipse cognovit, dum homines ante Baptismum, et absque eo justificari interdum posse, cum B. Cypriano factetur dicens: (14) „Baptismi sane vicem aliquando implere passionem, de latrocinio, ne illo, cui non baptizato dictum est: Hodie mecum eris in paradiso, non leve documentum idem B. Cyprianus assumit, quod etiam atque etiam considerans invenio, non tantum passionem pro nomine Christi id, quod ex Baptismo decrat, posse supplere, sed etiam fidem, conversionemque cordis, si forte ad celebrandum mysterium Baptismi in angustiis temporum succurri non potest.“ Quod et Centurionis exemplo clarior ostendens inquit: (15) „Cornelius etiam dono Spiritus Sancti, priusquam baptizaretur, ditatus est.“ Sicut ergo in Abraham præcessit fidei justitia, et accessit circumcisio signaculum justitiæ fidei, ita in Cornelio præcessit sanctificatio spiritualis in dono Spiritus Sancti, et accessit Sacramentum regenerationis in lavacro Baptismi.“ At dum fide Baptismum suppleri posse, ait, fidem vivam intelligit, quæ jam cum gratia, et charitate est.

16. Sedenim oppones: de se ipso adhuc catechumeno inquit: (16) „Flebam amarissima contritione cordis mei.“ Et iterum: (17) „Sagittaveras tu cor nostrum charitate tua:“ et nihilominus à peccatorum vinculis absolutum se nullatenus credebat, subdit enim: (18) „Ea fides me securum esse non sinebat de præteritis peccatis meis, quæ mihi per Baptismum tuum remissa nondum erant.“ Igitur charitas, et contritio hostiliter adeo cum culpa non dimissa minime certant, ut cum ea aliquando esse nequeant.

17. R. probabile admodum esse, Augustinum ante Baptismum justitiam obtinuisse; id ille indignatur, dum seipsum charitate, et contritione saucium confitetur; in his enim flaminis Baptismus, qui alios justificat, constituitur: unde si vera contritio, et charitas vera in eo fuere, à peccato ipsum liberarent: æqui enim fieri posset, ut Cornelius istiusmodi donis spiritalem haberet sanctificationem, secus verò Augustinus? Num Baptismus flaminis, qui alios justos efficit, Augustinum justificare nequivit? Eius contritio non tepida quidem, aut remissa, sed intensa, et fervida, quoniam amarissima fuit; ac propterea charitas, qua contritio nascitur, intensa quoque, ac perfecta extitit: contritio autem, et charitas dum perfecta, ac intense sunt, Adversantium ipsorum judicio, homines extra Sacramentum justos faciunt. Ecclesia ipsa ante lustrales aquas justificationis indicat Augustinum, sic enim ejus vivendi rationem exprimit, quam habuit, dum ad eas parabatur: (19) „Abjecta omni rerum humanarum cura, non modo Baptismum suscipere, sed etiam Deo addictius servire constituit. Igitur abdicato docendi munere, una cum Matre, quæ ex Africa ad eum venerat, atque amicis suis concedens, sacris precibus, et jejunijs vacans, monasticæ vitæ, quam post amplexus est, rudimentum ponere visus est.“ Hic vitæ ordo eum non jam victiorum volutabro hære, sed ab illis Dei gratia elutum, meo judicio, prædunt. Sed licet justificatus ante Baptismum fuerit, securus tamen catechumenus non erat, quoniam caractere baptismali, quo Christi militiæ adscriberetur, ejus Ecclesiam intraret, et suscipiendis Sacramentis alijs idoneus fieret, carebat; et etiam quia ad lavacrum regenerationis accedendi votum, quod in Baptismo flaminis includitur, non implebat; quemadmodum is, qui ante Penitentiam justificatur, ni Penitentiam ipsam recipiat, securus esse non debet. Et insu-

(14) l. 4. de Bapt. contra Donatistas c. 22. n. 27.

(15) l. 8. Conf. c. 12. n. 27.

(16) ibi c. 4. n. 12.

(17) ibi c. 24. n. 11.

(18) ibi l. 9. c. 2. n. 1.

(19) in Officio Conversionis illius,

per licet Baptismum fluminis verè justificet, ipsum tamen in se habere, certè non sciebat; et idcirco securus non fuit, quoadusque suscepit fluminis Baptismum. Peccata autem in sacris lymphis, si ante eas justificatus est, eidem remissa sunt; non quidem quoad maculam, et poenam eternam, sed quoad temporalis reatum duntaxat: id enim in alijs, qui ante Sacramentum Baptismi justificantur, fit ut plurimum. Quod si doctrinæ hucusque traditæ relucens, tantum Doctorem culpæ suarum cæco conspurcanti usque ad lavacrum Baptismi habere velis, esto, amplius non contendam: dixerim tamen, amarissimam contritionem illam, quæ factum edere adigebatur, si in peccato adhuc erat, attritionem fuisse; hæc namque contritio etiam nuncupatur, et amara valde esse valet in peccatoribus, dicit enim amaritudinem animæ, juxta Tridentinum. (20) Ac similiter charitas, quæ cor illius tunc sagittavit, nullatenus ea fuit, quæ vim nobis ad Deum super omnia amandum confert, sed vel dilectio generalis, quam erga creaturas omnes habet Deus ipse, vel charitas ejus quantum ad sufficientiam, de quibus egi capite XVIII. Hujusmodi verò charitas nonnulla auxilia ex his, quæ sufficientia vocantur, Augustino potuit elargiri, ut cor ejus emolliret, et ad conversionem, justificationemque excitaret; sicuti Dei ipsius voluntas, quam Theologi antecedentem dicunt, parva subsidia peccatoribus præstat, secundum Thomistas: et hæc auxilia, al si vis, sagittas fuisse, quis divina charitas Augustinum sauciavit ante Baptismum.

18. Obj. 7. torti latronis exemplum proponit, qui sociorum amore inter cruciatus, inter tormenta, effossis lateribus, et pene perditis membris, eos nec proderet, nec nominare dignatur; et addit: (21) „Si ergo ille non potuit tanta perferre sine amore, nec tu poteris communicare Christi passionibus sine amore. Sed quero, quo amore? Non sit cupiditas, sed sit charitas.“ Unde nec nos, Christi passionibus communicare valebimus in Sacramento sine amore, qui sit charitas, non cupiditas.

19. R. quod sicut latronis in cruciamentis perferendis fortitudo à nec corpore socios liberat, sic passio Christi nos eripit à morte animæ: hujusmodi verò ereptio, quæ eximiam erga nos Domini charitatem ostendit, sine amore nostro non fit; consistit enim in culpæ nostrarum remissione, et huic nedum noster amor, sed etiam charitatis virtus, et gratia ipsa sanctificans intersunt concomitantur. De amore isto perfectio revera, ac justificante, secus autem de initiali, imperfecto, et criminum socio intelligendus est Augustinus: effabatur enim præprimis de charitate, quæ Martyres facit, inquit: „Si enim in te fuerit charitas Dei, communicabis Christi passionibus, et verus eris Martyr: Martyris autem charitas perfecta est proculdubio, quia: (22) „Majorum hac dilectionem nemo habet, ut animam suam ponat quis pro amicis suis.“ Loquebatur itidem de charitate, quæ à Spiritu Sancto inhabitante est, dicens: „Unde tibi charitas, nisi quia diffusa est in cordibus nostris per Spiritum Sanctum qui datus est nobis? Et charitas isthæc cum scelere nunquam, cum gratia semper est. Quapropter si objecta verba de initiali amore, pro quo astruendo producuntur, intelligenda sunt, amor initialis cum gratia similiter, et sine peccato semper erit. Præterea dum cupiditatem respicere videtur verbis illis: „non sit cupiditas, sed sit charitas, non de casta concupiscentia, sed de noxia loquitur cupiditate; illa enim, salva fide, rejici non valet propter dicta capite II. Quin potius etsi de priori loqueretur, ipsum neutiquam illum rejiceret, sed charitatem uti meliorem nobis consulere affirmarem: sicuti et ego, quin attritionem improbam, nec charitatem remissam, possum tibi dicere: „dum de peccatis doles, dolor tuus non sit attritio, sed contritio; nec doleas propter poenas inferni, quas meruisti, sed propter summam Dei bonitatem, cui maxime injuriam peccando intulisti: dum Deum amas, amor tuus non sit concupiscentia, sed charitatis; non sit imperfectus, sed perfectissimus; charitas tua non sit remissa, sed admodum intensa.“ Hæc dicens, nil profecto reprobarem, sed præstantius quid, atque utilius tibi proponerem.

20. Obj. 8. „Mandatum, ait, (23) si fit timore poenæ, non amore justitiæ, serviliter

fit, non liberaliter, et ideo nec fit. Non enim fructus est bonus, qui de charitatis radice non surgit. Porro autem si adsit fides, quæ per dilectionem operatur, incipit condelectari legi Dei secundum interiore hominem.“ Mandatum itaque Penitentiae Sacramentum suscipiendi, si timore poenæ, et non amore justitiæ fiat, non fit; ac proinde nisi fides, quæ per dilectionem operatur, seu dilectio ipsa accedat, ejus susceptio aut nulla est, aut inutilis.

21. R. in receptione Penitentiae nedum poenæ timorem, sed et amorem justitiæ intervenire, primum scilicet antecedenter, concomitanter, alterum: et hoc satis est, ut mandatum supradictum impleatur, et impletio ipsa utilis sit, atque fructuosa. Enimvero si allatum testimonium necessitatem evincit dilectionis præviæ, hæc necessaria erit ad præceptum fidei, et spei custodiendum; imo nullum præceptum absque dilectione fiet: id tamen propinquum satis est huic damnato Baji asserto: 16. „non est vera legis obedientia, quæ fit sine charitate.“ et isti Quesnelli: 47. „Obedientia legis proficere debet ex fonte, et hic fons est charitas.“ Lex itaque, et mandatum adimpleri valent sine charitate: et ideo cum Augustinus asserit, mandato satis non fieri poenæ timore, et sine amore justitiæ, vel de custodia meritoria mandati, vel de jussis his eum loqui crediderim, quæ justos homines concernunt: quandoquidem præcepta nonnulla reperiuntur, quorum observatio gratiam in nobis exigit, et charitatem, uti sunt celebrandi Sacrum, suscipiendi Eucharistiam, hæc et alia Sacramenta conferendi, merendi gloriam, perseverandi finaliter, quæ idcirco aut nullatenus, aut inutiliter sine charitate, et gratia custodiuntur: sed dum congrue servantur, dona isthæc animæ insunt, proptereaque fides jamjam per dilectionem operatur. Hujusmodi esse etiam reor mandata dilectionis, et contritionis. Aliæ insuper leges extant, quæ absque gratia, et charitate custodiuntur, ut verbi causa, quæ credere, sperare, ac Deum colere jubent: idque deduci valet ex altarum Quesnelli thesauri proscriptione, videlicet 51. „Fides justificat, quando operatur; sed ipsa non operatur nisi per charitatem.“ 52. „Omnia alia salutis media continentur in fide tanquam in suo germine, et semine; sed hæc fides non est absque amore, et fiducia. 57. Totum deest peccatori, quando ei deest spes; et non spes in Deo, ubi non est amor Dei. 58. Nec Deus est, nec religio, ubi non est charitas.“ Fides ergo sine amore existit, sine charitate agit: idemque de spe, ac religione asserendum, quia consistunt sine charitate, sicut fides ipsa: et cum tres istæ virtutes sine charitate operantur, peccator leges custodit credendi, sperandi, ac Deum colendi, quin fides adhuc per dilectionem operetur. Imo fides ita operans haud in peccatoribus, sed in justis duntaxat reperitur, est enim à Spiritu Sancto inhabitante, sicut dixi n. 5. cum Sancto Doctore. Hoc tamen ultra ex eo ostendendum existimo, idcircoquod Initialistæ fidem illam impijs ante justificationem injungunt. Ait itaque: (24) „Hæc est fides, quæ per dilectionem operatur, non per timorem; non formidando poenam, sed amando justitiam. Unde ergo ista dilectio, id est charitas, per quam fides operatur, nisi unde illam fides ipsa impetravit? Neque enim esset in nobis, quantacumque sit in nobis, nisi diffunderetur in cordibus nostris per Spiritum Sanctum, qui datus est nobis.“ Ubi et perfectam, et imperfectam amplectitur dilectionem, ut verba illa indicant: „quantacumque sit.“ Et addit: (25) „Jam gratia est, quam fides impetrat, ut possint esse hominis opera bona, quæ operatur fides per dilectionem, quæ diffunditur in corde per Spiritum Sanctum, qui datus est nobis.“ Ait quoque: (26) „Fides ergo, quæ per dilectionem operatur, si est in vobis, jam pertinetis ad prædestinatos, vocatos, justificados: ergo crescat in vobis... Demones non habent fidem, quæ per dilectionem operatur; sed soli servi Dei, soli sancti Dei, soli fide filij Abrahæ, soli filij dilectionis, filij promissionis.“ Vide etiam cap. XVII. n. 13. Quocirca merito inquit D. Thomas: (27) „Augustinus nominat fidem per dilectionem operantem gratiam, quia actus fidei per dilectionem operantis est primus actus, in quo

Z §

(20) Ibi c. 1. n. 22.

(21) Ibi c. 51. n. 57.

(22) Serm. 158. al. 16. de verbis

Apost. c. 7. et Serm. 168. al. 17. ex 50. Homiliis. c. 2.

(27) 1. 2. q. 110. a. 3. ad 1.

(20) vide hic c. 1. n. 22.
(22) Joan. 15. 13.(21) Serm. 169. al. 15. de verbis Apost. c. 11. et 12.
(23) lib. de Spiritu, et littera c. 14. n. 26.

gratia gratum faciens manifestatur." Fides igitur dilectione operans, si ad impiorum justificationem praeve requiritur, dilectio icidem a gratia gratum faciente, et Spiritu Sancto inhabitante progrediens, desiderabitur: imò impii ipsi dona haec habere, ob idque justè esse poterunt ante justificationem, quod valde multum rationi esse dissentaneum. Amor ipse initialis a gratia esse debet, et Spiritu Sancto inhabitante, quia dum adest, jam fides operatur per dilectionem, nempe per initialem ipsum amorem. Denique Augustinus ait fructum, qui de radice charitatis non surgit, bonum non esse, de bonitate loquitur meritoria, haud de morali; nam ante charitatem plura a peccatore fieri possunt opera, quae etsi merito careant, sunt moraliter bona, ut actus fidei, spei, religionis, et alii, de quibus egi capite IX.

22. Ne tamen, si cuncta Beatissimi Pontificis loca, quae Initialistae laudant, et multa nimis sunt, hic exhibeam, gravatè feras, de selectioribus quibusdam solummodo loquar, quae Berti opponit, et ita compendificat. (28) „Principio S. Pater docet, sine charitatis officio, de quo legitur, Diliges Dominum Deum tuum, &c. nil prodesse, inter quantacumque tormenta confiteri Christi nomen: ita Conc. 21. in psalm. 118. n. 8. ac tract. 6. in Joann. n. 23. ut mittam sermonem 53. de tempore a nostris laudatum, rejectum tamen in Apendicem n. 108. Docet praeterea, ad charitatem referri omne praecipitum: quod non refertur ad charitatem, nondum fieri, quemadmodum fieri oportet, quamvis fieri videatur; sola dilectione, et charitate filios Dei discerni a filiis Diaboli: ante charitatem, qua eligat, et diligat Deum, hominem impium esse, nec veraci corde saeculo renuntiare; ita capite ultimo Ench. 32. Tract. 5. in Joann. Epist. n. 7. De patientia cap. 17. n. 14. atque Epist. 89. nunc 157. ad Hilarium n. 34. Docet denique, neminem posse absque charitate cum timore, et tremore salutem propriam operari: neminem nisi Dei, et proximi amator sit, de sinistra ad dexteram posse transferri, atque unumquemque ex servo peccati fieri servum justitiae, si liberally serviat, id est, charitate potius, quam timore; ita citato libro de patientia c. 25. n. 22. lib. 15. de Trinitate c. 18. n. 32." Haecenus ille.

23. Sed miror valde, virum doctissimum haec, et similia testimonia Attritionarii objicere potuisse; nam charitas, quae in eis exigitur, haud initialis, id est, imperfecta, cum peccato inibilis, et in peccato hominem relinquens, de qua in praesens disceptatur, sed perfecta potius, cum scelere insociabilis, et ab eo nos omnino mundans est. Officium in primis charitatis, quo Christi nomen confiteri inter tormenta, prodest Martyri, amor est perfectissimus, quia „majorem hac dilectionem nemo habet, ut animam suam ponat quis pro amicis suis." Deinde charitas, ad quam praecipitum ceu ad proprium finem referuntur, perfecta icidem, et criminis est inimica, „quoniam finis praecipit est charitas de corde puro, et conscientia bona, et fide non ficta." Charitas similiter, quae res, ut oportet, hoc est cum merito vitae aeternae sunt, meritoria est, proptereaque perfecta, et gratiae socia. Dilectio insuper, et charitas, quibus filij Dei a filiis Diaboli discernuntur, nos Dei filios, ac justos efficiunt, et ideo nequeunt perfecta non esse. Peccatores non Dei certè, sed Diaboli potius filij sunt, quia: (29) „Qui facit peccatum, et Diabolo est... Qui non est justus, non est Deus." Unde ut Diaboli destruat filiarum, eique filiarum Dei subrogetur, gratia culpam diruens opus est, aut charitas gratia habens societatem: (30) „Hoc quod charitas sola, inquit D. Thomas, distinguit inter filios perditionis, et regni, convenit ei, in quantum non potest esse informis, sicut aliae virtutes: unde per hoc non excluditur gratia, quae ipsa charitas formatur." Verum distinctio hujusmodi, quae charitatis gratia formata propria est, ab argentea tribuitur amor initiali, qui utpote praevia ad gratiam dispositio, informis esset: ceterum ob hanc ipsam rationem is, qui Deum initialiter amaret, adhuc peccato succumberet, et ideo non Dei, sed Diaboli filius esset, ac servus: quomodo itaque initialis amor filios Dei discerneret a filiis Diaboli? Praeterea charitas, ante quam homo impius erat, perfecta quae, ac impietatem ipsam auferens dici debet: et haec eadem charitas nos facit veraci-

(28) Lib. 14. c. 1. prop. 1.

(29) 1. Joann. 3. 8. 10.

(30) Quest. 47. de veritate a. 2. ad 6.

gorde saeculo renuntiare, quia habituale crimen extinguit, quo saeculo ipsi addictum, sed ad creaturam conversum erat cor nostrum. Charitas insuper, quae salutem operamur, perfecta pariter, imò habitualis est; sine hac enim nemo unus salutem suam operatur, nemo nanciscitur; quin potius ij, qui ea carent, mortui sunt spiritualiter omnes. Denique charitas, quae homo de sinistra ad dexteram transfertur, et ex servo peccati fit justitiae servus, perfecta item, concomitans, et justificans est; quoniam ante justificationem in sinistra, et sub peccato, seu peccati servi sumus.

24. Haec, ut arbitror, satis superque erant, ut objecta solverentur; ast quo patèscat amplius, haud de initiali, et imperfecta, sed de perfecta charitate, ac dilectione S. Doctorem elocutum esse, verba ipsius nonnulla ex locis his, quae Berti laudat, et non producit, in medium proferam. In primo loco haec habet; (31) „Quid enim profuisset, quacumque morte imminente, et inter quantacumque tormenta illa martyria confiteri, si charitas in confitente non esset? Audiamus Apostolum: et si tradidero, inquit, corpus meum, ut ardeam, charitatem autem non habeam, nihil mihi prodest. Charitas autem Dei diffusa est in cordibus nostris, per Spiritum Sanctum, qui datus est nobis." Charitas Martyris, et quae diffunditur in cordibus nostris per Spiritum Sanctum, de qua agit cum Apostolo, perfecta est proculdubio, ut saepius dictum est. Deinde Apostolus in verbis prioribus de illa charitate pertrahat, quae sine gratia esse nequit: in posterioribus verò de ea, quae est a Spiritu Sancto in nobis per gratiam inhabitante, ut dixi capite XIII. n. 10, et capite XVIII. n. 31. In secundo sic affatur: (32) „si tradidero, inquit, corpus meum, ut ardeam, et utique pro nomine Christi; sed quia sunt multi, qui jactanter illud faciunt, non cum charitate, ideo, si tradidero corpus meum, ut ardeam, charitatem autem non habeam, nihil mihi prodest. Charitate fecerunt Martyres illi, qui in tempore persecutionis passi sunt; charitate fecerunt: isti autem de timore, et de superbia faciunt; nam cum persecutor desit, seipsos praecipitant." Verba haec Apostoli de charitate perfecta, quae cum gratia est, intelliguntur, ut modò dicebam. Insuper hic agit de Martyribus Christi, ac de Donatistis furiosis, seu circumcellionibus, qui se ipsos praecipitabant: in his nulla charitas vera, sed jactantia, et superbia inveniebantur: in illis perfecta charitas fuit. Ubi ergo charitas inchoata? Ubi initialis amor? In tercio Auctor Sermonis, quisquis ille sit, de charitate disserit, quae meritoria est, et in patria, evacuatis fide, ac spe, sola remanebit. Loquitur etiam de amore perfecto, qui ut eleemosina, saeculi contemptus, ac martyrium ipsum cuiquam prosint, desideratur. Haec verò omnia haud initiali, sed perfecta congruunt charitati. Sed ipsum audit: (33) „Haec (charitas) omnium ars est virtutum; haec promissio regni; haec primum summum est Sanctorum in caelo, quia in perenni gaudio nihil gratius, nihil dulcius habent Sancti perfecto amore Dei... In omnibus praecipitum Dei charitas obtinet principatum, sine cujus perfectione Deo nihil placere posse, Paulus Apostolus testatur, quia nec martyrium, nec saeculi contemptum, nec eleemosynarum largitionem sine charitatis officio quidquam proficere posse, ostendit." Apostolus de perfecta affatur charitate; et charitatis officium, quod ut opera illa, ac praecipue martyrium prosint, desideratur, amor perfectus est. In quarto ita loquitur: (34) „Omnia igitur praecipitum divina referuntur ad charitatem, de qua dicit Apostolus, finis autem praecipitum est charitas de corde puro, et conscientia bona, et fide non ficta: Omnis itaque praecipitum finis est charitas, id est, ad charitatem referuntur omne praecipitum. Quod verò ita fit vel timore poenae, vel aliqua intentione carnali, ut non referatur ad illam charitatem, quam diffundit Spiritus Sanctus in cordibus nostris, nondum fit, quemadmodum fieri oportet, quamvis fieri videatur." Charitas de corde puro, de conscientia bona, et per Spiritum Sanctum in nobis diffusa, non initialis, sed perfecta est. Sine illa nihil fit, ut oportet, hoc est meritorie. In quinto de ea charitate sermonem habet, quae nobis filiationem Dei, meritum vitae aeternae, totius legis custodiam, ac Deum inhabitantem affert; de ea denique, quae ipsa sola sufficit. Haec autem initiali amori, utpote peccati socio, minimè conveniunt; con-

(31) Serm. 21. in psalm. 118. n. 8.

(32) In Ap. Serm. 108. n. 3. 4.

(33) Tract. 6. in Joann. n. 23.

(34) Ench. c. 122.

gruunt verò optimè amorì perfectò, qui gratiæ semper habet societatem. (35) „Non discernuntur, ait, filij Dei à filijs Diaboli nisi charitate. Qui habent charitatem, nati sunt ex Deo: qui non habent, non sunt nati ex Deo. Magnum iudicium, magna discretio. Quidquid vis habe: hoc solum non habeas, nihil tibi prodest: alia si non habeas, hoc habe, et implesti legem. Qui enim diligit alterum, legem implevit, ait Apostolus: et plenitudo legis charitas... Hæc est margarita pretiosa, charitas, sine qua nihil tibi prodest, quodcumque habueris; quam si solum habeas, sufficit tibi... Si fratrem quem vides, dilexeris, simul videbis et Deum, quia videbis ipsam charitatem, et intras inhabitat Deus.“ In sexto de eadem charitate perfecta tractat, et ideo familiarè admodum sibi de charitate disceptanti Apostoli testimonium laudat dicens: (36) „Charitas autem Dei diffusa est in cordibus nostris, non utique ex nobis, sed per Spiritum Sanctum, qui datus est nobis.“ In septimo declarat, quod discipulus Christi (37) „Renuntiat divitijs suis, si quas habet; aut sic, ut eas omnino non diligens, totas distribuatur indigentibus, et superfluis exoneretur sarcinis; aut sic, ut plus diligens Christus tui, spem ab eis transferat in ipsum, atque ita utatur illis, ut facile tribuens, et communicans, thesaurizat in celo; paratusque sit, quemadmodum parentes, et filios, et fratres, et uxorem, hoc modo et istas relinquere, si talis conditio proposita fuerit, ut nisi dimisso Christo, eas habere non possit.“ Qui ita diligit Christum, et pro eo bona sua relinquere paratus est, non initialiter, sed perfectè eum amat, cum et ipse perfectus jam dici valeat iuxta illud: (38) „Si vis perfectus esse, vade, vende quæ habes, et da pauperibus.“ Nec sufficientiam attritionis evertunt hæc verba, quæ addita veniente tentatione, magis ista amittere, quam Christum negare: „hoc namque non de bono, sed de malo, et mundano timore asserit. In octavo agit de voluntate bona, Deo fideliter subdita, et sanctitate superni ardoris accensa, quæ mala patienter suffert, et Deum amat, sicut amavit S. Petrus, dum dixit: „Domine, tu scis, quia amo te.“ Hic autem amor perfectus utique fuit. Et ut innuat, se de hoc perfectò amore loqui, subdit: (39) „Quicumque amara, et aspera sufferat, charitas Dei est, quæ omnia tolerat, quæ non diffunditur in cordibus nostris, nisi per Spiritum Sanctum, qui datus est nobis.“ In nono affatur similiter de charitate, sine qua nihil prodest, et quæ per Spiritum Sanctum diffusa, totam Trinitatem habitare in nobis facit. Unde inquit: (40) „Dilectio igitur, quæ ex Deo est, et Deus est, propriè Spiritus Sanctus est, per quem diffunditur in cordibus nostris Dei charitas, per quam nos tota inhabitat Trinitas.“

25. Itaque Augustinus in locis ipsis, quæ citantur, de perfectà charitate, ac dilectione compertissimè disceptat, secus vero de initiali, quam ibi saltem non meminit; et ideo loca illa, ut mea minima fert opinio, dum prævia ad Sacramentum Pœnitentiæ dispositio inquiratur, laudari minime debuerant: vel asserendum, pœnitentes, dum prævia ad illud suscipiendum comparantur, perfectè Deum amare, constrictos esse, quod nemo hodie affirmat. Si opera S. Doctoris evolvas, reperies, quod raro loquitur de charitate, aut dilectione, (nam „unius rei est verumque nomen“ (41) ut ipse ait) quin aliquod ex supra allatis S. Pauli, in quibus de charitate perfecta, et justificante sermo est, testimonium producat: et insuper vult, perpetua memoria retineri, quod charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum Sanctum, qui datus est nobis: exinde vero quis non deduxerit, ipsum aliam charitatem non agnovisse, nisi sanctificantem, et perfectam? Quinimo etsi B. Pauli loca illa non adducat, dum de charitate absolute agit, de perfecta, et remissionem peccatorum operante censendum est, verba facere, quia ut ait ipsemet Berti: (42) „Charitatis nomine, spectata communi, et obvia significatione, intelligitur apud Theologos Spiritus Sanctus inhabitans, amicitia, et societas Dei, atque donum illud præstantissimum, quo reddimur filij Dei,

(15) tr. 5. in Epist. Joan. n. 7.

(17) Epist. 157. ad Hilarium n. 34.

(18) de patientia cap. 15. n. 22.

(41) Ibidem.

(36) de patientia c. 17. n. 14.

(38) Math. 10. 21.

(40) de Trinitate lib. 15. c. 18. n. 52.

(42) Tom. 5. diss. 1. c. 1. §. 3. n. 2.

„ac templum Spiritus Sancti, et cujus infusione fit peccatorum remissio.“ „Et hinc infert, charitatem, de qua Bajus in damnata thesi 38. „esse Spiritum Sanctum inhabitantem, amicitiam, et societatem Dei, et donum gratiæ sanctificantis, per quam constitimur Dei filii, membra Christi, ac templum Spiritus ejus, et qua fit peccatorum remissio.“ Verum inde ipse quoque colligam æquo jure, quod charitas in testimonio, quæ ex D. Augustino, B. Thoma, aliisque Patribus, et Doctoribus, quin etiam ex Divina Scriptura depromunt, et in Attritionarios urgent Initialista, significat donum Spiritus Sancti inhabitantis, amicitiam, et societatem Dei, necnon virtutem sanctificantis gratiæ consortium habentem, per quam constitimur filij Dei, membra Christi, ac templum Spiritus ejus, et qua fit peccatorum remissio. Vade conficiam pariter, documenta pene innumera, quæ ex his fontibus derivant, et laudent Initialista, quod de charitate absolute agant, ad præsentem controversiam non spectare; ideoque prætermitti omnino debuerant, et ea unice afferri, in quibus de charitate tractatur, quæ prævia sit ad gratiam dispositio, et in peccatoris corde ante culpam remissionem inventiatur; de hac enim solummodo lis est. Initialista: si ad id genus, ut æquum erat, adigerentur angustias, aut silerent prorsus, ut reor, aut paucissima auctoritati lunica proferrent argumenta: sed arctis adeo cancellis reuunt summo opere circumscribi; et ideo illis spiritus, auctoritates aggerant sine numero, et sine delectu; ipsæ enim ut plurimum charitatem commendant, charitatem exigunt, charitatem præcipiunt, et idcirco e re præsentem non sunt; siquidem Attritionista, qui mecum sit, æque fatebitur, charitatem virtutum præstantissimam, et ad salutem esse necessariam, ac concomitantem, non antecedentem.

26. Et superaddere juvat, quod ex Berti sententia, quam cap. IX. n. 50. retuli charitas apud Augustinum significat interdum, haud dilectionem Dei summe boni propter se, quæ charitas peculiari ratione nuncupatur, sed bonam voluntatem, cupiditatem boni, aut gratiam prævenientem. Justitiæ item amor, qui in eodem S. Doctore sepe occurrit, ad charitatem non semper attinet; nam homo timens, et attritus, de quo discessit, etsi charitatis nudus, justitiam, seu justificationem vere amat; ipsius namque independenti cupiditate motus ad Sacramentum accedit. Unde in eadem sententia fatetur Berti ipse, timorem procedere ab amore justitiæ, qui non est amor charitatis: et istiusmodi Berti doctrina solvi alia possunt, quæ Initialista ex Augustino confingunt argumenta. Deservire ad id quoque valent verba hæc S. Præsulis, quæ reperiuntur in Sermone primo de charitate: (43) „Charitas alia est divina, alia humana; alia est humana licita, alia illicita... Prius ergo loquor de humana licita, quæ non reprehenditur; deinde de humana illicita, quæ damnatur; tertio de divina, quæ nos perducit ad regnum.“ Charitate humana licita amantur pater, mater, conjux, filius, frater, ac necessarij ceteri, dum eorum amor naturalis est, et innoxius: (44) „Omnia enim, addit, ista nomina habent necessitudinis vinculum, et gluten quadammodo charitatis.“ Charitate illicita pallace, mercha, et interditiæ res aliæ deamari solent. Charitate divina, seu supernaturali Deus diligitur propter se, et proximus propter Deum. De humana licita ait: (45) „Sed videtis, istam charitatem esse posse et impiorum, id est, paganorum, judæorum, hæreticorum, Quis enim eorum non amat uxorem, filios, fratres, vicinos, affines, amicos, &c. Hæc ergo humana est.“ Hanc et impiis concedens, divinam eis denegare videtur, quam tamen Initialista eisdem etiam attribuit.

27. In prælaudato Sermone probat S. Doctor, charitatem humanam illicitam, quæ peccatum est, cum divina non consideret: et conficere exinde est, quod divina minime consistat ubi peccatum adest. Verum probationem ipsam quamquam sublongam hic transcribere, operæ pretium erit. (46) „Etiam promissa impunitate, tollit quisque membra Christi, et facit jam membra meretricis? Non facit, si est ibi tertia divina dilectio. „Etenim tres dilectiones commemoravi: de tribus me, quod Dominus daret, dictum, esse promisi: de licita humana, de illicita humana, de illa excellenti, atque divina,

(43) Serm. 149. al. 52. de temp. n. 2.

(45) Ibidem.

(44) Ibi n. 2.

(46) Ibi n. 4.

gruunt verò optimè amoris perfectò, qui gratiæ semper habet societatem. (35) „Non discernuntur, ait, filij Dei à filijs Diaboli nisi charitate. Qui habent charitatem, nati sunt ex Deo: qui non habent, non sunt nati ex Deo. Magnum iudicium, magna discretio. Quidquid vis habe: hoc solum non habeas, nihil tibi prodest: alia si non habeas, hoc habe, et implesti legem. Qui enim diligit alterum, legem implevit, ait Apostolus: et plenitudo legis charitas... Hæc est margarita pretiosa, charitas, sine qua nihil tibi prodest, quodcumque habueris; quam si solum habeas, sufficit tibi... Si fratrem quem vides, dilexeris, simul videbis et Deum, quia videbis ipsam charitatem, et intras inhabitat Deus.“ In sexto de eadem charitate perfecta tractat, et ideo familiarè admodum sibi de charitate disceptanti Apostoli testimonium laudat dicens: (36) „Charitas autem Dei diffusa est in cordibus nostris, non utique ex nobis, sed per Spiritum Sanctum, qui datus est nobis.“ In septimo declarat, quod discipulus Christi (37) „Renuntiat divitijs suis, si quas habet; aut sic, ut eas omnino non diligens, totas distribuat indigentibus, et superfluis exoneretur sarcinis; aut sic, ut plus diligens Christus tui, spem ab eis transferat in ipsum, atque ita utatur illis, ut facile tribuens, et communicans, thesaurizet in caelo; paratusque sit, quemadmodum parentes, et filios, et fratres, et uxorem, hoc modo et istas relinquere, si talis conditio proposita fuerit, ut nisi dimisso Christo, eas habere non possit.“ Qui ita diligit Christum, et pro eo bona sua relinquere paratus est, non initialiter, sed perfectè eum amat, cum et ipse perfectus jam dici valeat iuxta illud: (38) „Si vis perfectus esse, vade, vende quæ habes, et da pauperibus.“ Nec sufficientiam attritionis evertunt hæc verba, quæ addita veniente tentatione, magis ista amittere, quam Christum negare: „hoc namque non de bono, sed de malo, et mundano timore asserit. In octavo agit de voluntate bona, Deo fideliter subdita, et sanctitate superni ardoris accensa, quæ mala patienter suffert, et Deum amat, sicut amavit S. Petrus, dum dixit: „Domine, tu scis, quia amo te.“ Hic autem amor perfectus utique fuit. Et ut innuat, se de hoc perfectò amore loqui, subdit: (39) „Quicumque amara, et aspera sufferat, charitas Dei est, quæ omnia tolerat, quæ non diffunditur in cordibus nostris, nisi per Spiritum Sanctum, qui datus est nobis.“ In nono affatur similiter de charitate, sine qua nihil prodest, et quæ per Spiritum Sanctum diffusa, totam Trinitatem habitare in nobis facit. Unde inquit: (40) „Dilectio igitur, quæ ex Deo est, et Deus est, propriè Spiritus Sanctus est, per quem diffunditur in cordibus nostris Dei charitas, per quam nos tota inhabitat Trinitas.“

25. Itaque Augustinus in locis ipsis, quæ citantur, de perfectà charitate, ac dilectione compertissimè disceptat, secus vero de initiali, quam ibi saltem non meminit; et ideo loca illa, ut mea minima fert opinio, dum prævia ad Sacramentum Pœnitentiæ dispositio inquiratur, laudari minime debuerant: vel asserendum, pœnitentes, dum prævia ad illud suscipiendum comparantur, perfectè Deum amare, constrictos esse, quod nemo hodie affirmat. Si opera S. Doctoris evolvas, reperies, quod raro loquitur de charitate, aut dilectione, (nam „uniùs rei est utrumque nomen“ (41) ut ipse ait) quin aliquod ex supra allatis S. Pauli, in quibus de charitate perfecta, et justificante sermo est, testimonium producat: et insuper vult, perpetua memoria retineri, quod charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum Sanctum, qui datus est nobis: exinde vero quis non deduxerit, ipsum aliam charitatem non agnovisse, nisi sanctificantem, et perfectam? Quinimo etsi B. Pauli loca illa non adducat, dum de charitate absolute agit, de perfecta, et remissionem peccatorum operante censendum est, verba facere, quia ut ait ipsemet Berti: (42) „Charitatis nomine, spectata communi, et obvia significatione, intelligitur apud Theologos Spiritus Sanctus inhabitans, amicitia, et societas Dei, atque donum illud præstantissimum, quo reddimur filij Dei,

(15) tr. 5. in Epist. Joan. n. 7.

(17) Epist. 157. ad Hilarium n. 34.

(18) de patientia cap. 15. n. 22.

(41) Ibidem.

(36) de patientia c. 17. n. 14.

(38) Math. 10. 21.

(40) de Trinitate lib. 15. c. 18. n. 52.

(42) Tom. 5. diss. 1. c. 1. §. 3. n. 2.

„ac templum Spiritus Sancti, et cujus infusione fit peccatorum remissio.“ „Et hæc infert, charitatem, de qua Bajus in damnata thesi 38. „esse Spiritum Sanctum inhabitantem, amicitiam, et societatem Dei, et donum gratiæ sanctificantis, per quam constituimur Dei filii, membra Christi, ac templum Spiritus ejus, et qua fit peccatorum remissio.“ Verum inde ipse quoque colligam æquo jure, quod charitas in testimonio, quæ ex D. Augustino, B. Thoma, aliisque Patribus, et Doctoribus, quin etiam ex Divina Scriptura depromunt, et in Attritionarios urgent Initialista, significat donum Spiritus Sancti inhabitantis, amicitiam, et societatem Dei, necnon virtutem sanctificantis gratiæ consortium habentem, per quam constituimur filij Dei, membra Christi, ac templum Spiritus ejus, et qua fit peccatorum remissio. Vade conficiam pariter, documenta pene innumera, quæ ex his fontibus derivant, et laudent Initialista, quod de charitate absolute agant, ad præsentem controversiam non spectare; ideoque prætermitti omnino debuerant, et ea unice afferri, in quibus de charitate tractatur, quæ prævia sit ad gratiam dispositio, et in peccatoris corde ante culpam remissionem inventiatur; de hac enim solummodo lis est. Initialista: si ad id genus, ut æquum erat, adigerentur angustias, aut silerent prorsus, ut reor, aut paucissima auctoritati laxa proferrent argumenta: sed acris adeo cancellis reuunt summo opere circumscribi; et ideo illis spiritus, auctoritates aggerant sine numero, et sine delectu; ipsæ enim ut plurimum charitatem commendant, charitatem exigunt, charitatem præcipiunt, et idcirco e re præsentis non sunt; siquidem Attritionista, qui mecum sit, æque fatebitur, charitatem virtutum præstantissimam, et ad salutem esse necessariam, ac concomitantem, non antecedentem.

26. Et superaddere juvat, quod ex Berti sententia, quam cap. IX. n. 50. retuli charitas apud Augustinum significat interdum, haud dilectionem Dei summe boni propter se, quæ charitas peculiari ratione nuncupatur, sed bonam voluntatem, cupiditatem boni, aut gratiam prævenientem. Justitiæ item amor, qui in eodem S. Doctore sepe occurrit, ad charitatem non semper attinet; nam homo timens, et attritus, de quo discessit, etsi charitatis nudus, justitiam, seu justificationem vere amat; ipsius namque independenti cupiditate motus ad Sacramentum accedit. Unde in eadem sententia fatetur Berti ipse, timorem procedere ab amore justitiæ, qui non est amor charitatis: et istiusmodi Berti doctrina solvi alia possunt, quæ Initialista ex Augustino confingunt argumenta. Deservire ad id quoque valent verba hæc S. Præsulis, quæ reperiuntur in Sermone primo de charitate: (43) „Charitas alia est divina, alia humana; alia est humana licita, alia illicita... Prius ergo loquor de humana licita, quæ non reprehenditur; deinde de humana illicita, quæ damnatur; tertio de divina, quæ nos perducit ad regnum.“ Charitate humana licita amantur pater, mater, conjux, filius, frater, ac necessarij ceteri, dum eorum amor naturalis est, et innoxius: (44) „Omnia enim, addit, ista nomina habent necessitudinis vinculum, et gluten quadammodo charitatis.“ Charitate illicita pallace, mercha, et interdictæ res aliæ deamari solent. Charitate divina, seu supernaturali Deus diligitur propter se, et proximus propter Deum. De humana licita ait: (45) „Sed videtis, istam charitatem esse posse et impiorum, id est, paganorum, judæorum, hæreticorum, Quis enim eorum non amat uxorem, filios, fratres, vicinos, affines, amicos, &c. Hæc ergo humana est.“ Hanc et impiis concedens, divinam eis denegare videtur, quam tamen Initialista eisdem etiam attribuit.

27. In prælaudato Sermone probat S. Doctor, charitatem humanam illicitam, quæ peccatum est, cum divina non consideret: et conficere exinde est, quod divina minime consistat ubi peccatum adest. Verum probationem ipsam quamquam sublongam hic transcribere, operæ pretium erit. (46) „Etiam promissa impunitate, tollit quisque membra Christi, et facit jam membra meretricis? Non facit, si est ibi tertia divina dilectio. „Etenim tres dilectiones commemoravi: de tribus me, quod Dominus daret, dictum, esse promissi; de licita humana, de illicita humana, de illa excellenti, atque divina,

(43) Serm. 149. al. 52. de temp. n. 2.

(45) Ibidem.

(44) Ibi n. 2.

(46) Ibi n. 4.

capitulum totius esse, ad naturalem dilectionem pertinet; sed diligere Deum prout est, obiectum beatitudinis, est gratuita dilectionis, in qua meritum consistit. Ubi observes velim, dilectionem, quam à naturali secernit, non solum gratitatem, seu supernaturali, sed et meritoriam esse: cum autem meritum sine gratia, et charitate haud umquam reperitur, sine his pariter Dei amor, qui naturalis non sit, inveniri nunquam valebit: et idcirco amor initialis supernaturalis, quem charitate, gratia, et merito ejus Assectores exiunt, impossibilis, et huic B. Thomæ doctrinæ reluctans videtur.

6. Atverò inquires: juxta laudata S. Doctoris verba dilectio, quæ ante charitatem sit, et ab ea non progrediatur, sub præcepto cadit: existit igitur vera dilectio Dei, quæ charitatem præcedat, et quin ab ea ortum habeat, primum præceptum impleat. Accur itaque initialis amor, qui ejusmodi omnino esset, admitti non posset?

7. R. dilectionem de qua hic D. Thomas, (si tamen ex propria assatur sententia) naturalem esse, ac propterea minime initialem, hæc namque, utpote dispositio positiva ad gratiam, supernaturalis foret. Porro naturalis dilectio præcepti item naturalis est impletiva; quandoquidem dilectionis mandatum et naturale quit, et supernaturale nuncupari: quatenus naturale, Deum, ut est principium totius esse, seu naturæ, ac naturalium rerum omnium concernit: quatenus supernaturale, eundem ipsum prospicit, ut obiectum beatitudinis, sive ut gratia, gloria, ac supernaturalium aliorum bonorum nobis est auctor. Hoc præceptum: „Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo“ positivum est, supernaturale, revelatum, promulgatumque in divinis Scripturis; et ideo ad illud custodiendum vires naturæ minime sufficiunt, sed gratia, et charitas desiderantur, quoniam dilectio, quæ in eo nobis injungitur, eorum operum, quibus præcepta alia servantur, finis est, atque idcirco ab animo, haud secleri alicui mancipato, sed criminis positus experte debet exoriri, juxta illud: „Finis præcepti est charitas de corde puro, et conscientia bona, et fide non ficta.“ Imo charitas ipsa à Deo nobis confertur, ut ipsius amorem supernaturalem, ac super omnia, quo jussum id exequamur, efficere possimus, sicut et ad calefaciendam præbetur calor: et ideo amor ille sine charitate, non est, sicut nec calefactio sine calore: sed audi Aquinatem: (5) „Finitis præcepti est charitas, quia scilicet dilectio Dei est finis observationis præceptorum... charitas est habitus inclinans ad diligendum, sic se habens ad actum dilectionis, sicut calor ad calefaciendum.“ Naturale mandatum dilectionem similiter naturalem exigit. Hæc nimirum lex illa est, quam nos omnes, nemine docente, scimus, nemine promulgante, audimus, quia natura ipsa in cordibus nostris eam sculpsit indelebiter. Hæc, ut Tullij verbis utar de jure occidendi iniquum insidiatorem disceptantis, quod ita perspicuum non est, hæc, inquam, (6) „Non scripta, sed nata lex; quam non didicimus, accepimus, legimus; verum ex natura ipsa attripimus, hausimus, expressimus; ad quam non docui, sed facti; non instituti, sed imbuti sumus.“

Hæc demum, de qua eleganter Poeta Americanus: (7)

„Divina est pulchri lex quam suavissima amoris,
„Esi inter silvas, et inhospita lustra ferarum
„Nutritus, neque dum vocem auscultaveris umquam
„Humanam, neque mandata hæc exceperis aure,
„Corde geres, hanc et legem tibi dicit amoris,
„Auctoremque tuum tua te mens ipsa docebit.“

Lex hujusmodi, utpote naturæ innata, quæ res supernaturales necesse, naturalem dumtaxat injungit amorem: hic vero charitati præire non renuit, et ideo in Angelo fuisset, atque in homine, si absque gratia, et culpa uterque inventus esset in principio: nos autem postquam originale peccatum naturam humanam infecit, ne hanc quidem naturalem dilectionem efficere valeamus, nisi prius sanantis, seu justificantis gratiæ dono

(5) De virtutibus q. 2. a. 7. ad. 17.

(6) Pro Milone.

(7) Abadius Carmine 19. de Deo.

reparemur, ut laudato capite XIV. assertum est: at ubi sanitate per gratiam donamur, obsequium hocce naturæ ipsius Auctori debitum facile persolvimus. Quocirca præter supernaturalem dilectionem charitatis, naturalis amor alter erga Deum viris inest justis: sicut ultra cognitionem supernaturalem ipsius Dei, quam habent per fidem, illum etiam agnoscunt naturaliter per creaturas juxta illud: (8) „Invisibilia ipsius à creatura mundi per ea, quæ facta sunt, intellecta, conspiciuntur, sempiterna quoque ejus virtus, et divinitas.“ Imo his, qui æterna jam luce fruuntur, naturalis inest, et cognitio Dei, et amor juxta D. Thomam agentem: (9) „In Angelis beatis remanet cognitio, et dilectio naturalis.“

8. Sed dices iterum; præcepta, quamvis non ex intentione legislatoris, quoad substantiam tamen impleri possunt sine gratia, ait enim: (10) „Est ergo intentio legislatoris, non tantum ut hæc opera fiant, sed ut ex charitate fiant. Dicendum est ergo, quod præcepta legis quantum ad id, quod dicitur sub præcepto cadit, potest aliquis implere per liberum arbitrium sine gratia gratis data, vel gratum facientes; si tamen gratia accipiatur pro aliquo habitu infuso: sed quantum ad intentionem legislatoris, sine gratia impleri non possunt; quia donum charitatis non inest nobis ex nobis, sed à Deo infusum.“ Præceptum itaque dilectionis Dei sine gratia, et ante eam servare possumus, saltem quoad substantiam.

9. Ita profecto Initialistæ sentiunt complures, et ideo à peccatore dum ad gratiam comparatur, initialem exposulant amorem, ut primum servent mandatum: ceterum minime in id consentiunt omnes, nam Patuzzius nobilis Initialista amorem præfactum primæ jussioni servandæ imparem censet, astruitque propterea haud à peccatore, sed à justo dumtaxat illam custodiri: (11) „Qui autem, inquit, præceptum ejusmodi, di adimplet, dubio procul justus est.“ Unde aliorum suæ sedæ Theologorum opinionamentum evertit clamitantium, primum, et maximum mandatum à peccatoribus ante justificationem servandum esse. Sed missa hæc illorum dissensione, dixerim, aliqua ex parte præcepta, ut præcedenti capite asserui, quorum observantia gratiam poscit necessarii: et id genus esse utriusque dilectionis præceptum ob insociabilitatem, quam verus Dei amor super omnia tam naturalis, quam supernaturalis habet cum mortali culpa. Quapropter ad dilectionem naturalem gratia exigitur, ut peccati impedimentum auferat, sanctique naturam: ad supernaturalem vero pari item ratione, et insuper quia dilectionis ipsius principium, et origo est: quocirca dilectionis mandatum nec ex intentione legislatoris, nec quantum ad substantiam nunc impletur sine gratia. Alia præcepta quorum custodia gratiæ consortium non exposcit, sine illa servantur quoad substantiam; secus autem ex intentione Dei, qui pro sua infinita bonitate, et misericordia volens nos justos esse, ac vitæ æternæ meritum in operibus nostris reducere, intendit utique, quod ex charitate, et gratia semper operemur. Unde præcepta credendi, sperandi, et similia, quæ in obsequente gratiam non effragitant, absque ea servantur revera quoad substantiam, secus vero ex intentione Dei.

10. Sed hæc ultra opponunt S. Thomæ verba: (12) „Præceptum dupliciter observatur. Uno modo sic, quod observatum est meritum gloriæ: et sic nullus potest sine gratia prædicium præceptum, nec alia observare. Aliomodo sic, quod observatum facit, vitare poenam; et sic sine gratia gratum faciente observari potest. Primo modo observatur, quando substantia actus impletur cum modo convenienti, quem charitas ponit, et sic etiam præceptum prædicium de dilectione non tam est præceptum, quam finis præcepti, et forma aliorum præceptorum. Secundo modo observatur sola substantia actus adimpleta, quod contingit omnino in eo, qui non habet habitum charitatis.“ Igitur sine charitatis habitu, ac propterea sine gratia servatur præceptum dilectionis quoad substantiam.

A a §

(8) Rom. 1. 20.

(9) 2. p. q. 61. a. 7. c.

(10) 2. Sent. d. 28. q. 1. 2. 3. c.

(11) tr. 4. de virt. Theolog. diss. 3. cap. 2. num. 121.

(12) De virt. q. 24. a. 12. ad. 16.

Interrogemus divinam charitatem, et ponamus ante illam duas humanas charitates, et dicamus ei: ecce licita charitas humana, qua uxor diligitur, et filia, atque necessitudines seculares: ecce alia illicita, qua diligitur meretrix, qua diligitur ancilla aliena, qua diligitur aliena filia non petita, non promissa, qua diligitur uxor aliena. Dux ante te sunt charitates: cum qua istarum vis manere? Qui eligit manere cum illa humana licita, cum illa humana illicita non manet. Nemo sibi dicat, ambas habeo. Si ambas habes, admitiendo ad te dilectionem meretricis, injuriam facis tamquam matronae, quae ibi habitat, divinae charitati. Puto enim, quia si homo conjugatus sis, et diligas meretricem, non mittis meretricem in domum tuam, ut habitet cum matrona tua. Non usque adeo progredieris. Tenebras quaeris, latebras quaeris, turpitudinem non proferis. Sed et qui non habent uxores, et sunt meretricum quasi licentius amatores, (ideo dixi quasi, quia et ipsi damnantur, si jam sunt fideles) puto quia et adolescens nondum habens uxorem, si diligit meretricem, non eam facit habitare cum sorore sua, non eam facit habitare cum matre sua, ne injuriam faciat humanae pudicitiae, ne offendant decus sanguinis sui. Si ergo non facis habitare meretricem, quam diligis, cum matre tua, cum sorore tua, ne, sicut dixi, offendas decus sanguinis tui; facis habitare in corde tuo dilectionem meretricis cum dilectione Dei, et offendis decus sanguinis Christi? In principio hujus probationis supponit, divinam charitatem, sive dilectionem supernaturalem nos constituere membra Christi, ac propterea destrueret peccatum, quo effluunt membra diaboli: et inde recte deducit, dilectionem hanc jungi non posse cum illicita charitate, aut dilectione. Demum in Sermone altero de charitate hanc prolixè commendat, et elogia, quae ei desunt, satis producit, solum in viris justis ipsam reperiri. Laudes illas nunc possem allegare: sed quod plura jam, quam statueram, ex eo in hoc capite protulerim, omnes praetero, hac una excepta, quae evincit, in conscientia peccato deturpata non esse charitatem: (47) „Sola est, quam conscientia mala non pungit, quia non agit perperam. Et loquitur de charitate nobis injuncta, quae actualis est, et remissa esse valet.

(47) Serm. 350. al. 39. de temp. n. 3.

CAPUT. XXII.

Autoritates D. Thomae, quas pro se laudant Initialistae, explanantur.

1. Nonnulla ex his, quae capite III. retuli, Praeceptoris Angelici testimonia, hic obijciunt Adversatores: verum ea nunc praeterire aequum duxi, quoniam dilectio, et charitas, quae ad impiorum justificationem in illis postulantur, simul cum gratiae infusione sunt: et ideo non ad praevias, sed ad concomitantes spectant dispositiones.

2. His ergo missis, obijciunt, 1. verba illa: (1) „Actus charitatis potest dici dupliciter: vel qui est ex charitate, et hoc non est nisi in habente charitatem: vel qui est ad charitatem, non sicut meritorius, vel generativus, sed sicut preparativus; et sic actus charitatis ante charitatem habitam haberi potest, sicut facere justitia est ante habitum justitiae. Actus itaque charitatis, vel dilectionis ante charitatem ipsam, propterea cum peccato mortali esse potest.

3. R. actum charitatis, quem ante charitatem admittit D. Thomas, non supernaturalem, sed naturalem esse: agit enim ibi de naturali dilectione, qua Deum Angelis, si creati fuissent absque gratia, essent prosecuti, sicut verba isthac producit, quibus or-

(1) 2. Sent. d. 1. q. 3. ad. 1.

atur quaestio: „Circum tertium principale quaeritur de dilectione, scilicet, utrum Angeli, si in gratia creati non sunt, in illo statu innocentiae Deum super se, et plusquam omnia dilexerunt. Id ipsum quoque ostendit exemplum, quo utitur, equidem actus justitiae, qui justitiae habitum, seu virtutem praecedunt, naturales omnino sunt. Unde à naturali postmodum supernaturalem discernens amorem addit: „Vel potest dici, quod in amicitia charitatis movetur animus ad amandum Deum ex similitudine gratiae: sed in dilectione naturali ex ipso bono naturae, quod etiam est similitudo summae bonitatis. Utrumque hic amorem meminit, et ad naturalem naturae bono, ad supernaturalem vero nos dono gratiae moveri ait: et ideo innocens animus sanctificantis gratiae expertus, bonitate sua naturali amorem Dei naturalem efficeret posset; secus autem supernaturalem, ad hunc enim ipsius gratiae, quae nos Dei filios, divinae consortes naturae, ac Deo ipsi constituit similes, omnino indigemus; movemur enim ad eum ellegendum ex similitudine ipsa, quam cum Deo habemus ratione gratiae. Et cum in hac quaestione duos solummodo assignet amores, alterum videlicet naturae bono egressum, alterum Dei similitudine, quam gratia in nobis efficit, excludere in ea videtur initialem dilectionem; hac namque nec ex bono naturae oriatur, quia foret supernaturalis; nec ex similitudine gratiae, quoniam in peccatore gratiae exsorte reperiri posset. Amor autem naturalis, quem Angelo sine gratia creato concedit, nequam generativus foret, aut meritorius gratiae, et charitatis, quae infusione, et gratia prorsus accipiuntur: esset tamen ad eas preparativus, quia opera naturalia, si bonitate morali donata sunt, aliquatenus ad gratiam, subindeque ad charitatem animi preparant, haud quidem positive, quod ajunt, ita nimirum, quod eorum auxilio animus ipse ad gratiam accedat; sed negative dumtaxat, hoc est, peccata, quae nos à gratia ipsa separant, impediendo, à pravis enim quibus abstinere, dum probis rebus incumbit. Et in hoc ceteris naturae operibus quam maxime praestat Dei amor naturalis, quia flagitium praepedit omnium flagitiosissimum, nempe Dei ipsius odium. Quae circa de amore naturali loquens, quem Adam etiam habuisset, si fuisset absque gratia plasmatus, inquit: (2) „Naturali dilectione, qua Deus super omnia naturaliter diligitur, potest aliquis magis, et minus uti; et quando in summo fuerit, tunc est summa preparatio ad gratiam habendam. Summam vero preparationem hunc dixit amorem, non quia summam, aut sufficientem, sed quia praestantius, quam naturales res ceterae ad gratiam aptat, et majus obstaculum, seu peccatum removel, nempe Dei odium: id tamen in homine post lapsus, ut dixi capite XIV. n. 16: verum et antecedenter etiam aptaret in Angelo, et in homine, si absque gratia, et cum sola innocentia naturali fuissent creati.

4. Obj. 2. (3) „Sicut aliarum virtutum actus, aut dupliciter considerari possunt, vel secundum quod sunt à virtute, vel secundum quod antecedunt virtutem, ita etiam est de charitate: potest enim aliquis etiam charitatem non habens, diligere proximum, et Deum etiam super omnia, ut quidam dicunt: et hoc diligere intelligitur actus charitatis sub praeepto directè cadere, et non solum secundum quod à charitate procedit. Dilectio igitur Dei ante charitatem esse valet.

5. R. ex aliorum sensu ibi eloqui, sicut verba illa indicant: „ut quidam dicunt: quibus dum propriam mentem aperit, uti non solet. Si autem ipsius sententiam obiecta auctoritas contineret, eandem tum exponerem, vel de dilectione, quae ante charitatem sit naturae, ut inquirunt Scholastici, non temporis anterioritate, sic enim dispositiones concomitantes sunt ante formatam vel de amore, qui consistere valeat sine charitate, quae sit habitus, et permanens; secus vero sine charitate, quae transiens sit auxilium, juxta dicta capite III. n. 11. vel de amore naturali, quem ipse probat, et in quo à supernaturali differat ita declarat: (4) „Diligere Deum prout est prin-

A 3

(2) Quodl. 1. q. 4. 2. 8. ad. 1.

(3) 2. Sent. d. 28. q. 1. 3. ad. 2.

(4) Quodl. 1. q. 4. 2. 8. ad. 1.

11. R. Postrema verba de naturali etiam dilectione esse, ut arbitror, intelligenda; agit enim, sicut inquit Petrus Bergomensis, (13) de homine in natura integrā constituto, qui naturalem dumtaxat haberet amorem. Quocirca amare Deum quoad substantiam est in loco isto amare ipsum naturaliter, et naturalis ipse amor dicitur substantia actus dilectionis, non modus; hic enim ab habitu charitatis superadditur, ut facile quis, delectabiliter, supernaturaliter, et meritorie diligat Deum, etque spiritualiter uniat, sicut naturali aucti bono addit facilitatem naturalis virtutis habitus (14). Charitas, inquit Aquinas, diligit Deum super omnia eminentius quam natura. Natura enim diligit Deum super omnia, prout est principium, et finis naturalis boni; charitas autem, secundum quod est obiectum beatitudinis, et secundum quod homo habet quamdam societatem spirituales cum Deo. Addit etiam charitas super naturalem dilectionem Dei promptitudinem quamdam, et delectationem, sicut habitus quilibet virtutis addit super actum bonum, qui fit ex sola naturali ratione hominis virtutis habitum non habentis. Hic deinde innuit, supernaturalem charitatis dilectionem homini deesse, qui gravi culpa obnoxius est; iste namque cum Deo societatem spirituales non habet, sed potius ab eo separationem, et aversionem. Ast naturalis amor esse valet sine charitate, extrinsecusque propterea in Angelo, et in homine, si absque gratia, et cum sola integritate naturali fuissent effecti. Attamen in statu naturæ corruptæ homo charitatem non habens gravi crimine sordidatur, quod amoris Dei officit quam maxime; et ideo nec naturaliter quæ Deum amare super omnia, nisi prius gratiam recipiat, quæ ejus naturam sanat, et peccati removeat impedimentum. (15) Diligere Deum super omnia, ait, est quiddam connaturale homini. Unde homo in statu naturæ integræ dilectionem sui ipsius referrebat ad amorem Dei sicut ad finem, et similiter dilectionem omnium aliarum rerum; et ita Deum diligebat prorsusquam se ipsum, et suæ per omnia. Sed in statu naturæ corruptæ homo ab hoc deficit secundum appetitum voluntatis rationalis, quæ propter corruptionem naturæ sequitur bonum privatum, nisi sanetur per gratiam Dei. Itaque si homo corruptus inferiorem amorem, qui est connaturalis est, efficeret nequit sine gratia, quomodo absque ea efficeret amorem eminentiorem charitatis?

12. Præterea de mandatis dilectionis Dei, et proximi ait: (16) Illa duo præcepta sunt prima et communia præcepta legis naturæ, quæ sunt per se nota rationi humana, vel per naturam, vel per fidem. Itaque dilectionis Dei mandatum, ut per naturam notum est, naturalem jubet amorem, quem idcirco adhibere cuncti homines tenentur, etiamsi in statu naturæ puræ, aut integræ constituantur. Et in hoc sensu accipiendum arbitror hæc alia ipsiusmet verba (17) Illo præcepto præcipitur actus charitatis, non qui sit à charitate, sed qui est similis actui charitatis, sicut est actus naturalis dilectionis. Ast mandatum idem, ut per fidem est notum, amorem supernaturalem fidelibus injungit; Deus enim ipse quemadmodum vult naturaliter amari, quatenus est naturalis boni principium, ita quoque supernaturaliter diligi vult, quatenus est gratiæ, et gloriæ auctor; et ideo naturali præcepto dilectionis supernaturalem modum quemdam addit, intendens, scilicet, quod nos in statu gratiæ, et cum merito vitæ æternæ eum diligamus. Et hic est modus conyunctio, quæ charitatis ponit: sed ut eum ponat, requiritur non solum gratia, sed etiam actus amoris, ab habitu charitatis progrediens: (18) Modus charitatis, inquit, plus importat, quam relationem operis in finem debitam: importat enim, quod actus ex habitu charitatis procedat, quæ multi carentes actus suos in Deum referunt: nempe in statu naturæ integræ, ut supra dictum est. Itaque implere dilectionis mandatum quantum ad substantiam, est diligere naturaliter Deum: ob idque homo integer, qui ita eum amaret, præceptum impleret, penamque vitæ æternæ non diligenti debetur: at implere illud quantum ad modum, et secundum intentionem legislatoris, est diligere Deum supernaturaliter, et meritorie, hoc est, dilectione à gratia, et habitu charitatis promanante. Unde argumenti verba initialia amorem non evin-

(13) Tab. aurea in concordantiis dub. 27. et 1048.

(14) Ibi c.

(15) 7. sent. d. 3. q. 1. a. 6. ad. 2.

(16) 1. 2. q. 109. a. 3. ad. 1.

(17) Ibi q. 100. a. 3. ad. 1.

(18) Ibi ad. 5.

tant: hic namque supernaturalis foret, et ideo minime necessarius ad observandum mandatum quantum ad substantiam, sive ad Deum amandum naturaliter: et cum haberet aliunde culpa mortifera societatem, merito vitæ æternæ careret, et nec à gratia, nec à charitatis habitu prodiret: et ideo insufficientis esset, ad custodiendum mandatum juxta legislatoris intentionem, et quantum ad modum. Hic charitatis modus vocatur finis præcepti, quia alia præcepta ad eum ordinantur; et est nobis imperatus, quoniam absque eo salutem æternam adultus non indepicitur; et quidquid ad eam obtinendam sic desideratur, jussum est, atque à nobis exequendum: et licet non cadat sub præceptis, quæ aliarum virtutum actus injungunt, cadit sub hoc speciali mandato: „Diliges Dominum Deum tuum:“ quatenus istud naturæ notum est per fidem. Hæc ille ita edisserit: (19) Manifestum est, quod ad illud omnes teneri dicuntur, sine quo salutem consequi non possunt. Modus dilectionis non cadit sub illis præceptis, quæ dantur de aliis actibus virtutum: puta sub hoc præcepto: *Honora patrem tuum, et matrem tuam*, non cadit, quod hoc ex charitate fiat; cadit tamen actus dilectionis sub præceptis specialibus. Omnia præcepta decalogi ordinantur ad dilectionem Dei. Sciendum insuper, quod naturalis amor Dei est duplex, alius nimirum perfectus, quo homo se, ac sua omnia in Deum refert, et naturalem legem servat: alius imperfectus, qui hæc minime præstat, sed consistit in inclinatione quadam ad bonum commune, quæ rebus omnibus innata est. (20) Deus, ait idem, secundum quod est universale bonum, à quo dependet omne bonum naturale, diligitur naturali dilectione ab unoquoque. Non de isto, sed de illo affor, quod gratiam ad amandum naturaliter Deum necessariam dico. Nec ad rem præsentem attinet amor Dei ille, qui in peccatoribus esse valet juxta dicta cap. II: hic enim concupiscentia est, non benevolentia, amicitia, et super omnia, de quo dumtaxat nunc sermo est.

13. Ceterum ais adhuc: peccator in sui delicti penam gratia privatur: quapropter si gratia necessaria est ad amandum, amor est illi impossibilis; amareque idcirco non ligabitur, quia ad impossibile, ut inquitur, nemo tenetur.

14. R. peccatorem sub lege esse dilectionis, et hanc esse ei possibilem, sed antequam diligat, culpam veniam, gratiam, et charitatem obtinere debet; sicut Eucharistiam suscipere etiam tenetur, sed priusquam eam accipiat, justificandus est. In aliis quoque jussis, quæ supernaturalia vocantur, et aliquid oneris, quod naturam superat, nobis imponunt, simile quid videas licet; nam ad illa implenda sufficientes vires nobis non suppetunt; et ideo, ut supernaturalia opera, quæ injungunt, exequamur, à Deo prius virtutes, et auxilia ad id congruentia, et apta impetranda sunt: hoc autem satis est, ut opera ipsa præcepta possibilem nobis dicantur. Nec ulli dicere fas, rem aliquam impossibilem nobis à Deo mandari, quia ut ait Tridentinum: (21) „Deus impossibilia non jubet, sed jubendo monet, et facere quod possis, et petere quod non possis, et adjuvat ut possis.“ Unde cum opus aliquod vim nostram superans nobis præcipitur, ad Deum accedamus, sufficientes vires flagitemus; et ipse id quod petimus benigne impertiet, juvabit nos, ut opus illud exequamur. Præterea juxta asserta capitibus IX. et XVIII. ut dilectionis præceptum possibile peccatori, et ab eo dicitur custoditum, satis est, quod ipse se disponat ad charitatem in Sacramento obtinendam, et deinceps charitatem ipsam virtute Sacramenti recipiens amorem efficiat concomitantem: quemadmodum justificari etiam tenetur; et tamen muneri suo non deest, sed implet potius illud, prius se ad justitiam aptans, et postea justitiam ipsam in Sacramento suscipiens. Quocirca jus perfringit nullum, quamquam neque diligat, neque justificetur, dum prævis disponitur ad Sacramentum; et sub lege tunc est justificatio, ac dilectio.

15. Hic animadvertendum superest, traditam hucusque de duplici dilectione Dei, naturali videlicet, et supernaturali, ac de præceptorum observantia etiam duplici, ni-

(19) De virtutibus q. 2. a. 11. c. et 2. q. 44. a. 1. ad. 1. et 3.

(20) 1. p. q. 60. a. 7. ad. 4.

(21) Sess. 6. cap. 17.

mirum quoad substantiam, et ex intentione legislatoris, sive ex motivo charitatis, et cum merito vite æternæ, S. Thomæ doctrinam omnino esse propagandam, quia sententia eidem opposita Bajana est, et à S. Pio V. in his thesibus proscripta:

34. „Distinctio illa duplicis amoris, naturalis videlicet, quo Deus amatur ut auctor naturæ; et gratuiti, quo Deus amatur ut beatificator, vana est, et commentitia, et ad illudendum Sacris Litteris, et plurimis veterum testimonis excogitata.“

36. „Amor naturalis, qui ex viribus naturæ oritur, ex sola Philosophia per elationem præsumptionis humanæ cum injuria crucis Christi defenditur à nonnullis Doctoribus.“

58. „Celebris illa Doctorum distinctio, divinæ legis mandata bifariam impleri; altero modo quantum ad præceptorum operum substantiam tantum; altero quantum ad certum quemdam modum, videlicet secundum quem valeant, operantem perducere ad regnum æternam, (hoc est ad modum meritorium) commentitia est, et explodenda.“

16. Obj. 3: De inchoatione penitentis ait: (22) „In eis (peccatoribus) ut in pluribus ex timore penitentia initium sumit; quamvis etiam in aliquibus ex amore penitentia inchoetur.“ Extat ergo saltem in aliquibus ante justificationem amor, qui penitentia sit initium.

17. R. Initialistas asserere, amorem non in aliquibus duntaxat, sed in omnibus penitentibus initium esse penitentia omnino necessarium; et hoc evertit D. Thomas, non in omnibus, sed in aliquibus penitentiam ex amore statuens inchoari. Deinde amor, quo penitentia interdum inchoatur, neutquam est charitas, subdit enim: (23) „Quandoque etiam motus amoris motum penitentia præcedit, ut dictum est: sed ille amor non est charitatis, quia charitas amissa non recuperatur nisi per contritionem de peccatis præcedentibus, que est motus penitentia virtutis.“ Hic aperit inquit, quod ante charitatem esse nequit charitatis amor, quia amor iste non est, antequam charitas amissa recuperetur: et inde item fit, quod cum gratia, et non cum peccato sit; quoniam charitas non recuperatur nisi per contritionem, que est actus penitentia virtutis, et hæc virtus cum gratia ipsa infunditur. Si amorem initialem agnovisset, momentum hocce non afferret, consisteret namque amor ille, priusquam amissa charitas hoc pacto recuperaretur. Præterea amor, de quo agit, non est amor Dei, sed aliquis virtutis, alteriusve boni, cujus desiderio ad penitentium moveri potest peccator.

(24) „Non est inconveniens, subdit, ut motus aliarum virtutum quandoque causent aliquos motus penitentia; sicut aliquis ex amore temperantia de luxuria præcedentem motum penitentia habet.“ Sic etiam ex amore, aut desiderio charitatem, gratiam, gloriamque nanciscendi, valet quis ad penitentiam excitari; et tunc amor iste erit in eo initium penitentia, subsequenterque post ipsum timor, dolor, et actus ceteri, qui necessarii sunt. Frequentius tamen ex timore gehennæ ad penitentium impij stimulantur. Cum ergo aut ab hoc timore, aut ab amore illo penitentiam statuens inchoari, in peccatore nullo exordium sumet ab amore charitatis. Et hunc insuper à peccatore alia ratione indiguitat removendum etenim charitatis amor ex divina bonitatis consideratione nascitur; peccatoris autem animum huic considerationi ineptum censet; et ideo neque ipsa, neque amore ab ea scaturiente, sed peccatorum potius formidine à culpa docet revocari: (25) „Ille autem, qui in peccato est, non habet gustum sanium, ut ex dulcedine divinæ bonitatis à peccato revocetur, sed habet affectum infectum amore sui inordinato: et ideo per poenas, que naturæ suæ contrariantur, et voluntati, à peccato revocatur. . . Bonitas Dei, et gloria quantum est de se, magis nata sunt, revocare à peccato; sed non quantum est ex parte eorum, qui in peccato sunt, qui prædictorum gustum non habent.“ Denique hic non de penitentia Sacramento, de qua in præsens disceptatur, sed de penitentia virtute quaerens: „Utrum virtus penitentia timore concipiatur?“ Et ad hanc virtutem inquirendam, ut in pluribus pe-

(22) a. Sent. d. 14. q. 1. a. 2. questio. 1. c.

(24) ibi ad f.

(13) ibi questio. 2. c.

(25) ibi questio. 1. c. et ad 1.

harum formidine excitari homines, aliquando etiam alterius virtutis, allusivè boni amoris docet.

18. Obj. 4: De Anthiocho loquens ait: (26) „Veniam consecutus fuisset, si verè penitisset. Sed non habuit veram penitentiam, quia non ex amore justitiæ de peccatis commissis dolebat, sed timore poenæ, quam expectabat, vel dolore poenæ, quam sustinebat.“ Igitur sine amore justitiæ non est vera penitentia.

19. R. Hæc de eodem Anthiocho affirmare (27) „Verè non penituit interius, quamvis exterius verba penitentia proferret magis propter infirmitatem corporis, quam propter offensam Dei vitandam.“ Verè autem non penitit, qui nec interius dolet, nec proponit Dei offensam vitare. Insuper quamvis dolorem, seu penitentiam interio-rem, imo et supernaturalem, necnon propositum vitandi offensam Dei habuisset, adhuc culparum veniam sine amore justitiæ ex charitate proficiente non obtinisset; impius enim extra Sacramentum, ac præsertim in articulo mortis non justificatur, sine dilectione, et contritione justificationem ipsam comitantibus.

20. Obj. 5: Agens, et patiens mutuo se tangere solent, ut ipse docet; et addit. (28) „Deus, qui justificat impium, tangit animam, gratiam in ea causando. . . Mens autem humana aliquo modo tangit Deum, eum cognoscendo; vel amando: unde et in adultis, qui possunt Deum cognoscere, et amare, requiritur aliquis usus liberi arbitrii, quo Deum cognoscant, et ament.“ Sine amore ergo Dei non justificatur adultus.

21. R. Verba hæc non antecedenti, sed concomitanti congruere dilectioni; de amore quippe eo sunt, quo adultus penitens tangit Deum jam justificantem; seu gratiam eidem conferentem. Præterquamquod momentum istud recipere agens inter, et patiens contactus affert D. Thomas; ut veritatem hanc ostendat, quam ibi astruit: „Nullus habens usum liberi arbitrii potest justificari absque usu liberi arbitrii, qui sit in ipso instanti suæ justificationis.“ Itaque arbitrii liberi usus nempe amor, quo mens humana tangit Deum in justificatione, hanc non præcedit; sed cum ea est in eodem instanti. Mirere nunc, Lector, obsecro, verba hæc Doctoris Angelici, quæ concomitantem amorem, seu dispositionem luculentissime signant, et non aliunde quaesita, sed in articulo ipso, quem laudant, reperiri; Initialistas vel non legisse, vel studio præterijisse, et pro antecedenti fidentissime proferre.

22. Obj. 6: (29) „Primum igitur, ait, quod in penitentia requiritur, est ordinatio mentis, ut scilicet mens convertatur ad Deum, et avertatur à peccato, dolens de commisso; et proponens non committendum; quod est de ratione contritionis.“ Hæc vero mentis reordinatio sine gratia esse non potest. Nam mens nostra debite ad Deum converti non potest sine charitate, charitas autem sine gratia haberi non potest. „Eget proinde charitate; ut rede ad Deum convertatur, homo delicto infectus.“

23. R. Auctoritatem hanc, quam Natalis, et Concina objeclant, concomitanti præter, non antecedenti dispositioni congruere; signanter enim loquitur de conversione, reordinatione, et contritione, quæ charitate, et gratia peraguntur. Patet verò Conclina postrema verba illa præterit: „Charitas autem sine gratia haberi non potest.“ quæ quidem, quo absoluta sint, significare videntur, nullam absque gratia consistere charitatem; et innuunt insuper, charitatem, quæ ex mente D. Thomæ ad Penitentiam desideratur, unâ cum gratia advenire; prætereaque initialem haudquamquam esse; hæc enim ante gratiam, ob idque cum peccato existeret.

24. Obj. 7: Hæc de lege veteri, quæ timoris, ac de nova, quæ amoris vocatur, statuit (30) „Lex vetus dicitur cohibere manum, non animum; quia qui timore peccat, ne ab aliquo peccato abstinere, non simpliciter ejus voluntas à peccato recedit, sicut recedit voluntas ejus, qui amore justitiæ abstinere à peccato: et propter hoc lex nova, quæ est lex amoris, dicitur animum cohibere.“ Justitiæ itaque amore opus ha-

(26) ibi d. 10. q. 1. a. 1. ad 1.

(28) Quest. 28. de veritate a. 5. c.

(30) 1. 2. q. 107. a. 2. ad 2.

(27) ibi d. 14. q. 2. d. 1. questio. 1. ad 1.

(29) lib. 4. contra Gent. c. 72.

bet penitens, ut interiorem animum cohibeat, sive ut peccandi voluntatem simpliciter excludat.

25. R. timorem pœnæ actualē dumtaxat peccandi voluntatem excludere, aut iustitiæ amor habitualem pellit itidem: et ideo voluntas amantis simpliciter, nempe omnino, ac satius quam timentis à peccato recedit. Sed inde timorem dispositionem præviam, et culpæ unibilem, amorem vero concomitantem duxerit, et habituali peccato insociabilem. Dein animadversione dignum est, has Quesnellii theses esse proscriptas:

61. „Timor nonnisi manum cohibet, cor autem tamdiu peccato addicitur, quam diu ab amore iustitiæ non ducitur.

62. „Qui à malo non abstinere nisi timore pœnæ, illud committit in corde suo, et jam est reus coram Deo.“

Quocirca ne Angelicus Præceptor improbam hanc doctrinam docuisse censeatur, cum dixit, legem timoris manum, et non animum cohibuisse; utrumque sæpe et lege, et timore coercitum, necnon peccata actualia interna impediri, quod negabat Quesnellus, ostendendum est. Itaque lex vetus, seu timoris temporalium poenarum comminatione, et bonorum similiter temporalium promissione ad ejus custodiam homines ut plurimum inducebat: unde et dicebat: (31) „Si voveritis, et audieritis me, bona terra comedetis. Quod si nolueritis, et me ad iracundiam provocaveritis, gladius deus vorabit vos.“ Aliquando etiam supplicij infernalis aternitatem, quod noxijs hominibus paratum est, ipsis ob oculos ponebat, ut cum dixit: (32) „Vermis eorum non morietur, et ignis eorum non extinguetur.“ quod de gehennæ cruciamento finem haud umquam visuro exposuit Dominus inquitens: (33) „Si scandalizaverit te manus tua, abscide illam; bonum est tibi debilem introire in vitam, quam duas manus habentem ire in gehennam, in ignem inextinguibilem, ubi vermis eorum non moritur, et ignis non extinguatur.“ Porro temporalis pœnæ metus manum, et non animum cohibere solet, ut in fure pater, quem sæpe à furto retrahit, et non à præde desiderio: aterni autem ignis formido et manum, et animum, sive cor frenare, ac propterea non modo externa, sed interna etiam peccata valet vitare: atque idcirco Quesnellianæ theses illæ, quæ hoc insitebantur proscriptiõni merito subjectæ sunt. Aliud præterea veterem inter, ac novam legem Angelicus ipse Magister discrimen invenit, et ait: (34) „In nova lege prohibentur interiores motus animi, qui expressè in veteri lege non prohibentur in omnibus, etsi in aliquibus prohibentur.“ Igitur lex timoris temporariam poenam proponens, et pravos interiores animi motus expressè non prohibeat, manum, et non animum cohibeat; ac proinde exteriora, et non interiora scelera vitabat: atverò eadem ipsa lex ut aeternum supplicium minabatur, ac animi motus prohibebat, et animum ipsum, et manum, proptereaque tam interna, quam externa crimina coercendi vim habebat. Quapropter D. Thomas asserens, lege veteri manum, et non animum cohiberi, ne Quesnellio prævalere in errore credatur, de lege ipsa in priori acceptione loqui dicendum est.

26. Obj. 8: (35) „Ad eandem virtutem pertinet, prosequi unum oppositum, et refugere aliud. Et ideo sicut ad charitatem pertinet diligere Deum, ita etiam deest, testari peccata, per quæ anima separatur à Deo.“ Cum autem peccata nemini, nisi ea detestetur, remittantur, necessaria ad eorum veniam obtinendam, charitas prorsus erit.

27. R. Peccatorum detestationem haud unicam esse, etenim et propter poenas inferni, quibus nos illa dignos efficiunt, et propter offensam Dei, seu ut summæ ipsius bonitati adversa sunt, ea detestamur. Prima igitur, quæ pravæ est, timore, et attritione; posterior vero, quæ gratiæ sociæ est, ac factus, charitate perficitur: illam attritus, hanc conficit homo contritus: (36) „Peccatum, inquit, prius incipit, homini displicere, maxime peccatori, propter supplicia, quæ respicit timor servilis, quam propter Dei offensam, vel peccati turpitudinem, quod pertinet ad charitatem.“ Verum

(31) Isai. 1. 19.

(32) Marc. 9. 42.

(33) ibi q. 113. a. 7. ad 1.

(34) id. 66. 14.

(35) 1. 2. q. 107. a. 4. c.

(36) 2. 2. q. 87. a. 7. ad 1.

turpitudine peccati hic inspicitur, haud sane quæ pœnæ induciva, quo pacto ad attritionem spectat, sed quæ divinæ pulchritudini, seu bonitati est adversa.

28. Obj. 9: (37) „Est enim iste communis, et consuetus cursus justificationis, ut Deo movente interius animam, homo convertatur ad Deum, primo quidem conversione imperfecta, ut postmodum ad perfectam deveniat: quia charitas inchoata meretur augeri, ut aucta mereatur perfici, sicut Augustinus dicit. Quandoque verò tam vehementer Deus animam movet, ut statim quamdam perfectionem iustitiæ assequatur, sicut fuit in conversione Pauli.“ Extat ergo charitas inchoata, vel initialis, quæ imperfectam peccatoris conversionem operetur.

29. R. Conversionem, quam hic imperfectam dicit, justificantem esse, proptereaque non praviam, et criminis, sed concomitantem, et gratiæ sodalem; est enim interior motus ille, quo peccatores, pro solemnî justificationis modo, et ordine ut plurimum respiciunt, ad Deum suum redeunt, à culpis expiantur, ac justi fiunt. Imperfecta verò nuncupatur, haud absolute, sed collatè ad insolitam quorundam peccatorum conversionem, qui fervidissima, ac prastantissima poenitentia resurgunt, ut in Paulo accidit. Charitas autem, quæ imperfecta hujusmodi effit conversio, et inchoatam vocat, meritoria est, quoniam meretur augeri, ac proinde gratiæ, et charitatis comes, sine quibus meritum nulli adest operi: dicitur tamen inchoata, quia in ipsa justificatione incipit; et etiam quia intensio, ac fervore illo caret, quo insueta conversiones præfata nobilitari solent.

30. Obj. 10: (38) „Contritio habet duplicem dolorem, unum rationis, qui est displicentia peccati commissi; et hic potest esse parvus adeo, quod non sufficiat ad rationem contritionis; ut si minus displiceret ei peccatum, quam debeat displicere, separatò à fine: sicut etiam amor potest esse ita remissus, quod non sufficiat ad rationem charitatis. Alium dolorem habet in sensu, et parvitas huius non impedit rationem contritionis, quia non se habet essentialiter ad contritionem.“ Contritio ergo parva, et remissus amor sine charitate, ac propterea sine gratia esse valent.

31. R. S. Doctorem hæc quoque, ut visum est capite XX. n. 6. dixisse: „Omnis dolor in amore fundatur; sed amor charitatis, in quo fundatur dolor contritionis, est maximus: Ergo dolor contritionis est maximus.“ Quapropter dolor, qui non est maximus, sed ita parvus, ut ad rationem contritionis non sufficiat, aut naturalis, aut attritio est: ac similiter amor, qui non sufficiat ad charitatis rationem, aut naturalis, aut concupiscentia erit. Dicuntur autem et charitatis amor, et contritionis dolor maximi, quia dolores, atque amores ceteros essentiali perfectione semper antecellunt, quamvis intensio nonnumquam ab eis excedantur. Unde charitatis amor etsi intensio exiguis, essentialiter ita perfectus est, ut mortalis noxè omnino fugiat consortium: et idem de contritionis dolore dixeris, hoc enim inquit, cum subdit, post verba in argumento relata: „Quantumcumque parvus sit dolor, dummodo ad contritionis rationem sufficiat, omnem culpam delet.“

32. Obj. 11: (39) „Timor servilis non est numerandus inter septem dona Spiritus Sancti, licet sit à Spiritu Sancto, quia potest habere annexam voluntatem peccandi. Dona autem Spiritus Sancti non possunt esse cum voluntate peccandi, quia non sunt sine charitate. Unde relinquitur, quod timor Dei, qui numeratur inter septem dona Spiritus Sancti, est timor filialis, sive castus.“ Cum autem dispositio idonea ad Penitentiam voluntatem peccandi accere penitus debeat, servilis timor, quod illam non submoveat, sufficiens non erit preparatio.

33. R. timorem servilem secum in peccatoribus habere peccandi voluntatem habitualement, non autem actualē; hæc enim poenarum metu supernaturali, ac attritione ex eo profuente omnino extirpatur; et hoc sat est, ut praviz, ac sufficientis dispositionis partes unâ cum attritione ipsa expleat timor ille; nam habitualis voluntas peccandi haud quidem ante justificationem à preparationibus prævijs, sed in justificatio-

B b

(37) 1. 2. q. 113. a. 10. c.

(38) Suppl. q. 7. a. 3. c.

(39) 2. 2. q. 19. a. 2. c.

ne ipsa à gratia, et charitate removetur. Unde servillis timor, licet à Spiritu Sancto sit, inter septem ejusdem Spiritus Sancti dona minime recensetur, idcirco quod cum habituali peccandi voluntate, sive cum habituali flagitio in peccatore sit. Eapropter quamvis S. Doctor (40) timorem hunc Spiritus Sancti donum dicat interdum, non stricte, sed sicut ipse declarat, accipiendum hoc est, scilicet: (41) „Servillis timor secundum essentiam suam est à Spiritu Sancto, non tamen donum Spiritus Sancti, nisi si communiter loquendo, ut dicimus, omne, quod à Spiritu Sancto datur, donum ejus esse.“ Et addit: (42) „Quaedam sunt à Spiritu Sancto, quae non sunt cum Spiritu Sancto, sicut fides informis, et timor servillis: quod quidem non est nisi propter defectum comitantem: quaedam vero sunt à Spiritu Sancto, et cum ipso sunt sicut charitas: quaedam vero cum ipso, sed non ad ipso, sicut peccatum veniale: quaedam vero nec ab ipso, nec cum ipso, sicut mortale.“ Septem autem dona Spiritus Sancti cum Spiritu Sancto sunt, quia sine charitate non sunt, et haec est cum illo. Quocirca argumenti verba Initialistis non sunt propria: ipsi enim timorem initialem, qui unum ex septem Spiritus Sancti donis est, aequè ac initialem amorem hominibus gravi peccato sordidatis indulgent, quibus deest charitas, et habitualis adest peccandi voluntas: hoc autem improbare hic videtur Divus Thomas.

34. Atvero sic contradices: (43) „Actus poenitentiae, ait ille, à timore servilli procedit, sicut à primo motu affectus ad hoc ordinato: à timore autem filiali, sicut ab immediato, et proximo principio.“ Igitur ad actum poenitentiae nedum servillis, sed etiam filialis timor, subindeque charitatis dilectio, qua cum iste nunquam non adest, desiderantur.

35. R. timorem filialem, et amorem charitatis desiderari quidem ad actum poenitentiae, qui est contritio, secus vero ad attritionem, quae illis prior est, requirique propterea ad concomitantem, non ad antecedentem preparationem: contritio namque minime procedit, sed comitatur justitiam, quandoquidem etsi à timore servilli, et pravio procedat, ab eo dispositivo tantum est, ut ad illam, sicut etiam ad gratiam timor hujusmodi preparat peccatores; proxime vero à filiali profuit timore, et idcirco ante justificationem esse quæ nullo modo, etenim timor filialis, sicut et alia dona Spiritus Sancti, supponit virtutem charitatis, quae in justificatione ipsa conferretur. Audi S. Doctorem: (44) „Prima autem unio hominis (cum Deo) est per fidem, spem, et charitatem. Unde istae virtutes praeponuntur ad dona, sicut radices quaedam donorum... Qui charitatem habet, omnia dona Spiritus Sancti habet, quorum nullam sine charitate haberi potest.“

36. Obj. 12: (45) „Poenitentia non est simpliciter prima virtutum nec ordine temporis, nec ordine naturae: quia secundum ordinem naturae simpliciter procedunt ipsam virtutes theologicae. Sed quantum ad aliquod est prima inter ceteras virtutes ordine temporis, quantum ad ejus actum, qui primus occurrit in justificatione impij.“ Actus itaque poenitentiae, scilicet contritio, tempore quæ charitatem antecedit.

37. R. Poenitentiae actum, qui primus occurrit in justificatione impij, et charitatem, ceterasque virtutes saltem ut formatas procedit, non contritionem, sed attritionem esse: haec vero poenitentiae actus dicitur, haud quidem quod à poenitentiae virtute in peccatoribus ea carentibus progrediatur, sed quoniam peccata sicut illa odit, ac detestatur: nihilo secius ac dilectio initialis, quae juxta Adversantes, licet à charitate non prodiret, quod ejus objectum inspiceret, charitatis amor diceretur.

38. Obj. 13: (46) „Non potest esse verè poenitens, qui de uno peccato poenitet, et non de alio. Si enim displiceret ei illud peccatum, quia est contra Deum super omnia dilectum, (quod requiritur ad rationem verè poenitentiae) sequeretur, quod de omnibus peccatis poeniteret.“ Ad veram igitur poenitentiam amor necessarius est, etenim sine eo non displicet culpa, quia est contra Deum super omnia dilectum.

(40) Ibi. a. 6. c. (41) 3. Sent. d. 14. q. 2. a. 2. quæstiunc. 1. c. (42) Ibi ad 1.
(43) 3. p. q. 85. a. 1. c. (44) 1. 2. q. 68. a. 4. ad 3. et a. 5. c.
(45) 1. p. q. 85. a. 6. c. (46) Ibidem q. 86. a. 3. c.

39. R. Haud de imperfecta, sed de perfecta, peccata remittente, ac sanctificantis gratiae socia poenitentia hic affari. Unde ante laudata verba inquit: „Impossibile est per poenitentiam unum peccatum sine alio remitti. Primo quidem quia peccatum remittitur in quantum tollitur Dei offensam per gratiam... Omne autem peccatum mortale contrariatur gratiae, et excludit eam.“ Istiusmodi poenitentia displicentiam exigat culpam, ut sunt contra Deum super omnia dilectum, ac propterea ipsam quoque dilectionem: ast dilectio isthac, et displicentia, necnon poenitentia ipsa, quoniam cum gratia offensam Dei auferente reperitur, non pravij ad gratiam, sed eam associantibus aggregari debent dispositionibus. Et apposite animadvertes, D. Thomam hic eisdem poenitentiam, quae amorem Dei super omnia habet, cum peccatorum remissione, seu cum gratia Dei offensam propulsante, haud verò cum peccatis ipsis copulare.

40. Haec demum objiciunt: (47) „Virtus, et vitium eisdem causis corrumpuntur, et generantur; sed per inordinatum amorem cordis peccatum committitur: Ergo per dolorem ex amore charitatis ordinato causatum solvitur. Et sic peccatum contritio delet.“ Deinde ait: (48) „Confessio praeponit charitatem:“ haec itaque ad confessionem, et ut peccata solvantur necessaria est.

41. R. In primo loco de contritione perfecta, seu peccata actu solvente verba facere, quae quidam ex amore charitatis causatur, quia est propter Deum summe dilectum: hic autem de dolore peccatorum, qui hanc solutionem praecedit, et ad eam nos aptat pravie, sermo est: dolor verò hujusmodi non ex amore charitatis, sed ex poenitentiae metu proficiscitur. Et notandum, haec absolute proferte: „Peccatum contritio delet:“ quin parvam excludat, quin remissam excipiat, ut contritionem nullam, sive magna sit, sive parva, sive remissa, sive intensa, cum peccato esse indicet.

42. R. ad secundum, integrum textum exhibendo, qui ita est: „Confessio praeponit charitatem, quae jam vivus aliquis efficitur, ut in littera dicitur: contritio autem est in qua datur charitas.“ Ubi aut loquitur ad mentem Magistri Sententiarum, sicut verba illa indicant: „ut in littera dicitur:“ aut agit non de impiorum, sed de justorum confessione, qui ad eam vivi accedunt: et ideo testimonium hocce neutiquam est pro Adversariis, quia nec ipsi charitatem, quae quis vivus efficitur, ante confessionem exigunt, sed initialem solummodo amorem, qui peccatorum non vivificaret, sed eum quamquam ad vitam aptaret, culpa sineret obvolutum. In illis autem verbis: „Contritio est, in qua datur charitas:“ iterum etiam innuit, sine charitate, atque idcirco sine gratia contritionem extare nullam, quia si charitas datur in contritione, haec sine illa non erit.

43. Ceterum repones: ipsemet ait: (49) „Timor est remota dispositio ad gratiam; numquam enim ad gratiam attingit, nisi amor adjungatur. Nos autem loquimur hic de dispositione ultima ad gratiam, cum qua gratia datur.“ Cum timore itaque, et sine amore, neque ultimo aptabitur, neque gratiam quis accipiet.

44. R. De concomitante hic quoque affari dispositione, nam dispositio, cum qua gratia datur, non ante ipsam, sed cum ea est. Timor autem suapte vi, ac extra Sacramentum remota est dispositio, neque attingit gratiam sine amore, ac contritione: ast intra Sacramentum, et ipsius virtute, unà cum attritione, postrema ex pravij efficitur: potest verò remota ibi etiam nuncupari comparatè ad ultimam concomitantem, cum qua gratia datur, et consistit, nempe ad amorem. Quapropter amor, non quidem antecedens, sed concomitans, seu is, qui peccatum destruit, et cum quo gratia datur, timori, ut hic gratiam contingat, adjungi debet.



B b §

(47) Suppl. q. 5. a. 1. c. (48) 4. Sent. d. 17. q. 3. a. 2. quæstiunc. 1. ad 1.
(49) Ibi q. 1. a. 3. quæstiunc. 3. ad 1.

ne ipsa à gratia, et charitate removetur. Unde servillis timor, licet à Spiritu Sancto sit, inter septem ejusdem Spiritus Sancti dona minime recensetur, idcirco quod cum habituali peccandi voluntate, sive cum habituali flagitio in peccatore sit. Eapropter quamvis S. Doctor (40) timorem hunc Spiritus Sancti donum dicat interdum, non stricte, sed sicut ipse declarat, accipiendum hoc est, scilicet: (41) „Servillis timor secundum essentiam suam est à Spiritu Sancto, non tamen donum Spiritus Sancti, nisi si communiter loquendo, ut dicimus, omne, quod à Spiritu Sancto datur, donum ejus esse.“ Et addit: (42) „Quaedam sunt à Spiritu Sancto, quae non sunt cum Spiritu Sancto, sicut fides informis, et timor servillis: quod quidem non est nisi propter defectum comitantem: quaedam vero sunt à Spiritu Sancto, et cum ipso sunt sicut charitas: quaedam vero cum ipso, sed non ad ipso, sicut peccatum veniale: quaedam vero nec ab ipso, nec cum ipso, sicut mortale.“ Septem autem dona Spiritus Sancti cum Spiritu Sancto sunt, quia sine charitate non sunt, et haec est cum illo. Quocirca argumenti verba Initialistis non sunt propria: ipsi enim timorem initialem, qui unum ex septem Spiritus Sancti donis est, aequè ac initialem amorem hominibus gravi peccato sordidatis indulgent, quibus deest charitas, et habitualis adest peccandi voluntas: hoc autem improbare hic videtur Divus Thomas.

34. Atvero sic contradices: (43) „Actus poenitentiae, ait ille, à timore servilli procedit, sicut à primo motu affectus ad hoc ordinato: à timore autem filiali, sicut ab immediato, et proximo principio.“ Igitur ad actum poenitentiae nedum servillis, sed etiam filialis timor, subindeque charitatis dilectio, qua cum iste nunquam non adest, desiderantur.

35. R. timorem filialem, et amorem charitatis desiderari quidem ad actum poenitentiae, qui est contritio, secus vero ad attritionem, quae illis prior est, requirique propterea ad concomitantem, non ad antecedentem preparationem: contritio namque minime procedit, sed comitatur justitiam, quandoquidem etsi à timore servilli, et pravio procedat, ab eo dispositivo tantum est, ut ad illam, sicut etiam ad gratiam timor hujusmodi preparat peccatores; proxime vero à filiali profuit timore, et idcirco ante justificationem esse quit nullo modo, etenim timor filialis, sicut et alia dona Spiritus Sancti, supponit virtutem charitatis, quae in justificatione ipsa conferretur. Audi S. Doctorem: (44) „Prima autem unio hominis (cum Deo) est per fidem, spem, et charitatem. Unde istae virtutes praesupponuntur ad dona, sicut radices quaedam donorum... Qui charitatem habet, omnia dona Spiritus Sancti habet, quorum nullam sine charitate haberi potest.“

36. Obj. 12: (45) „Poenitentia non est simpliciter prima virtutum nec ordine temporis, nec ordine naturae: quia secundum ordinem naturae simpliciter praecedunt ipsam virtutes theologicae. Sed quantum ad aliquod est prima inter ceteras virtutes ordine temporis, quantum ad ejus actum, qui primus occurrit in justificatione impij.“ Actus itaque poenitentiae, scilicet contritio, tempore quae charitatem antecedit.

37. R. Poenitentiae actum, qui primus occurrit in justificatione impij, et charitatem, ceterasque virtutes saltem ut formatas praecedit, non contritionem, sed attritionem esse: haec vero poenitentiae actus dicitur, haud quidem quod à poenitentiae virtute in peccatoribus ea carentibus progrediatur, sed quoniam peccata sicut illa odit, ac detestatur: nihilo secius ac dilectio initialis, quae juxta Adversantes, licet à charitate non prodiret, quod ejus objectum inspiceret, charitatis amor diceretur.

38. Obj. 13: (46) „Non potest esse verè poenitens, qui de uno peccato poenitet, et non de alio. Si enim displiceret ei illud peccatum, quia est contra Deum super omnia dilectum, (quod requiritur ad rationem verè poenitentiae) sequeretur, quod de omnibus peccatis poeniteret.“ Ad veram igitur poenitentiam amor necessarius est, etenim sine eo non displicet culpa, quia est contra Deum super omnia dilectum.

(40) Ibi. a. 6. c. (41) 3. Sent. d. 14. q. 2. a. 2. quæstiunc. 1. c. (42) Ibi ad 1.
(43) 3. p. q. 85. a. 1. c. (44) 1. 2. q. 68. a. 4. ad 3. et a. 5. c.
(45) 1. p. q. 85. a. 6. c. (46) Ibidem q. 86. a. 3. c.

39. R. Haud de imperfecta, sed de perfecta, peccata remittente, ac sanctificantis gratiae socia poenitentia hic affari. Unde ante laudata verba inquit: „Impossibile est per poenitentiam unum peccatum sine alio remitti. Primo quidem quia peccatum remittitur in quantum tollitur Dei offensam per gratiam... Omne autem peccatum mortale contrariatur gratiae, et excludit eam.“ Istiusmodi poenitentia displicentiam exigat culpam, ut sunt contra Deum super omnia dilectum, ac propterea ipsam quoque dilectionem: ast dilectio isthac, et displicentia, necnon poenitentia ipsa, quoniam cum gratia offensam Dei auferente reperitur, non pravij ad gratiam, sed eam associantibus aggregari debent dispositionibus. Et apposite animadvertes, D. Thomam hic eisdem poenitentiam, quae amorem Dei super omnia habet, cum peccatorum remissione, seu cum gratia Dei offensam propulsante, haud verò cum peccatis ipsis copulare.

40. Haec demum objiciunt: (47) „Virtus, et vitium eisdem causis corrumpuntur, et generantur; sed per inordinatum amorem cordis peccatum committitur: Ergo per dolorem ex amore charitatis ordinato causatum solvitur. Et sic peccatum contritio delet.“ Deinde ait: (48) „Confessio praesupponit charitatem:“ haec itaque ad confessionem, et ut peccata solvantur necessaria est.

41. R. In primo loco de contritione perfecta, seu peccata actu solvente verba facere, quae quidam ex amore charitatis causatur, quia est propter Deum summe dilectum: hic autem de dolore peccatorum, qui hanc solutionem praecedit, et ad eam nos aptat pravie, sermo est: dolor verò hujusmodi non ex amore charitatis, sed ex poenitentiae metu proficiscitur. Et notandum, haec absolute proferte: „Peccatum contritio delet:“ quin parvam excludat, quin remissam excipiat, ut contritionem nullam, sive magna sit, sive parva, sive remissa, sive intensa, cum peccato esse indicet.

42. R. ad secundum, integrum textum exhibendo, qui ita est: „Confessio praesupponit charitatem, quae jam vivus aliquis efficitur, ut in littera dicitur: contritio autem est in qua datur charitas.“ Ubi aut loquitur ad mentem Magistri Sententiarum, sicut verba illa indicant: „ut in littera dicitur:“ aut agit non de impiorum, sed de justorum confessione, qui ad eam vivi accedunt: et ideo testimonium hocce neutquam est pro Adversariis, quia nec ipsi charitatem, quae quis vivus efficitur, ante confessionem exigunt, sed initialem solummodo amorem, qui peccatorum non vivificaret, sed eum quamquam ad vitam aptaret, culpa sineret obvolutum. In illis autem verbis: „Contritio est, in qua datur charitas:“ iterum etiam innuit, sine charitate, atque idcirco sine gratia contritionem extare nullam, quia si charitas datur in contritione, haec sine illa non erit.

43. Ceterum repones: ipsemet ait: (49) „Timor est remota dispositio ad gratiam; numquam enim ad gratiam attingit, nisi amor adjungatur. Nos autem loquimur hic de dispositione ultima ad gratiam, cum qua gratia datur.“ Cum timore itaque, et sine amore, neque ultimo aptabitur, neque gratiam quis accipiet.

44. R. De concomitante hic quoque affari dispositione, nam dispositio, cum qua gratia datur, non ante ipsam, sed cum ea est. Timor autem suapte vi, ac extra Sacramentum remota est dispositio, neque attingit gratiam sine amore, ac contritione: ast intra Sacramentum, et ipsius virtute, una cum attritione, postrema ex pravij efficitur: potest verò remota ibi etiam nuncupari comparatè ad ultimam concomitantem, cum qua gratia datur, et consistit, nempe ad amorem. Quapropter amor, non quidem antecedens, sed concomitans, seu is, qui peccatum destruit, et cum quo gratia datur, timori, ut hic gratiam contingat, adjungi debet.



B b §

(47) Suppl. q. 5. a. 1. c. (48) 4. Sent. d. 17. q. 3. a. 2. quæstiunc. 1. ad 1.
(49) Ibi q. 1. a. 3. quæstiunc. 3. ad 1.

numeri. Ipse autem prædictæ regulæ firmiter inhaerens, incertum amorem hunc rejicit, et perfectam charitatis dilectionem, quam uti certam ad justitiam dispositionem omnes norunt, penitentes habere concomitanter, obstrictos censo.

10. Arg. 3. Si homo attritus Deum suum, ut ab eo culpam veniam recipiat, amare non tenetur, à dilectionis lege dum à peccatis expiatur, solutus videretur: hoc autem, subdit laudatus Iuvenius, (10) „ Ipsimet Christo injuriosum est quem maximè, „ quasi vero Verbum induerit carnem, passus sit in cruce, instituerit Sacramenta, ut „ homines ab amore in Deum jure naturali debito liberaret. . . Adversarii ex efficacia „ Baptismatis, et Penitentiae concludunt, impium liberum esse à debito diligendi „ Deum, ut justificationis gratiam consequatur; è contrario vero Augustinus inde concludit, impio ita incumbere onus diligendi Deum, ut si eo destitutus sit, de Sacramento sibi blandiri minimè debeat.“

11. R. amorem, qui ex efficacia Sacramenti concluditur, ipsius efficaciam, ac subinde receptionem supponere, esseque propterea non praviam ad illud suscipiendum, sed concomitantem, aut subsequentem dispositionem. Deinde Auctores, qui abiecit adeo, ac præposterè de Domini incarnatione, passione, Sacramentorum institutione sapiant, vel potius desipiant, siqui tamen inter Catholicos hodie sint, me prosum latent. Ego vero non ut extingueret, sed satius ut incenderet in cordibus nostris charitatis ignem, in hunc mundum venisse Dominum ipsum, probe scio; ait namque: (21) „ Ignem veni mittere in terram, et quid volo, nisi ut accendatur? Quocirca neminem in ipsa justificatione, nec extra illam à dilectionis lege solutum, sed ab omni- bus Deum, haud quinquenniis singulis, ut quidam olim somniarunt, nec semel tantum in anno, ut plures postea docuerunt, sed crebro, ne extinctus magis, quam accensus videatur ignis ille, diligendum existimo. Ceterum initialem amorem ad Attritionariis adinventum, inventumque pro supremæ legis custodia, proptereaquod noxa Infectum, avertendum proinde à Deo, et ad creaturam conversum hominem inquireret, huic muneris, seu dictæ legi servandæ imparem credo, ac rejicio, et ipsius ad id loco perfectum charitatis amorem jure exigo, quo penitens ab ipso suæ justificationis momento, vel dum obex, siquis tunc adfuerit, excluditur, Deum super omnia diligat, eique à creatura jam avulsus, intime adhareat. De hoc amore, qui non pravus, sed concomitans est, loquitur Augustinus loco à Iuvenio laudato: ecce illum: (22) „ Accipit Sacramentum naturæ homo baptizatus: Sacramentum habet, et magnum Sacramentum, divinum, sanctum, ineffabile. Considera quale, ut novum hominem faciat, dimissione omnium peccatorum. Attendat tamen in cor, si perfectum est ibi, quod factum est in corpore: videat, si habet charitatem, et tunc dicat, natus sum ex Deo. Si autem non habet, characterem quidem impositum habet, sed desertor vagatur. Habeat charitatem, aliter non se dicat natum ex Deo. Sed habeo, inquit, Sacramentum. Audi Apostolum: Si sciam omnia Sacramenta, et habeam omnem fidem, ita ut montes transferam, charitatem autem non habeam, nihil sum.“ Hic non de initiali, antecedenti, et culpæ sociæ, sed de concomitante agit charitate, quæ cum Baptismo est peccata omnia remittente, et post ejus receptionem, impositumque characterem adesse debet; quæ cor intrinsecus, sicut extrinsecus aqua corpus abluit; quæ novum hominem facit; quæ nos Dei filios constituit. De ea demum loquitur, de qua Apostolus verbis ab eo productis: Apostolus autem de perfecta charitate affatur, quæ esse nequit absque gratia, sicut asserui cap. XVIII. n. 31. Charitatem hanc, amorem istum non ante Baptismum, sed ab homine jam baptizato exigit Augustinus; et eundem ego à penitente, imò et ab omnibus, ut primam legem custodiant, posco. Ac homo impius, ut Deum amet, à culpis expiari prius tenetur: sicut parochus indignus, cui Sacrum celebrare incumbit, ante celebrationem justificandus est; aut sicut nos omnes laborare sedulo adigimur, ut gloriam mereamur condignè, quam tamen peccator non meretur, quamdiu culpa inficitur, à qua idcirco liberari debet, ut hujusmodi habeat meritum.

(10) ubi supra §. 4

(21) Luc. 11. 49.

(22) In Epist. Joan. tr. 1. n. 6.

12. Arg. 4. Lex nova lex est amoris, sicut vetus timoris fuit, juxta illud Augustini: (23) „ Hæc est brevissima, et apertissima differentia duorum Testamentorum, „ timor, et amor.“ amoris autem lex neminem posse sine amore justificare videtur: et ideo peccator quamlibet attritus, ut in lege nova justus fiat, amare debet Deum suum.

13. R. penitentes in lege nova amore concomitante justificari communiter, et absque illo etiam aliquo casu raro, sicut cap. III. n. 8. stabilivi. Sedenim præsertim momentum ratione hac haud magni esse ponderis existimo; et insuper quia si lex nova, quod amoris sit, neminem sine amore justificat, lex vetus, quoniam lex amoris non fuit, homines absque amore justificavisset: hoc autem veritati obsistit, quia amor Dei ad justitiam in lege timoris necessarius magis, quam in amoris lege censeri valet, idcirco quod nemo unius sine Dei dilectione justificationis gratiam olim redeptus est, quam potest nunc indepisci aliquis ætè non diligens. Ambæ præterea et amare, et timere Deum, præcipiunt: timoris ergo, et amoris præterpropter leges sunt; tum nimirum quoniam altera magnis terroribus, ac minis in monte Sinai lata fuit; altera in Jerusalem per Spiritum Sanctum, qui amor dicitur, promulgata est. Tum etiam quia servi timore, amore vero filii parere solent: antiquitas autem cum Diaboli servi essent homines, timore præcipue, quem lex ipsa, penis gravissimis inobsequenti propositis, illis incutebat, ad obediendum ipsimet legi trahebantur: at nunc postquam ab ejusmodi servitute eos Christus eripuit, et dedit eis potestatem, filios Dei fieri, amore potius, quem Evangelium æterni gaudii promissione excitat, ad legis custodiam adlectantur. Unde ait Apostolus: (24) „ Non enim accepistis spiritum servitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus „ Abba Pater.“ Præterquamquod lex nova licet sit lex amoris, at non initialis, imperfecta, et peccato unibilis, sed perfecti potius, ac justificantis, seu charitatis adoptionem filiorum secum afferentis, quæ nos propterea Dei efficit filios: (25) „ Non enim, exponit D. Thomas, iterum in nova lege, sicut in veteri lege fuit, accepistis spiritum servitutis in timore, scilicet peccatorum, quem timorem Spiritus Sanctus faciebat: sed accepistis spiritum, scilicet charitatis, qui est adoptionis filiorum, id est per quem adoptamur in filios Dei.“ Ipse quoque B. Augustinus docet, Evangelium esse legem amoris perfecti, seu charitatis, quæ est à Spiritu Sancto inhabitante, ut constat ex his verbis: (26) „ Si spiritu inquit (Apostolus) ducimini, non adhuc estis sub lege: utique lege, quæ timorem incutit, non tribuit charitatem; quæ charitas Dei diffusa est in cordibus nostris, non per legis litteram, sed per Spiritum Sanctum, qui datus est nobis. Hæc est lex libertatis, non servitutis; quia charitatis utique, non timoris.“ Unde ex differentia duorum Testamentorum, quam assignat, necessitas non conficitur amoris initialis, quia non hujus, sed perfectæ dilectionis, seu charitatis lex novum est.

14. Arg. 5. Attritio servilis nequit in penitente salutem operari, quia: (27) „ Quæ secundum Deum tristitia est, penitentiam in salutem stabilem operatur: attritio vero non est tristitia, seu dolor secundum Deum, sed secundum nosmetipsos, quia oritur, non ex Dei dilectione, sed ex amore, quo nos diligentes, bonum nostrum optamus, malumque refugimus: proptereaque penitentiam in salutem stabilem non operatur; eam tamen operatur, si amore Dei ornetur.

15. R. attritionis tristitiam, seu dolorem esse dubio procul secundum Deum; quoniam quæ à Deo sunt, secundum Deum sunt; dolor autem, et tristitia attritionis sunt à Deo, quia attritio ipsa est Dei donum, et Spiritus Sancti impulsus. Sed audi D. Thomam: (28) „ Tristitia, et gaudium, et communiter omnis affectio ex amore causatur; tristatur enim quis, quia caret eo, quod amat. Qualis autem

C c

(23) lib. contra Adimantum c. 17. n. 2

(24) ibi lect. 3.

(27) 1. Cor. 7. 10.

(24) Rom. 8. 15.

(26) De natura, et gratia. c. 57. n. 67.

(28) ibi lect. 3.

ritatem, sed sufficit secundum probabilitatem. Hæc autem dispositio attritio est, quæ frequenter per confessionem superadjunctam, et absolutionem sacerdotis formatur per gratiam, ut fiat contritio, sive ad ipsam contritio subsequatur, et multis ibi gratia conceditur. Itaque penitens recte accedit ad Sacramentum, si habet attritionem; hæc namque licet non sufficiat ad charitatem obtinendam: si confessio, et absolutio sacerdotalis ei adjungantur, reditur preparatio apta, et sufficiens, ut contritio fiat, sive ut penitens ipse ex attrito efficiatur contritus: tunc enim ad attritionem subsequitur contritio, quoniam attrito homini conceditur gratia, quæ cum charitatis, penitentiaque virtutes adveniunt, quæ contritionem aditum emittunt. Peccatores idcirco non tenentur, ut Initialistæ clamant, ex charitate confiteri, nec cum charitate Sacramentum accipere; sed satis est, quod ad ipsum cum attritione accedant. Et hoc iterum tradit subjiciens: (7) „Concedo ergo, quod non est necessarium, nec obligatur quis, confiteri ex charitate: sed tenetur confiteri vel ex charitate, vel ex dispositione ad charitatem disponente sufficienter vel secundum probabilitatem, vel secundum veritatem.“ Justus confitetur ex charitate; peccator ex dispositione verè, aut probabiliter sufficiente; et hæc dispositio attritio est. Contritio præterea gratiæ tribuit consortium æjens: (8) „Contritio dicitur duo, quia dicitur peccati detestationem, et dicitur gratiæ informationem.“ Contritio ergo si dicitur gratiæ informationem, haud prævia, ut Initialista etiam vult, sed concomitans est ad gratiam preparatio. Quod amplius ita edisserit: (9) „Justificatio tripliciter dicitur. Uno modo dicitur justificatio ad justitiam preparatio: et huic quidem necessaria est attritio, vel dolor. Alio modo justificatio infusio, et huic necessaria est infusio gratiæ, et exclusio culpæ. Tertio modo justificatio est in justitia exercitatio: et huic quidem necessaria sunt duo à gratia, et duo ab anima, scilicet motus liberi arbitrii, et contritio.“ Attritionem hic prævia dicit preparatorem, contritionem vero concomitantem: et hæc non ante gratiam, sed cum ejus infusione, cum justificatione, justitiæ exercitacione, et peccati expulsionem adesse statuit. Ibi item semel, et iterum astruit, contritionem esse cum infusione gratiæ. Insociabilitatem exitialis culpæ cum verè charitatis amore similiter stabilis inquirit: (10) „Charitas nunquam potest esse informis, nec esse cum peccato, quia adus ejus est diligere propter se, et super omnia, qui removetur per omne peccatum.“ Ruert ratio isthæc, si dilectio, et peccatum aliquando convenirent; tunc enim dilectio, non removeretur per omne peccatum, ob idque charitas esse posset informis. Amorem aliquid erga Deum peccatori indulget: aut concupiscentiæ, non charitatis, quia non est amor Dei propter se, et super omnia: (11) Nullus autem peccator est, ait, qui diligit Deum propter se, et super omnia. Et consequenter docet, quod amor informis esse nequit, sicut est timor multoties: (12) „Ad illud quod objicitur, addit, quod ex fide informi debeat generari amor informis, sicut et timor. Dicendum, quod non est simile, pro eo quod majoris perfectionis est amor, quam timor, et magis recitificatur anima in rectè amando, quam in rectè timendo: et hæc, quia amor est principium omnium affectionum, sicut dictum est superius.“ Si amor esse nequit informis, non prævia, sed concomitans est dispositio. Ad hæc, penitentiam ex timore, et non ex amore concipi, ita ostendit: (13) „Ex hoc patet etiam, quare magis dicit, (Magister) timore, quam amore, (penitentiam) concipi quia peccator non habet amorem Dei, sed sui.“ Initialistæ vero inquirunt, in peccatore esse Dei amorem, et ex eo penitentiam generari. Vide infra cap. XXX. n. 10. et 27.

7. Cuncta hæc dixi, ut palam fieret, inter Antiquos etiam Scholasticos, quos pro se, et pro contritionis necessitate laudare solent Initialistæ, nonnullos doctrinam, et sandimoniam celebres exitisse, qui Attritionistarum dogmata docuerint. Alii forsitan censuerunt, attritionem disponentem esse insufficientem, sed hoc mirum non est; cum namque aliter, ac nunc accipitur, quondam aliqui usurparunt, ut constat ex his ver-

(7) ibi. (8) ibi. (9) ibi p. 1. a. 1. q. 1. (10) 1. Sent. d. 17. p. 1. In expositione litteræ.
 (11) 1. Sent. d. 17. a. 1. q. 4. (12) ibi.
 (13) 4. Sent. d. 14. p. 1. a. 1. q. 1.

bis S. Bernardini: (14) „Attritione autem cor peccatoris solum in aliquas partes frangitur. Dicitur enim res attriti, quando solum res in diversas partes diminuitur, et comminuitur; sic cor hominis in partes frangitur, quando solum de magnis peccatis dolet, sicut de homicidio, prodicione, incendiis, perjuris, blasphemis, sodomis, et manifestis usuris, seu rapinis, de adulteris, stupris, et consimilibus de parvis autem culpis, licet mortalibus, non multum curat, neque de eis dolet. Cum autem non solum attritione, sed veraci contritione cor peccatoris contritum fuerit, dolor, et veraciter conteretur de omnibus peccatis, et culpis commissionis, et omissionis, magnis, et parvis.“ Attritio in hoc sensu ad justitiam satis non est, et illam forte sic acceperunt, qui eam olim insufficientem existimaverunt: sed quæ sufficiens cum Sacramento nunc dicitur, de cunctis peccatis mortalibus dolor est. Quapropter ad justificationem ultra attritionem, seu timorem, ipsemet S. Bernardinus (15) merito poscit et contritionem, et dilectionem: has tamen haud prævias, sed concomitantibus aggregare videtur dispositionibus subdens: (16) Secundum Scotum in 4. dist. 20. licet ad veram contritionem concurrat timor humilians, debet tamen concurrere amor inflammans. Unde etsi in peccatore iustitiam timor pœnæ, superveniens tamen amor talem timorem debet repellere, sicut 1. Jo. 4. scriptum est. Timor non est in charitate, sed perfecta charitas foras mittit timorem. Amor iste (ac subinde contritio pariter, quæ ex illo oritur) concomitans est, non prævia, et initialis; hic enim neque perfecta esset charitas, neque timorem expelleret, sed cum eo existeret in peccatore penitente. Insuper contritionem (ac proinde amorem item, quo illa constat) à gratia docet exire æjens: (17) „Attritio elicitur à voluntate; contritio vero à gratia: quæ autem à gratia elicitur, non prævia, sed concomitanter ad eam suscipiendam disponunt. Scire tamen est, Morinum ultra fateri, (18) quod ante Tridentinum communitur Theologi docebant, sufficere attritionem ad gratiam in Sacramento obtinendam: addit vero, quod attritionis nomine dolorem intellexerunt non aliunde excitatum, quam ex motivo charitatis, et initiali amore Dei. Atverò amor, quem Doctores antiqui, ut plurimum, exigunt, non est super omnia, ac propterea nec charitatis, juxta dicta cap. II. n. 3. Si tamen, qui Contritionistarum errori adhaeruerunt, amorem charitatis ante Sacramenti receptionem præceperunt perfectum utique, ac justificantem: sed amor iste non prævia ad gratiam, sed concomitans est preparatio. Quapropter Morino libenter assentiendum, eos omnes, quibus olim attritio non solum de maximis, sed de sceleribus cunctis exitiosis dolor fuit, ipsam sufficere communitur docuisse; verum absque prævia, et informi amore veræ charitatis. Sciendum ulterius, quod Berti de erroneo Contritionistarum opinamento disserens, quod ipse respuit, ait: (19) „Hæc autem ideo commemorata sunt, ut opinionem illam Antiquorum vindicaremus, atque ut percipiant Adversarii, non proinde nos futuros fore devotos, si fateremur, necessariam in Sacramento contritionem, et charitatem, quæ justificet apud Deum.“ Atverò ipse falsam opinionem, et Ecclesie documentis parum conformem vindicare, extrarium satis censo: atque idcirco si illius scelerem esse convinceret, nedum me devotum profiterer, sed eam illico, et cordiculus ejutarem, ne doctrinæ Ecclesie, à qua nec transversum, quod ajunt, unguem discedam, viderer contraire.

8. Arg. 2. Sancti Patres hæc sæpe regulam tradidere. Tene certum, dimitte incertum: cum qua difficile conciliatur doctrina de sufficientia attritionis; qui enim, inquirunt, eam amplectitur, certis incertæ præponit, nempe attritionem servilem amoris charitatis: deserenda ergo est doctrina hujusmodi.

9. R. profatum illud Patrum prudentissimum, tenuissimum, et ab omnibus esse tenendum; sed neutiquam è re nunc videri, quia certè omnino nil prædictam sufficientiam aversantes ipsius loco fidelibus proponunt: initialem quippe amorem peccati socium, quem præcipiunt, non modo incertum, sed et impossibile rentur Auditores in-

(14) Feria 3. post Dom. 1. Quaalrag. Sermon. 12. a. 1. c. 3.

(15) ibi.

(16) apud Benedictum XIV. de Synodo Dioc. l. 7. c. 13. n. 4.

(17) 2. 1. c. 1.

(18) 2. 1. c. 1.

(19) l. 34. c. 6.

CAPUT XXIII.

Alia infirmantur Initialistarum argumenta.

1. **P**ost SS. Augustini, et Thomæ auctoritates, momenta etiam alia, quo attritionis insufficientiam, amorisque prodant necessitatem, ut impius ad justificationis gratiam satis se aptet, Initialistæ exhibent, quæ discutere in præsentia est.

2. Argumentantur ergo Ii, Nullus Pater, nullus Doctör ante seculum decimum tertium attritionis nomine usus est, ut dolorem Sacramento prærequisitum significaret. Nec Hugo, nec Richardus à S. Victore, nec Gratianus, nec Petrus Lombardus Magister Sententiarum, nec Ii Scholastici, qui eundem Lombardum audierant, termini attritionis meminere. Ita arguit Gaspar Jueninus. (1)

3. R. neque termini *amoris initialis* priorum temporum Auctores meminisse: et moletur propterea, utrum quis eo usus fuerit, ad significandum amorem supernaturalem charitatis peccato mortali unibilem ante exortam hæresim Baji, qui charitatem, et gravem culpam copulavit. Præterea imbecille satis, ac vi descriptum argumentum hocce, quod aliis quoque Initialistis familiare est, habendum arbitror, ex quo Tridentinum Concilium attritionis nomen de Penitentia materia disserens, usurpavit: hac enim de causa *Consubstantiale, Transubstantiatio*, similiaque nomina antiquis Doctöribus vel inusitata, vel incognita, innoxie ab omnibus hodie usurpantur, quod Ecclesia in Generalibus Synodis, ut fidei veritates aptius, clariusve traderet, ea recepit, ac veluti sacravit. Et in hoc attritio initiali amor valde præstate dignoscitur; hujus quippe amoris in nullo Generali Concilio, quod ego sciam, expressa habetur mentio, nullum de Penitentia Sacramento agens, eum recordatur; unde ille potius ratione hac rejici debet, quam attritio, cujus siganter de Penitentia ipsa tractans, meminit Tridentinum. Præterquamquod etiam attritionis nomen antiquo Auctores iugerit, significantia verò illius ipsis fuit compertissima; quia penitentiam gehennæ metu peragendam, in qua attritio est, omnis Scriptura loquitur, omnes Patres prædicant. De Penitentia tamen, quæ ex amore initiali peccato mortali unibilem progrediatur, ac de amore ipso silent omnino. (2) „ Ut in primis, ait Benedictus XIV, de ipso attritionis vocabulo aliquid dicamus, illud non esse antiquissimum, neque ante annum 1220 in Scholis vulgari ceptum, eruditi omnes optime norunt cum Morino de Penitent. lib. 8. cap. 2. n. 14. Quod tamen per nomen significatur, et Patribus, et Theologis semper perspectum fuisse, nemo dubitat.“

4. At animadvertendum putaverim, plures olim docuisse, peccatores, antequam Penitentia Sacramentorum suscipiant, contritionem perfectam, id est charitatis virtute, et sanctificante gratia orantam efficere teneri, qua interiori, et coram Deo justificatores per ministerium autem Sacerdotis à pena idcirco, et non à culpa absolvi, atque ad Sacramentorum participationem admitti. Huic sententiæ, inquit Bertii (3), Permulti veterum adhaerent, Hugo Victorinus, Richardus, Albertus Magnus, Alexander Alensis, S. Bonaventura, Gabriel Biel, alijque quamplurimi. Sententia isthæc quamquam plurium virosum et doctrina, et sanctitate insignium auctoritate sit fuleta, et licet non de contritione absque ordine ad Sacramentum, sed de eadem, ut vortum in se habet illud suscipiendi, intelligatur, periculosa hodierna luce creditur fere ab omnibus quia etiam proscripserit ab Ecclesia expressè non sit, veritati admodum obistere videtur: quandoquidem Penitentia Administrum veram habent potestatem absolventi homines à peccatis ab ipso Sacramento Auctore promanantem, juxta illud: (4) „ Accipite Spiritum Sanctum, quorum remiseritis peccata, remittantur eis, et quorum retinueritis, retenta sunt.“ In memorata autem sententiâ potestas illa haud quidem

(1) Div. c. de Penit. q. 4. cap. 4. art. 1. §. 2.

(2) de Syn. l. 7. c. 13. n. 2.

(3) l. 14. c. 5.

(4) Joan. 20. 22.

circæ peccata foret, sed circæ penas; et ab his, non ab illis absolvent Sacerdotes. Deinde S. Pius V. hæc Baji theses dicit devovit.

54. „ In peccato duo sunt, actus, et reatus: transeunte autem actu, nihil manet, nisi reatus, sive obligatio ad penam. Unde in Sacramento Baptismi, aut Sacerdotis absolutione proprie reatus peccati dumtaxat tollitur: et ministerium Sacerdotum solum liberat à reatu.“

55. „ Peccator penitens non vivificatur ministerio Sacerdotis absolventis, sed à solo Deo, qui Penitentiam suggerens, et inspirans vivificat eum, et resuscitat; ministerio autem Sacerdotis solum reatus tollitur.“

Ab improba hæc Baji doctrina nihil, aut parum dissidere Antiquorum sententiam quis non viderit? Ipsi enim docuerunt, peccatores ante Sacramenti receptionem contritione perfecta vivificari, seu justificari; ac propterea in Sacramento ipso per ministerium Sacerdotum à pena, et non à culpa absolvi. Insuper Concilium Tridentinum ait: (5) „ Si quis dixerit, Sacramenta novæ legis non continere gratiam, quam significant, aut gratiam ipsam non ponentibus obicem non conferre... anathema sit. Si quis dixerit, per ipsa novæ legis Sacramenta ex opere operato non conferri gratiam, sed solum fidem divinæ promissionis ad gratiam consequendam sufficere, anathema sit.“ Synodica isthæc decisio Baptismum, et Penitentiam potissimum concernit, quæ ad id invitata dicuntur, ut homines impios à peccatorum macula abluant, et gratiam, quam primam vocant, eisdem conferant; qua etiam ratione mortuorum Sacramenta nuncupantur, utpote ab hominibus nondum gratia vivificatis, sed culpa mortuis, ut plurimum suscepta. Ast si vera esset Antiquorum sententia, Penitentia foret vivorum Sacramentum; reciperetur enim ab homine per gratiam jam vivificato, proptereaque nunquam gratiam ex opere operato conferret, nunquam produceret, neque contineret siquidem Sacramenta gratiam in se non habent, quam nunquam efficiunt.

5. Momenta hæc aut erroneam, aut errori proximam liquidò ostendunt antiquorum opinionem; et ideo silere potius, quam de illa loqui, decebat in præsentiarum, venerationis ergo, qua illi digni sunt: nec illorum nomen Attritionistis millies obtrudere oportebat, sicuti Adversarios faciunt, perpetuo vociferantes, Doctores præcos charitatem, et contritionem perfectam pro digna Penitentia receptione præcipisse; quæ enim veritati adversantur, nemini obijcienda sunt placita, neque horum molitoribus auctoritatis, dum illa edunt, quidquam inest. Maxime cum præcos doctrina valde sit ab Initialistarum sensu dissentanea, eisque idcirco nil faveat: siquidem charitatem initialem peccati societatem minime abhorrentem, pro qua recentiores pugnant, veteres illi, ut arbitror, non docuerunt; propugnarunt quidem contritionem, et charitatem ante Sacramentum; et non ante gratiam, uti Initialistæ: quinimo in ipsa contritione hominem coram Deo justificari, et à culpis expiari affirmarunt. Unde simile vero est, quod charitatem præviam, et non justificantem nescierint. Ceterum licet Contritionista, et Initialista dissentiant, hæc ad illius errorem non nihil accedere videtur, secus autem Attritionista; etenim ante Sacramentum Contritionista postulat perfectam charitatem, et contritionem; Initialista imperfectionem, Attritionista nullam.

6. Memoratus Antiquorum, seu Contritionistarum error Doctöribus Scholasticis, qui ante Tridentinum vivere, describi solet indiscriminatim: sed nonnulla aliqui ex ipsis tradunt, quæ non errori, sed attritionistico apprime congruunt systemati. Superius jam ostensum est, Angelicum Magistrum attritionis sufficientiam docere, necnon dilectionem Dei, et super omnia, concomitantem esse dispositionem, non antecedentem. Eadem omnino docet S. Antoninus, ut dixi cap. X. n. 14. Ex D. Bonaventura aliqua dedi testimonia ibidem n. 13. et cap. VIII. n. 19. Attritionistis propitia satis; alia insuper in eo invenit, quæ amplius, et luculentius eisdem ipsis lavent: Sufficientiam attritionis sic statuit: (6) „ Dico, quod ad Sacramentum Penitentia non est necesse, quod accedat habens charitatem, vel dispositionem ad charitatem sufficientem secundum ve-

(5) Sess. 7. can. 6. et 8. de Sacramentis.

(6) 4. Sent. d. 17. p. 1. q. 4.

est amor, talis est tristitia ex amore causata. Cum vero in homine attrito, non charitatis, que Deum in se bonum, sed spei solum, qua ut bonum nobis cum incuetur, amor reperitur, illius tristitia haud quidem secundum Deum in se bonum, et propter seipsum amabilem, sed secundum Deum nobis bonum, seu remuneratorem dicenda est, quia, qualis est amor, talis est tristitia ex amore causata. Insuper tristitia illa secundum Deum punientem etiam est, seu secundum Deum iudicem, et vindicem; sic namque à timore, quo attritio prodit, prospectatur.

16. Arg. 6: Actus, quo homines seipsum amant, obex potius, quam dispositio ad gratiam, ob idque noxius admodum eisdem esse solet: attritus autem homo amore sui quidquid agit, prestare videtur, eo enim captus, et ductus ab aeterna damnatione sibi impendente sese proripere graviter studet; et ideo accipiendae gratiae impediri magis quam expeditis, et aptus censeri debet, quoadusque amorem habeat, quo opera sua in Deum dirigat, et propter eum efficiat.

17. R. argutatione hac attritionem non esse dispositionem ad gratiam, imò et noxiam hominibus exare, conspicue ostendi: utrumque autem contra Tridentinum est. Deinde homo seipsum non odio habere, sed amare tenetur in ordine ad Deum: quapropter actus, quo nulla Dei habita ratione, vel ipsius offensione, sese amat, noxius quidem est, ac detestabilis, quia finis ultimi contemplatum, qui in Deo unice ponendus est, ab eo per summum nefas subripit, et in se ipso, aut in re alia creata locare audeat: attamen opus illud, quo in ordine ad Deum beatitudinem, seu aeternam beatitudinem à Deo obtinendam semetipsum diligit, laudabile est, ac innocuum: et ita se amat attritus homo; siquidem sui amor incitabulo ipsi est, ut credat, speret, atteratur, et cetera praestet, quae ad nanciscendam gratiam, charitatemque necessaria sunt, quae Deum diligit, ejusque gloriam mereat, et consequatur.

18. Arg. 7: Mulier, qua in adulterio deprehensa est, inquit Berti (29) „et per mota sola egestate, aut timore, peteret donati veniam, virique consortio, nunquam id assequeretur, si maritus gravi affectus injuria, aversum à se mulieris animum introrsus, piceret: non ita tamen si foret ille timor uxoris castae maritum suam diligenter. Pari itaque ratione attritus homo si non amore erga Deum, sed solo timore afficiatur, culpam veniam non impetrabit.

19. R. quod hominis cor initialiter Deum diligentis aversum à Deo foret, sicut cor adulterae timentis, et non diligentis à viro suo esset item aversum; nam aversio ab incommutabili bono, qua aut in noxa consistit habituali, aut cum ea est indivisum, haud quidem initiali amore, sed gratia, et charitate auferri duntaxat valet, ut docet D. Thomas dicens: (30) „Non ergo potest praedicta aversio removeri, nisi fiat conjunctio ad bonum incommutabile, à quo homo per peccatum discessit. Hac autem conjunctio non est, nisi per gratiam, per quam Deus mentes inhabitat, et mens ipsi Deo per amorem charitatis inhaeret. Unde ad sanandam praedictam aversionem requiritur gratia, et charitatis infusio, sicut ad sanationem caecitatis requiritur res, titutio potentiae visiva. Porro amor initialis cum gratiam anteiret, et charitatem, neque Deum in nobis habitare, neque nos faceret Deo conjungi, eique inhaerere; subindeque aversionem illam non extingueret. Relinqueret ergo cor hominis à Deo aversum, sicut illud sinit servilis timor: quocirca si iste hac de causa existimatur incongrua ad inveniendum culpam veniam dispositio, ille similiter indonea ad id erit praeparatio; et inutiliter idcirco introducitur ad evertendum humani cordis aversionem, ipsumque converendum in Deum. Praeterea mulier adultera animum suum, quem à viro aversum habet, convertere ad eundem sincere, cum voluerit, potest, quia hac conversio naturalis est: verum attritus homo, quem à Deo avertit culpa, ad eum iterum redire perfecte nequit, nisi Deus ipse sua gratia aversionem hanc, et una culpam destruat, et cor illius ad se convertat: et ideo dicitur: (31) „Converte me, et convertar, quia tu Dominus Deus meus. . . (32) „Converte nos Domine ad te, et con-

(29) Prop. 5.

(31) Jerem. 31. 18.

(30) de verit. q. 28. a. 2. c.

(32) orat. ejusdem 21.

vertemur. Habet insuper femina illa liberam, ac expeditam voluntatem, ut amet, cum ei liberit, virum suum; at vero peccator ut Deum supernaturaliter diligat, vim ex se non habet: et adeo mulier, priusquam viro suo reconcilietur, cum amare, ad ipsumque perfecte potest converti: at peccator neque Deum diligere, neque ad eum redire valet perfecte, ante reconciliationem, sive antequam gratiam, et charitatem accipiat; conversio enim pravia, dispositiva, et imperfecta fit attritione, ut dictum est superius: quapropter satis est homini jam attrito, quod charitatem, et gratiam, quibus perfecte converteretur, poscat, et querat in Sacramento, Deumque in sua justificatione concomitantè amet. Denique adultera metus naturalis omnino est, et forte adulterii appetitionem non excludit: à quo idcirco in attriti hominis timorem, qui supernaturalis, ac Dei donum est, et peccati desiderium penitus profligat, nulla potest argutatio efformari, quia ex naturalibus ad supernaturalia concessio recta non est.

20. Et mirari satis nequeo, quod Anti-Attritionarii clarissimi metum adulterae, latronis, et similibus, qui etiam dum à malo abstinent, illius fruendi servare intus solent pravam cupiditatem, perpetuò in re hac Attritionistis objiciant, ac potissimum ut evadant, timorem hominis attriti interiorè peccandi voluntatem, seu internum flagitii desiderium non excludere: quae quidem exempla opportuna valde, meo iudicio, non sunt: tum quia fur, et mœcha poenam metuunt temporalem, at homo attritus sempiternam timet; et timor isthic validior ex se est ad cohibendum animum, retrahendumque à peccato, quam metus ille. Tum quia è re naturali, ut est latronis, et adulterae formido, coniectare quis: tato nequit, quid supernaturalis virtus, qualis est attriti hominis timor, efficere possit, vel non possit in nostris cordibus. Imò qui hujusmodi conjectiones ceu rectas admitteret, rebus, quae supra naturam sunt, parum consulere videretur: quandoquidem si Initialistae fas est dicere: „Metus naturalis internum peccati desiderium non tollit: illud ergo nec supernaturalis timor excludit: cuiusmodi item asserere licebit. Homo naturae viribus nequit credere, sperare, ac diligere, sicut oportet, ut ei justificationis gratia conferatur: igitur nec Spiritus Sancti inspiratio, et adjutorio id prestare valebit. Ac similiter: „Homo virtute sua naturali non potest mortuos suscitare, aliave patrare miracula: ergo nec supernaturali virtute illa, valet edere. Actum omnino foret de operibus cunctis supernaturalibus, si hujusmodi argutandi rationem adhibere cuivis impunè liceret, vellemque propterea, quod doctissimi Adversarii, cum de digna, ac supernaturali dispositione ad Penitentiam, et de virore à Spiritu Sancto in ordine ad justificationem nostram incusso disceptatur, supernaturalium frequentius, quam naturalium rerum, seu timorum exemplis uterentur: sed aliter profecto sentiunt illi, quia nimirum:

„Velle suum cuique est, nec voto vivitur uno.“

Ipsemet Berti ingens revera, et immane admodum discrimen quod inter praedictos metus naturales, et supernaturalem reperitur, probè agnoscit, et ita edisserit: (33) „Si ne si servilitas ipsa sit causa timoris, ut in ijs accidit, qui timent, ne à noxijs cupiditatibus distrahantur, sicut adultera timet, ne veniat sponsus, à quo illicitos amplexus cogatur dimittere, et lupus timer canem latrantem, ne praedam, quam rapuit, cogatur desserere, manifestum est, noxium, et à cupiditate esse hunc timorem, quem Schola serviliter servilem appellat. Quando autem servilitas non est causa timendi, sed adhuc in eo, qui timet, servilitas ipsa permanet, quia nondum fide praesente, ac Spiritu Sancto movente, gehennam timent, sed nondum excitantur flammulis charitatis, utilis timor est, sanctus est, et charitati viam stetit, quoniam ducit ad amorem justitiae, pellit consuetudinem malorum operum, charitati locum servat, et dum homines per timorem continent se à peccato, fit consuetudo justitiae, et incipit, quod durum erat, amari. Hæc ex Augustino timori supernaturali tribuit elogia: attamen cum de eo agit contra Attritionistas, adulterae, et latronis, lupi-

(33) Tom. 7. diss. 3. c. 8. 5. 6. n. 25.

que producit, et urget non semel exempla. Ac numquid urgentia argumenta ipsa erunt? Numquid timor noxius, et à cupiditate vitiatus medium est opportunum ad arguendum contra timorem utilem, sanctum, fide innixum, à Spiritu Sancto injectum, et alia, quae recenset, multa nobilissima obeantem? Suasu id difficile, ac impossibile dicam, existimare quis possit: Animadvertendum praeterea, eisdem et ponderandum, quod timor sanctus, quem describit, in eo sit, qui adhuc illicitis oblationibus adhærescit; ista namque vera peccata sunt contra Deum: quomodo itaque qui eis indulget, timorem Dei sanctum habebit? Oblationes ipsae, quae illicitae sunt, charitatem, et amorem justitiae destruant, consuetudinem malorum operum introducant, homines peccare faciunt: quomodo igitur is, qui illis adhærescit, timorem una habere poterit, qui charitatem viam sternat, ducat ad amorem justitiae, pellat consuetudinem malorum operum, et alia praeterea, quae ipsi attribuit? Metus insuper si et noxius, et à cupiditate vitiatus, cum servilitas ipsius causa est, existit, servilis timor interni neque utilis, neque sanctus, neque recensitis aliis ornatus excellentis, sed noxius, et à cupiditate vitiatus erit, ne volunt haeretici: nam servilitas in ipsa consistit noxa, et ob hanc solummodo infernus serviliter timetur: quid enim causa, ut illum pertimescat, peccatori inest, nisi peccatum? Culpam si tollas, metuenda gehennae ratio suppetit nulla. Haec quoque ipse ait: (34) „Nec in ipsa republica laudantur qui servant legem sola poenarum formidinis, et Horatii ad Quintium plena sententia haec est:

- „Cautus enim metuit foveam lupus, accipiterque
 „Suspectos laqueos, et operum milvius hamum.
 „Oderunt peccare boni virtutis amore.
 „Tu nihil admittes in te formidine poenae.
 „Sit spes fallendi, miscetis sacra profanis.“

Idcirco autem haec commemoravi, quod hanc sententiam alii quoque Initialista in praesenti concertatione producant, sed inepte, ut reor; nam Deus ipse in Scriptura ad praeceptorum suorum observantiam nos sæpiissime vocat comminatione supplicii, cuius proinde timore probe illa servantur, et quod Horatius aliud moncat, nil prorsus refert: unde quidquid sit de republica, (in qua saltem qui iussum meta facit, à poena violatori illius constituta liberatur) in Ecclesia digni laude sunt revera, qui leges quasdam poenae servant formidine. Impius itaque dum respicit, et ad justitiam comparat, poenam aeternam metuit, et hoc metu actus iussa custodit credendi, sperandi, dolendi de peccatis: ipsi vero actus fidei, spei, et doloris boni, ac propterea laudabiles, imò supernaturales ad gratiam sunt preparationes. Quin etiam is, qui fide praesente, ac Spiritu Sancto mōvente gehennam timet, sed nondum excitatur flammulis charitatis, timore ipso charitativam sternit, ducitur ad amorem justitiae, pellit consuetudinem malorum operum, charitati locum servat, continet se à peccato, assuescit justitiae, et incipit, quod durum erat, amare: ita nimirum legi parat, seipsum ad gratiam comparandi: nonne autem haec agens laudem potius meretur, quam vituperium? Resciciendum ergo omnino est in praesentia Horatianum monitum, consulendumque peccatoribus, quod actus fidei, spei, doloris, ac memorata cetera poenae formidine in se admittant, et exerceant, ut ad gratiam disponantur: imò et monendi illi sunt, ut leges, quae sine charitate impleri possunt, poenae metu custodiant, ne eas perfringentes, Deum iterato offendant, et alla ob id mereantur supplicia. Quod si quis huiusmodi legum custodes non laudet, eas contendens non timore, sed amore, et charitate esse servandas, satis accedere videbitur ad istam Baji damnatam sententiam: 16. „Non est vera legis obedientia, quae sit sine charitate.“ et ad hanc Quesnelli: 47. „Obedientia legis profluere debet ex fonte, et hic fons est charitas.“ Quando Dei amor est illius principium interius, et Dei gloria ejus finis, tunc purum est, quod apparet exterius, alioquin non est nisi hypocrisis, aut falsa justitia. Scias item velim, thesīm hanc cum remissione ad praesens Bertii argumentum in indice Operum illius verbo *Timor* reperiri: „Timor servilis sine charitate initiali videtur venia in-

„dignus.“ Durissima quidem, ingenuè fateor, propositio ejusmodi mihi visa est, etenim prava dumtaxat opera indigent venia, et ejus eger timorem, ac pravum esse propterea, thesis indicat: at vero timor servilis sine charitate initiali est bonus, supernaturalis, utilis, sanctus, via ad charitatem, ad amorem, ad justitiam, et ceteris fulget praerogativis, quas arguens ipse eidem ultro concedit; et ideo indignus venia illis unice valet videri, qui cum malum arbitrantur, improbant, damnant; et hi sunt haeretici. Quinimo tolerabilis fortasse fuerit, timorem hunc malum nuncupate, quam dicere, ipsum venia indignum videri; siquidem res, quae tamquam venia indigna traditur, non mala utrumque, sed insigniter prava, et perversa valde communiter existimatur. Praeterea quod Spiritus Sanctus auctor est praecipuus timoris praefati: dices autem, Spiritum Sanctum ut praecipuum auctorem quidem in nobis operari, quod venia indignum videatur? Vera id mihi blasphemia videretur.

21. Arg. 8. „Principalis questio est, Christianus Lupus auctor, (35) an peccator sine fide in Deum, seu sine casta affectu saltem super omnia Dei dilectione possit Divinae Majestati reconciliari? Partem affirmativam constanter assero, esse immobilem fidei Romanae articulum, de quo usque ad Melchiorum Canum nemo fidelis dubitavit.“ Haec ille de Initialistarum sententia: quis ergo fidelium ei ausit refragari?

22. R. Constanter asseverandum, Initialistarum opinamentum nullomodo esse Romanae fidei articulum, quia vel ipsi Romani Pontifices farentur, ut dicam cap. XXVIII. q. 3. questionem hanc adhuc à S. Sede non fuisse decisam, et insuper Attritionismo satis favent, sicut cap. X. stabilivi. Profecto si Initialismus articulus fidei fuit olim, est et nunc, quia fidei articuli sunt invariables; et ideo Attritionista illum negantes haeretici sunt: imò et haesiarcha, quod haeresis hujus auctor princeps steterit, Canus erit: eos autem censura huiusmodi taxare, prohibet Alexander VII. decreto cap. IV. relato: Eundem Canum, ob intrusas in Ecclesiam has vorum novitates“ uti virum detestabilem traducit laudatus Lupus, (36) qui et ait: (37) „Proximum, ac immediatum verum penitentiae principium scribit (S. Thomas) esse timorem filialem, quae usque ad Melchiorum Canum fuit sententia omnium Christianorum.“ Morinum praeterea laudat (38) affirmantem, quod Canus et Attritionismi auctor sit, et doceat, eum, qui attritionem cum Sacramento habitualiter, justificatus fuerit, dilectionem Dei salutis obtinenda causa elicere, nullo unquam temporis momento teneri. Ceterum immerito, et atroci admodum injuria clarissimi, ac religiosissimi Theologi haec dicuntur omnia. Canus in primis Attritionismi assecla fuit, ac non auctor: et licet attritionis voce, quae nova est, usus fuerit, eam tamen minime fabricavit, cum ante ipsum in Scholas, et in Ecclesiam jam esset introducta. Timor filialis est principium penitentiae concomitantis, nempe contritionis; attritio enim, quae praevia est penitentiae, à metu servili oritur: haec est doctrina S. Thomae, quam cap. I. num. 7. retuli: et huic conformis est opinio Cani, qui idcirco nil in S. Doctorem, nec contra sententiam omnium asserit Christianorum: Canus denique, etsi Attritionista, pessimam, ac plane erroneam doctrinam, quam ex Morino eidem affinxit doctus ille Belga, nullibi tradidit: quin Attritionistarum placitum, quod ut fatetur apud eundem (39) Morinus ipse „Scholas omnes pervasit“ sedari quis bene poterit, et insimul doctrinam illam damnare? Ego saltem illorum partes amplector, et omnes ligari sentio, Deum super omnia amare in justificatione, in articulo, vel periculo mortis, ac saepius etiam in vita. Et hac occasione argumenti pro Cano dicta sufficiant: sed viderit ejus inseñator, ne prava doctrinae labe, quam alteri imponit, ipse maculetur; aliqua namque docet, quae id videntur indicare. De attritione agens inquit: (40) „Omni veram, licet imperfectam, quae passim attritio dicitur, contritio- nem esse essentialiter puram Dei charitatem, lucide edicunt verba (Tridentini) ista: „Deum tanquam omnis justitiae fontem diligere incipiunt. Item: quamvis sine Sacramento Penitentiae per se ad justificationem perducere peccatorem nequeat, tamen eum

(35) Ep. ad Henricum Noris c. 5. accus. 10.

(36) Ibi c. 4.

(37) Ibi c. 5. accus. 7.

(38) Ibi c. 4.

(39) Ibidem.

(40) Dissert. de contr. et attrit. c. 3.

ad Dei gratiam in Sacramento Penitentiae impetrandam disponit: utique proxime, et sufficienter." Et loquitur Lupus de charitate actuali, addit enim: (41) „Attritio seu imperfecta contritio, ut vera sit, omnino esse debet germana, et quidem affectu saltem super omnia Dei dilectio." Hoc vero ex verbis Tridentini non deducitur, attritio quippe, etiam sine dilectione, bona, et supernaturalis, ac proinde vera est, nam Alexander VIII. hanc thesim damnavit: 15. „Attritio, quae ex gehennae, et poenarum metu concipitur sine dilectione, benevolentiae Dei propter se, non est bonus motus, ac supernaturalis." Deinde attritio dolor est, charitas amor: numquid autem dolor est essentialiter amor? In isto illum fundari, ex Augustino, et Thoma dixi cap. XX. n. 6. nos enim dolemus, cum re quapiam quam amamus, caremus, vel amittimus: sed quod dolor sit essentialiter ipse amor, ipsa charitas, certum non est. De observantia legis ait: (42) „sine hac (dilectione) nullam impleri legem, nullam servari Domini mandatum, nullum mentis nostrae opus, aut motum esse, quemadmodum oportet, bonum, clamat assidue S. Augustinus." Id autem simile videtur duabus propositionibus Baji, et Quesnelli, quas supra n. 20. transcripsi. Timorem gehennae supernaturalem esse, negat aiens: (43) „Laudatus timor (gehennae) licet infusus, ac supernaturalem fidei actum frequenter praeponat, non est tamen ipse actus infusus, aut supernaturalis:" ait Alexander VIII. thesim hanc proscripsit: 14. „Timor gehennae non est supernaturalis." Et quamvis timor iste, ac exortus ab eo dolor de peccatis, nempe attritio, supernaturales sint ita de eis affatur: (44) „Seryillis gehennarum metus, ac ex ipso solo natus de peccatis dolor revera per comminantem Dei legem excitatur in homine, est carnalis, et iudaeica legis iustitia, opus humanarum virium." Simile quid habet Quesnelliana ista assertio: 63. „Baptizatus adhuc est sub lege sicut Judaeus, si legem non adimpleat, aut adimpleat ex solo timore." Hae etiam de timore ait: (45) „Quod gehennarum metus solum manum, et alia membra compescat, non cor a pravis cupiditatibus expurget, sed ipsas intra illius claustrum damtaxat liget, est supra abunde ostensum. Quod desideria ista solo Dei amore extinguantur, est etiam constantissima S. Augustini doctrina." Ceterum haud Augustini, sed Quesnelli doctrina hae videtur in reprobatis haece ejusdem Quesnelli documentis contenta: 61. „Timor non nisi manum cohibet, cor autem tandem peccato addicitur, quamvis ab amore iustitiae non ducitur." 62. Qui a malo non abstinet nisi timore poenae, illud committit in corde suo, et jam est reus coram Deo." Alia possem ipsius Lupi asserta referre, quae aut suspectam, aut erroneam, meo iudicio, continent doctrinam; sed relata satis erunt, ut perspicuum fiat, eundem ipsum a probo, quod Cano imponere nititur, non esse immunem.

23. Arg. 9. Scholasticus quidam, ut Natalis Alexander, Bertel, et alii narrant, susceptis in ultima infirmitate cum dolore, et lachrymis Sacramentis, Parisiis obiit, et damnatus est: postea vero magistro suo apparens dixit: „Penitentia mea, et lachrymae illae non fuerunt ex amore Dei, et principaliter propter Dei offensam, sed propter timorem inferni, ne ad illum deputarer, et ideo mihi non valuit." Ut igitur attritus homo ab inferno liberetur, penitentia ex Dei amore ornatus Sacramentum accipere debet.

24. R. Quod causa excidisse illi videntur, (si tamen historiolorum huiusmodi fides adhibenda) qui simili testimonio utuntur; etenim graviore, probatiorisque non habere testes censerit utique possunt, dum damnatum hominem, scilicet Dei, atque idcirco veritatis inimicum, ac propterea omni jure refellendum, pro se adducant. Hic disserendi modus, ex his videlicet depromptus, quaeasserunt homines mortui, et inferni flammis addicti, Abrahæ Patriarchæ Sanctissimo non probaretur; nam cum damnatus alter, nimirum dives ille, qui olim induebatur purpura, et bysso, et epulabatur quotidie splendide, ipsum otasset, ut mortuum quemdam in domum patris sui mitteret, qui fratribus suis penitentiam predicaret, et ita ab inferno liberarentur, respondit: (46) „Habeat Moyses, et Prophetas, audiant illos: et cum ille reposuisset: „Non Pater Abraham, sed si quis ex mortuis ierit ad eos, penitentiam agent:" dixit ei: „Si Moy-

(41) Ibi c. 17.

(44) Ep. ad Noris. c. 1.

(42) Ibi c. 1.

(47) Diss. cit. c. 14.

(43) Ibi c. 17.

(46) Luc. 16. 29.

sem, et Prophetas non audiunt, neque si quis ex mortuis resurrexerit, credent." Itaque Attritionistae habent similiter Moysen, et Prophetas, habent Evangelium, et Ecclesiam, habent Concilia, et Patres, quibus fidem, observantiamque libenti animo praestant: et ideo donec ab eis de insufficientia attritionis, ac de initialis amoris necessitate ad justificationem edocentur, etiamsi quis ex mortuis resurrexerit, et praesertim si de numero damnatorum fuerit, non credent. Ad hoc penitentia Scholasticæ illius, quod naturalis, aut actuale peccandi voluntatem non pellens, aut parilli vicio laborans, Antiochi, Judaeque penitentiae similis fuisse videtur: et id satis innuit ille aiens, se non ex amore Dei, et principaliter propter Dei offensam flevisse, ac poenituisse, sed ob timorem inferni, ne ad illum deputaretur: quandoquidem homo attritus, ut Sacramenti fructibus suscipiendis idoneus, ut par est, reddatur, nedum ab inferno liberari, sed et praecipue Dei offensam delere, ipsi pro ea satisfacere, necnon ejus gratiam, charitatem, amorem, amicitiam, et gloriam Sacramenti ope nancisci, diligenter conari adigitur; alioqui in liberatione illa suum quem in Deo solum horum munerum largitore habere debebat, fixisse, ac enormiter ob id deliquisse censeretur. Unde si hac non praestitit infelix ille, merito damnatus est. Verò insuper est simillimum, perfectum Dei amorem, contritionemque perfectam nos omnes in mortis articulo, sive consteamur cum peccata, sive non, adhibere prorsus obstringi: cum autem neque id praestiterit Scholasticus, inferno jure est addictus. Sed ut momenti istius imbecillitas pateat amplius, superaddere juvat, quod Didacus Tellius laudatus in Animadversionibus R. P. Fidei Promotoris, quas transcribit Eusebius Amort in sua controversia de Revelationibus Agredanis inquit: (47) „Revelationes privatae non habent vim locorum Theologicorum, et ideo Patres, et Theologi loquentes ut communes Magistri ad Ecclesiae eruditionem, nihil ex illis deducere possunt, licet possint, ut pie creditas eas referre... Propterea ridiculus esset Theologus, qui ex privata aliqua revelatione, vellet, conclusionem ullam Theologicis rebus inserere." Demum si damnato damnatum opponere liceat, dixerim, divitem epulonem indicasse formidolose attritionis sufficientiam; volebat enim, quod fratres ejus penitentiam agerent, haud quidem propter Dei amorem, cujus non meminuit, sed ob inferni poenas, quas ipse patiebatur. Unde dicebat: (48) „Ne et ipsi veniant in hunc locum tormentorum." Porro verba ista, quae exoptata in fratribus penitentiae motivum exprimitur, non ex privata aliqua, sicut sermo Scholasticæ, sed ex divina revelatione in Evangelio contenta, nobis sunt nota.

(47) 1. p. 5. 3. preliminarium 4.

(48) Luc. 16. 28.

CAPUT. XXIV.

Gallicani Cleri proponitur decretum quoddam.

2. Eleberrimus olim, et nunc jam pene extinctus summo bonorum omnium dolore Galliae Clerus in Comitibus, quae anno 1700 habuit, nonnullas propositiones improbat, et quamdam edidit declarationem, quam hic subjicere oportet, ut Initialisticis cum objicientibus satis fiat.

[1] Propositiones damnatae.

1. „Propositio: Probabile est, sufficere attritionem naturalem, modo honestam. „Censura: Hac propositio est haeretica.
2. „Propositio: Attritio ex gehennae metu, sufficit etiam sine ulla Dei dilectione, sine ullo ad Deum offensum respectu, quia talis, honesta, et supernaturalis est. „Censura: Hac propositio, quae a dispositione necessaria ad absolutionem

(2) Apud Juen. ubi sup. 5. 4. Et apud Nat. Alex. c. 4. 2. 3. prop. 7.

excluditur quilibet ad Deum offensum respectus, temeraria est, scandalosa, perniciosa, et in hæresim inducit.

3. „Propositio: Concilium Tridentinum adeo expressè definivit, attritionem, quæ non vivificet animam, quæque supponatur sine Dei amore esse, sufficere ad absolutionem, ut anathema pronuntiet adversus negantes.

„Censura: Hæc propositio falsa est, temeraria, Concilio Tridentino contraria, et in errorem inducit.“

DECLARATIO.

POST absolutas propositionum censuras, supersunt quedam pro rei gravitate, enucleatius exponenda, et ab ipsis principiis in apertam lucem deducenda.

„Et quidem de dilectione Dei sicut ad Sacramentum Baptismi in adultis, ita ad Sacramentum Pœnitentiæ, quæ est laboriosus Baptismus, requisita, ne necessariam doctrinam omittamus, hæc duo in primis ex Sacrosancta Synodo Tridentina monenda, et docenda esse diximus.

„Primum, ne quis putet, in utroque Sacramento requiri ut præviam contritionem, eam, quæ sit charitate perfecta, et quæ cum voto Sacramenti, antequam adu suscipiatur, hominem Deo reconcillet. Alterum, ne quis putet, in utroque Sacramento securum se esse, si præter fidei, et spei adus, non incipiat diligere Deum, tanquam omnium iustitiæ fontem.

„Neque verò satis adimpleri potest utriusque Sacramento necessarium vitæ novæ inchoandæ, ac servandæ mandata divina propositum, si pœnitens primi, ac maximi mandati, quo Deus toto corde diligitur, nullam curam gerat; nec sit saltem animo, ita preparato, ut ad illud exequendum, divina opitulante gratia, se excitet, ac provocet.

„Placet etiam, caveri à Sacramenti Pœnitentiæ Administris, ne in hoc Pœnitentiæ Sacramento, aliisque Sacramentis conferendis sequantur opinionem probabilis de valore Sacramenti, relicta tutiore: neque pœnitentes ipsorum fidei animam suam committentes admonere cessent, ut in pœnitendo inchoata saltem dilectionis Dei incantent viam, quæ sola secuta sit, graviter peccaturi in hoc salutis discrimine, vel eo solo, quod certis incerta præponant.“

Hæc usque declaratio. Cum vero Clerus isthic eximus, pro ardentissimo purioris doctrinæ, disciplinæque serventis, quo semper flagravimus, zelo, egregiam sibi in Ecclesiæ venerationem conciliaverit, premi admodum ipsius auctoritate Attritionarios, hereticamque Adversariis suis porrigere jam teneri, non pauci existimant Initialistæ. Verum ipse in herbis esse, neque ad plenam maturitatem unquam perducturum reor victoriam istam: quandoquidem declaratio hæc in primis si attritionis supernaturalis sufficientiam damnat, (quod ambiguum est) Alexandri VII. decreto capite IV. producto refragatur; et hoc satis est, ut omnis ab ea in re hæc auctoritas facessat. Juvenius asserit, Alexandrinum decretum hocce, cui se tamen obsecutorum pollicetur, in Gallicanis oribus quaquam esse promulgatum. Esto: sed neque Gallica illa declaratio extra Galliam promulgata est: quidam obrudunt attritionis vindictibus? Numquidnam ab Attritionariis, qui Galli non sunt, obsequentiam extundere unquam poterit? Aut Gallia Episcopi infallibilitatis dote, quam ipsi à Romanis Pontificibus adimunt, donandi sunt? Cur Attritionarius quanta valebit voce non contenderit, declarationem Gallicam extra Galliam non esse receptam, si Gallis dicere datum est, pontificium decretum non esse apud eos promulgatum?

3. Verumtamen aliter quoque Initialistæ, ac præsertim Galli, et Itali, qui huiusmodi declarationem inculcant, refellendi sunt. Gallis nimirum auctoritatem opponunt Inquisitionis Hispaniæ, cujus studium, peregrinum quidem, indefessaque vigilantia, ut fides catholica integra, ac intemerata servetur, Episcoporum Gallorum zelo neutiquam inferior est. Sanctissimum ergo tribunal istud innuere videtur, et attritionem sine amore sufficere ad Sacramentum, et amorem etiam remissum cum merito, ac proinde cum

gratia, et sine peccato semper esse; quandoquidem, ut dixi cap. X. n. 5. duas hæc reprobavit theses: „Confessio ex solo pœnarum metu facta, et non etiam ex amore Dei, nulla est, adeoque iteranda — Opera charitatis, quæ remisse fiunt, nec meritum habent, nec valent quidquam.“ Summa apud nos, post pontificiam, Inquisitionis auctoritas est; atque idcirco nemini eidem impune licet refragari: exindeque vulgerrimum in Hispania emanavit profatum illud: „Con el Rey, y la Inquisicion chibere, illudque non rectis, sed obliquis, ac torvis oculis intueri, solebat: est: audiunt libenter, quæ impudentissimè contra ipsum blaterant hæretici, ac profligati homines alii, in quos iustissime animadvertit: qui quidem perinde ac canes in lapidem sævientes, rabido ore idipsum mordere, et ejus famam, aequitatem, incorruptamque integritatem innumeris mendaciis, et malediciis proscindere curant. Hæc inquam à conterranis, et extraneis sublesta fidei, perfrictaque frontis ardelionibus, dum illi ex Hispania in patriam castigati, et non emendanti redeunt, Galli non semel auscultantes paria insuper, aut pejora in Protestantium libris adversus fidei Quæstores reperientes; et omnibus his assensum immerito præstantes, vel Inquisitionis nomen perhorrescunt. Verum quidem est, quod ipsa interdum, ut illi obmurmurant, homines in crimine, et errore pertinacis seculari traditæ potestati morte utique ex præscripto regio puniendos: hoc tamen rarissime fit; Inquisitores enim nil intentatum relinquunt, ut eos prius Christo lucrifaciant: et eam ob rem iudicis multoties exentes, et patris induentes personam, ipsos adeunt humanissimè, et non leni brachio, sed omni sollicitudine, ac charitate ad veritatis agnitionem, et professionem reducere conantur, abhibito ad id quoque aliorum virorum virtute, et doctrina splendentium auxilio: qua via obtinent sapientissime, quod nefarii hædenus homines respiciant, et à temporali, æternoque supplicio liberentur. Enimvero Galli non semper talia gessere, eorum quippe zelus, seu potius furor multa hæreticorum millia diversis temporibus, ac præsertim in bello sacro adversus Albigenes, in Calvinistarum rebeliis, et à la Saint Barthelemy, ut ipsi ajunt fure, ferro, flammaque immisericorditer enecavit. Huiusmodi autem multitudine, quæ ingentissima revera est, spectata, pauci admodum, et prope nulli illi sunt, quos lucusque sæculi iudicibus Inquisitio ut supra tradidit. Præterquamquod non Inquisitores, sed statuta regni, quæ illi nec violare, nec variare possunt, eos damnant, qui catholicam fidem, quam professi sunt, impie deserunt. Quæ omnia Galli si serio meditentur, nimis severitatis, et crudelitatis, cum eis potius exprobari idipsum valeat, Inquisitionem nostram insimulare, amplius non audeant. Utinam et illi Tribunali isto, quod casum, et punctum aggrediuntur, estque in impietatis pestes universas presentissimum, ac probatissimum remedium, usi fuissent: forsitan Materialismum, Deismum, Atheismum, et cetera irreligionis monstra sub Philosophiæ larva latitantia, quæ potentissimum quondam regnum illud miserime, dum hæc scribo, disceperunt, ac desolatur, non essent experti: forsitan sub piissimi, ac Christianissimi Regis Ludovici XVI. dominatione, quem Pius VI. (2) Pontifex Maximus Christi Martyrem fuisse innuit, quia et intercessu temporis de ejus martyrio solemniter comprobando agi posse in Ecclesia, itidem insinuavit) adhuc feliciter viverent, et nunc mille Neronibus non subessent: forsitan exempti forent à Nationali Conventu, hoc est (3) „A conventu malignantis, tum, à multitudine operantium iniquitatem:“ forsitan regnantes super se perditissimos, ac insipientes viros illos non haberent, qui dixerunt in corde suo: „Non est Deus:“ ac propterea: (4) „Corrupti sunt, et abominabiles facti sunt in studiis suis, non est qui faciat bonum, non est usque ad unum:“ forsitan eorum impietatem non subirent, qui Religionis Christianæ desertores, irrisores, osores, ac persecutores sævissimi effecti, piam matrem Ecclesiam, quæ eos in fide, et spe regni cælestis adoperandi nutriet, funditus destruere, impense curant, sed irritò omnino conato, nam (5)

D d

(1) oratione ad Cardinales de Regis neco.

(1) Ps. 61. 2.

(4) Ps. 24. 2.

(5) Math. 16. 18.

Portæ inferi non prævalerunt adversus eam: forsitan furorē belli incredibilem, quo universa fere Europa in ruinam agitur, et calamitates alias enormissimas non viderent, ut provinciarum devastationem, nobilissimarum urbium eversionem, templorum profanationem, vasorum sacrorum violationem, Sacerdotum interfectionem, Magnatum pene omnium proscriptionem, Regum suorum jugulationem, quas Synagoga illa liberinorum barbaris omnibus ferocior, ac truculentior quotidie facta inhumane operatur, et quamdiū imperaverit, operatura est, quia (6) „Regnantibus impijs, ruinae hominum:“ Et: (7) „Cum Impij sumpserint principatam, gemet populus:“ forsitan dum ingenui, ac liberi esse creduntur, et reapse sunt: (8) „Quasi velamen habentes malitiae libertatem“ sub gravissimo, ac durissimo jugo eorum non tenerentur, qui verē tyranni et tyrannorum omnium immanissimi communiter censentur, à quibus ea libertate donari solummodo valet, quae atrociorum criminum patrioni, et regnorum subversioni inserviat, sive quae illi adsimiletur, de qua apud Jeremiam: (9) „Ecce ego prædico vobis libertatem, ait Dominus, ad gladium, ad pestem, et ad famem: et dabo vos in commotionem cunctis regnis terræ:“ forsitan commentitia, ac bullata aequalitate illa, quam summe jactant ceu optimum regenerationis suae politicae fructum, non allucinarentur, quae quidem haud populi felicitatem, sed Dei potius maledictionem secum afferret, et damna pene innumera, quae Gallia ipsa jam patitur, et veluti prænantia in his Isaiae verbis videntur: (10) „Ecce Dominus dissipabit terram, et nudabit eam, et affliget faciem ejus, et disperget habitatores ejus. Et erit sicut populus, sic sacerdos; et sicut servus, sic dominus ejus: sicut ancilla, sic domina ejus: sicut emens, sic ille qui vendit: sicut foenerator, sic is, qui mutuum accipit: sicut qui repetit, sic qui debet. Dissipatione dissipabitur terra, et direptione prædabitur. Dominus enim locutus est verbum hoc. Luxit, et defluxit terra, et infirmata est: defluxit orbis, infirmata est altitudo populi terræ. Et terra infecta est ab habitatoribus suis: quia transgressi sunt leges, mutaverunt jus, dissipaverunt sedes sempiternum. Propter hoc maledictio vorabit terram, et peccabant habitatores ejus: ideoque insanient cultores ejus, et relinquentur homines pauci:“ forsitan... sed quorsum tendit oratio? Silere magis, ac flere expedire, quam inaudita mala commemorare, quae patriae suae, et universo orbi inferret.

(11) „Illa propago.

„Contemptrix Superum, saevaque avidissima cadis.

„Et violenta:“

Quapropter his missis, in quibus animi dolor, ac mæror ex Christianissimi Regni eversione, et perversione hausti longiusculam moram facere coegerunt, ad rem iterum regrediendum. Itaque ne specula quidem affulget, quod Inquisitio nostra, cujus vigilantia à malis hujusmodi nos præservat, necdum apud Regicides illos, et Apostatas, verum nec apud Gallos catholicos bene audiat; hi enim præjudicijs vanis præventi, quae supra recensui, illius placidius haud facile acquiescent. Integrum hoc illis sit: ac Cleri sui declarationem prælaudatam desinant etiam Attritionarij allophyllis obtrudere; æquo enim jure id ab eis exigi, nemo non videt.

4. Italis similiter Anti-Attritionistis, necnon ceteris, qui circa pontificiam auctoritatem eum illis sentiunt, et supradictam Cleri Gallicani declarationem opponunt, alterum ejusdem Cleri decretum in Comitijs anno 1682. habitis editum objiciam, in quo hæc summam docet: primo: Summis Pontificibus, ipsique Ecclesiae rerum spiritualium, et ad aeternam salutem pertinentium, non autem civilium, ac temporalium à Deo traditam esse potestatem: Regesque idcirco, et Principes nulli ecclesiasticae potestati Dei ordinatione subiecti; neque auctoritate clavium Ecclesiae directæ, vel indirectæ deponi, aut illorum subditos eximi à fide, atque obedientia, ac præstito fidelitatis Sacramento solvi posse. Secundo: decreta Sessionum quartæ, et quintæ Synodi Constantiensis (in quibus Conciliorum Generalium supra Papam assertur auctoritas) va-

(6) Prov. 18. 11.
(7) 14. 17.

(7) ibi. 29. 2.
(10) 24.

(8) 1. Petri. 2. 16.
(11) Ovid. 1. Metamorph.

lere, atque immota consistere, à Sede Apostolica comprobata, ipsoque Romanorum Pontificum, ac totius Ecclesiae usu confirmata: nec probari ab Ecclesia Gallicana quæ eorum decretorum, quasi dubia sint auctoritatis, ac minus approbata, robur infringant, aut ad solum schismatis tempus Concilij dicta detorqueant. Tertio: Apostolicæ potestatis usum moderandum per Canones Spiritu Dei conditos, et totius mundi reverentia consecratos. Quarto: in fidei questionibus Summi Pontificis irreformabile non esse judicium, nisi Ecclesiae consensus accesserit. Quatuor hosce articulos Anti-Attritionarij supradictis nimio opere displicere non ambigo, ipsi enim, ut plurimum, Summorum Pontificum inerrantis, ac irreformabilis judicij, sicut et potestatis saltim indirectæ in Reges, ac subditos, ut hos à fide solvant, illosque regno privent, dum id commune Ecclesiae bonum exposcit; et insuper Synodis omnibus supereminens auctoritatis propugnatores sunt accerrimi, et ideo Gallicanis Episcopis in re hujusmodi fascis submittere detrectant. Et quid ergo Attritionarios ut eisdem in re alia consentiant præmunt? Gallicani Cleri auctoritas eadem semper est, illique propterea aut in utraque, aut in neutra declaratione acquiescendum. Deglutiant igitur articulos istos Itali, ac eorum socij; et tunc de priori illa declaratione glorientur: aut de hac silere oportet, si eos admittere renuunt.

5. Ceterum, quod neque Itali, neque Galli Initialistæ unquam præstabunt, id in præstantiarum efficiam: respuunt omnino illi quas eis obiecti auctoritates; ast ipse contra reverenter suscipiam, quod ab homine Attritionario nequaquam sperarent, quam nisi hi opponunt declarationem, ne Gallicanum Clerum de Ecclesia Catholica optime meritum in hac potissimum tempestate, dum pro fidei, unitatis, et ecclesiasticae disciplinae defensione bonorum jacturam, exilium, carceres, et mortem apostolica finitate perfert, exigui facere videar. Jure ergo damnat, aut improbat, cum de Sacramenti receptione pertractatur, attritionem naturalem, et eam, quæ sine ullo respectu ad Deum offensum est: a vero attritio, quam hic sufficientem dispositionem appello, et supernaturalitate, et simili respectu ornatur, est quippe donum Dei, ac Spiritus Sancti impulsus, necnon dolor de peccatis ad Deum offensum placandum, et ad eum diligendum super omnia, ipsoque aeternaliter perfrendum ordinatus; assumitur enim, ad gratiam, et charitatem, quæ hæc omnia præstant, obtinendum. Amor autem, quem in penitentibus optat, ille ipse est, de quo Tridentinum ait: „illumque tamquam omnibus justitia fontem diligere incipiunt:“ et hic aut spei, aut charitatis dilectio est concomitans, quibus homo attritus revera ornatur. Ac ne multis, homo isthæc primi mandati curam gerit non parvam, illud namque in justificatione implet concomitanter: quinimo ante justificationem ipsam animo ita est parato, ut ad id exequendum, divina opitulante gratia, sese excitet, et provocet, ac totus sit; attritus namque, et ad Sacramentum accedit, ut charitatis, qua supremam legem illam custodiat, virtutem nanciscatur. Quapropter inchoata dilectio sic à Patribus Gallicanis enodata, seu que in animi preparatione, desiderio, ac sollicitudine sit, sine attritionis sufficientiæ detrimentum admitti valet.

CAPUT. XXV.

R. P. Concine argutationes aliquæ solvuntur.

1. Auctor hic perdidit attritionis sufficientiam impugnat accerrimè, et more suo momenta omnia, quibus illa iunctur, nihili facit. Decreto Alexandri VII. multoties laudato, summo obsequio se obsecutum spondet; sed quomodo promissis steterit, ipsa sua dissertatio, in qua de re hæc agit, clarè prodit: in ea namque Attritionistas tamquam malæ fidei homines, oscitantes, ratione privatos, sophistas, contra veritatem belligerantes, fallaces, deceptos, ac deceptores traducit; eorumque doctrinam commenta vanissima, ineptissima, erronea, scandali plena, cavil-

Portæ inferi non prævalerunt adversus eam: forsitan furorẽ belli incredibilem, quo universa fere Europa in ruinam agitur, et calamitates alias enormissimas non viderent, uti provinciarum devastationem, nobilissimarum urbium eversionem, templorum profanationem, vasorum sacrorum violationem, Sacerdotum interfectionem, Magnatum pene omnium proscriptionem, Regum suorum jugulationem, quas Synagoga illa liberinorum barbaris omnibus ferocior, ac truculentior quotidie facta inhumane operatur, et quamdiu imperaverit, operatura est, quia (6) „ Regnantibus impijs, ruina hominum: „ Et: (7) „ Cum Impij sumpserint principatam, gemet populus: „ forsitan dum ingenui, ac liberi esse creduntur, et reapse sunt: (8) „ Quasi velamen habentes malitiæ libertatem“ sub gravissimo, ac durissimo jugo eorum non tenerentur, qui verè tyranni et tyrannorum omnium immanissimi communiter censentur, à quibus ea libertate donari solummodo valet, quæ atrociorum criminum patrioni, et regnorum subversioni inserviat, sive quæ illi adsimiletur, de qua apud Jeremiam: (9) „ Ecce ego prædico vobis libertatem, ait Dominus, ad gladium, ad pestem, et ad famem: et dabo vos in commotionem cunctis regnis terræ: „ forsitan commenticia, ac bullata æqualitate illa, quam summe jactant ceu optimum regenerationis suæ politice fructum, non allucinarentur, quæ quidem haud populi felicitatem, sed Dei potius maledictionem secum afferret, et damna pene innumera, quæ Gallia ipsa jam patitur, et veluti prænantia in his Isaie verbis videntur: (10) „ Ecce Dominus dissipabit terram, et nudabit eam, et affliget faciem ejus, et disperget habitatores ejus. Et erit sicut populus, sic sacerdos; et sicut servus, sic dominus ejus: sicut ancilla, sic domina ejus: sicut emens, sic ille qui vendit: sicut foenerator, sic is, qui mutuum accipit: sicut qui repetit, sic qui debet. Dissipatione dissipabitur terra, et direptione prædabitur. Dominus enim locutus est verbum hoc. Luxit, et defluxit terra, et infirmata est: defluxit orbis, infirmata est altitudo populi terræ. Et terra infecta est ab habitatoribus suis: quia transgressi sunt leges, mutaverunt jus, dissipaverunt sedes sempiternum. Propter hoc maledictio vorabit terram, et peccabant habitatores ejus: ideoque insanient cultores ejus, et relinquuntur homines pauci: „ forsitan... sed quorsum tendit oratio? Silere magis, ac flere expediat, quam inaudita mala commemorare, quæ patriæ suæ, et universo orbi inferret.

(11) „ Illa propago.

„ Contemptrix Superum, sævæque avidissima cadis.

„ Et violenta: „

Quapropter his missis, in quibus animi dolor, ac mæror ex Christianissimi Regni eversione, et perversione hausti longiusculam moram facere coegerunt, ad rem iterum regrediendum. Itaque ne specula quidem affulget, quod Inquisitio nostra, cujus vigilantia à malis hujusmodi nos præservat, necdum apud Regicides illos, et Apostatas, verum nec apud Gallos catholicos bene audiat; hi enim præjudicijs vanis præventi, quæ supra recensui, illius placidæ haud facile acquiescent. Integrum hoc illis sit: ac Cleri sui declarationem prælaudatam desinant etiam Attritionarij allophyllis obtrudere; æquo enim jure id ab eis exigere, nemo non videt.

4. Italis similiter Anti-Attritionistis, necnon ceteris, qui circa pontificiam auctoritatem eum illis sentiunt, et supradictam Cleri Gallicani declarationem opponunt, alterum ejusdem Cleri decretum in Comitijs anno 1682. habitis editum objiciam, in quo hæc summam docet: primo: Summis Pontificibus, ipsique Ecclesie rerum spiritualium, et ad æternam salutem pertinentium, non autem civilium, ac temporalium à Deo traditam esse potestatem: Regesque idcirco, et Principes nulli ecclesiasticæ potestati Dei ordinatione subiecti; neque auctoritate clavium Ecclesie directæ, vel indirecte deponi, aut illorum subditos eximi à fide, atque obedientia, ac præstito fidelitatis Sacramento solvi posse. Secundo: decreta Sessionum quartæ, et quintæ Synodi Constantiensis (in quibus Conciliorum Generalium supra Papam assertur auctoritas) va-

(6) Prov. 18. 11.
(7) 14. 17.

(7) ibi. 29. 2.
(10) 24.

(8) 1. Petri. 2. 16.
(11) Ovid. 1. Metamorph.

lere, atque immota consistere, à Sede Apostolica comprobata, ipsoque Romanorum Pontificum, ac totius Ecclesie usu confirmata: nec probari ab Ecclesia Gallicana quæ eorum decretorum, quasi dubiæ sint auctoritatis, ac minus approbata, robur infringant, aut ad solum schismatis tempus Concilij dicta detorqueant. Tertio: Apostolicæ potestatis usum moderandum per Canones Spiritu Dei conditos, et totius mundi reverentia consecratos. Quarto: in fidei questionibus Summi Pontificis irreformabile non esse judicium, nisi Ecclesie consensus accesserit. Quatuor hosce articulos Anti-Attritionarij supradictis nimio opere displicere non ambigo, ipsi enim, ut plurimum, Summorum Pontificum inerrantis, ac irreformabilis judicij, sicut et potestatis saltim indirectæ in Reges, ac subditos, ut hos à fide solvant, illosque regno privent, dum id commune Ecclesie bonum exposcit; et insuper Synodis omnibus supereminentis auctoritatis propugnatores sunt accerrimi, et ideo Gallicanis Episcopis in re hujusmodi fascès submittere detestantur. Et quid ergo Attritionarios ut eisdem in re alia consentiant præmunt? Gallicani Cleri auctoritas eadem semper est, illique propterea aut in utraque, aut in neutra declaratione acquiescendum. Deglutiant igitur articulos istos Itali, ac eorum socij; et tunc de priori illa declaratione glorientur: aut de hac silere oportet, si eos admittere renunt.

5. Ceterum, quod neque Itali, neque Galli Initialistæ unquam præstabunt, id in præstantiarum efficiam: respuunt omnino illi quas eis obiecti auctoritates; ast ipse contra reverenter suscipiam, quod ab homine Attritionario nequaquam sperarent, quam nisi hi opponunt declarationem, ne Gallicanum Clerum de Ecclesia Catholica optime meritum in hac potissimum tempestate, dum pro fidei, unitatis, et ecclesiasticæ disciplinæ defensione bonorum jacturam, exilium, carceres, et mortem apostolica finitate perfert, exigui facere videar. Jure ergo damnat, aut improbat, cum de Sacramenti receptione pertractatur, attritionem naturalem, et eam, quæ sine ullo respectu ad Deum offensum est: a vero attritio, quam hic sufficientem dispositionem appello, et supernaturalitate, et simili respectu ornatur, est quippe donum Dei, ac Spiritus Sancti impulsus, necnon dolor de peccatis ad Deum offensum placandum, et ad eum diligendum super omnia, ipsoque æternaliter perfrendum ordinatus; assumitur enim, ad gratiam, et charitatem, quæ hæc omnia præstant, obtinendum. Amor autem, quem in penitentibus optat, ille ipse est, de quo Tridentinum ait: „ illumque tamquam omnibus justitia fontem diligere incipiunt: „ et hic aut spei, aut charitatis dilectio est concomitans, quibus homo attritus revera ornatur. Ac ne multis, homo isthuc primi mandati curam gerit non parvam, illud namque in justificatione implet concomitanter: quinimo ante justificationem ipsam animo ita est parato, ut ad id exequendum, divina opitulante gratia, sese excitet, et provocet, ac totus sit; attritum namque, et ad Sacramentum accedit, ut charitatis, quæ supremam legem illam custodiat, virtutem nanciscatur. Quapropter inchoata dilectio sic à Patribus Gallicanis enodata, seu quæ in animi preparatione, desiderio, ac sollicitudine sit, sine attritionis sufficientiæ detrimentum admitti valet.

CAPUT. XXV.

R. P. Concine argutationes aliquæ solvuntur.

1. Auctor hic perdidit attritionis sufficientiam impugnat accerrimè, et more suo momenta omnia, quibus illa iunctur, nihili facit. Decreto Alexandri VII. multoties laudato, summo obsequio se obsecutum spondet; sed quomodo promissis steterit, ipsa sua dissertatio, in qua de re hæc agit, clarè prodit: in ea namque Attritionistas tamquam malæ fidei homines, oscitantes, ratione privatos, sophistas, contra veritatem belligerantes, fallaces, deceptos, ac deceptores traducit; eorumque doctrinam commenta vanissima, ineptissima, erronea, scandali plena, cavil-

bitantis, sed tantum moyentis, quo penitens adjutus, cum sine aliquo dilectionis in Deum motu esse vix queat, viam sibi ad justitiam munit, et per eum ad Deum gratiam facilius impetrandam disponitur. Hic non legitur, attritionem esse dispositionem sufficientem, sed eam sufficere ad Sacramenti hujus constitutionem, quae valde diversa sunt quapropter etsi verbum *sufficere* ablatum fuerit jussu Patrum, hinc non deducitur, attritionem non esse sufficientem dispositionem, sed ad Sacramenti constitutionem ipsam non sufficere, quod certissimum est, ad id enim ultra attritionem, seu dolorem, requiritur etiam oris confessio, et operis satisfactio, necnon Sacramenti ipsius forma. Unde Initialista, qui hac decreti mutatione sententiam suam invide firmari sese jactant, haud bene arguati videntur. Alia insuper ratione ostenditur, congruentius *disponit*, quam *sufficit*, dixisse Patres: etenim materia Sacramenti formae unita donum gratiae confert; attritio ultra ad id suscipiendum, animum intus aptat: et in hoc ab aliis Sacramentorum materiis, quae internam dispositionem efficiendi vim non habent, distat quam maxime. Hoc autem discrimen aperte, ac dilucide explanare, summpere studuit Concilium, et ideo non solum *disponit*, sed et *viam ad justitiam parare*, necnon *preparare ad gratiam*, attritionem dixit. Munus autem hujusmodi verbo *sufficit* non satis declaratur, cum sufficere valeat, quin disponat, res aliqua in Sacramentis; ceterorum namque Sacramentorum partes, etsi sufficientes omnino sint, quia naturales, aut externae, inferiorem animi dispositionem non faciunt, uti liquet, in aqua, et oleo, ablutione, et unctione, quae Baptismi, et unctionis Extremae materiae, partesque sunt sufficientes, atque ideo gratiam conferunt; sed ad eam recipiendam nequeunt intus aptare animum, quia propriis hic, et supernaturalibus actibus ad hoc unice comparatur. Quocirca si Concilium *sufficit* dixisset, attritionem et Penitentiae materiam esse, et gratiae donum, sicut aliorum Sacramentorum partes conferre, secus vero preparare animum, significasset: et ideo verbum illud merito ablatum est, et ei subrogatum *disponit*, quod praestantissimum attritionis officium, aptandi videlicet animum, recte explicat, et ultimam, ut reor, dispositionem indicat: neque enim si de remota tantum loqui vellet Concilium, studiosae adeo, et prolixae munus hoc explicare opus erat, cum notum sit, dispositionis remotae officium necnon attritioni, sed aliis quoque operibus, et etiam extra Sacramentum convenire. Et notandum, quod jubens delere verba illa: „Cum sine aliquo dilectionis in Deum motu esse vix queat:“ satis inquit Concilium, attritionem amoris non indigere, ut disponat, et ipsum minime loqui de attritione initiali, ut contendant Adversarii; incredibile enim est, quod de hac attritione affari voluisset, et motum dilectionis auferret, quo ipsa concipienda, et a servili discernenda erat. Res foret admodum mira, quod proxima, et ultimae preparationis munere ad Penitentiam, non attritio metu prognata, de qua expressè, Penitentiam ipsam declarans, agit Concilium, et aptare toties dixit, sed amor initialis, cujus tunc non meminit, iungeretur. Verum de hoc satis, vel etiam nimium multat: sed ostendendum Concilium erat, non chimericam, nec illusoriam, sed justam fuisse, ac convenientem decreti mutationem, quamvis *disponit* sufficientem significet preparationem.

9. Relato Alexandri VII. decreto ait: (10) „Si revera improbabilis esset sententia amoris initialis, et moraliter certa, et omnino secunda opinio attritionis formae, dolose, prohibuissetne Alexander septimus, nequis alterutram sententiam censuris notaret? Sed de praesidentia plurium Casuistarum in carpenda, et diffamanda sententia, quae in justificatione peccatoris postulat charitatem initialem, mox dicam.“ Verum suis hic etiam armis confici valeat; ipse enim propriam sententiam unice tutam, adversam autem periculosam nimium, et improbabilem millies inculcat. Si igitur revera improbabilis esset sententia attritionis, et opinio amoris initialis moraliter certa, et unice secunda, prohibuissetne Alexander VII. ne quis alterutram sententiam censuris notaret? Sed de praesidentia Auctoris hujus in carpenda, et diffamanda Attritionistarum sententia, nunquam satis.

(10) Ubi supra §. 4. n. 4.

10. Dein Auctores refellit, qui amoris initialis opinionem è fontibus haereticorum derivant; et ut sufficientia attritionis luteulentam pariter, ac probrosam assignet scaturiginem, omniumque ei invidiam concitet, Probabilismo illam sociat inquiring: (11) opiniones ambas, id est Probabilismum, et Attritionismum, eodem fere tempore, nempe circa annum 1577. eum duas confederatas sorores in Universitate Salmanticensi lucem aspexisse. Itane verò? Ast si vera narras, Medina, Cano, alisque contribulibus tuis obstetricantibus, sorores hasce si tamen vere sorores sunt, enixa est Academia illa. Verumenim inde quid? Num quia sorores, aequè exosas, ac invise, et aequè rejiciendae sunt? (12) „Nonne frater erat Esau Jacob, dicit Dominus, et dilexi Jacob, Esau autem odio habui?“ Quidni itaque alteram ex his sororibus diligam, odio habeam alteram? Sint utique sorores: at confederatae, ut ais, nullatenus sunt enim Theologorum aliquamulti, qui alij pacem, alij bellum indixere. Ego sanè Probabilismum respuo, Probabilistas rejicio, Probabiliorismum amo, Probabilioristas sequor, et nihilominus attritionis profiteor sufficientiam. Si haec à Probabilistis unice propugnaretur, latitare falsitatis anguem sub herba suspicarer; sed Probabilioristas etiam illam pro viribus tutantes video, et securus reddor. Exemplum pro re hujusmodi adduci potest haud ineptum. Admodum non est improbable, quod Initialismus, et Bajanismus germani fratres sint, in Universitate Lobanensi procreati: et quia eorum germanitas obex existeret, alter damnatus est, secus vero alter. Praeterea Bajanista, eorumque propinquus Jansenista, et Quesnellista Initialismum propugnant: sed cum viri etiam Catholici ei adhaerant, eundem Concina ex corde, et enixissime tueri non dubitat. Porro si Concina fas est, Haereticorum sententiam in hac controversia completi, mihi nefas non erit, Probabilistarum Catholicorum sequi doctrinam; quia videlicet nec isti semper falsa, nec illi semper haeretica loquuntur. Praeterquamquod recens ille Attritionismi natalis commentum est, plures namque epocha illa antiquiores ipsam docuerunt, ut dixi cap. X. et iterum dicam cap. XXX. n. 27. Ipse tamen praefatæ Attritionismi genealogia, qua illi novitatis labem aspergat, ac eundem cum Probabilismo cognationi insistit, et ait modestissime: (13) „Non paucos Casuistas attritionis servilis assertores abolere prima Religionis Christianae fundamenta, charitatis, nempe, et penitentiae virtutis praecepta.“ Horibile dictu! Etenim et Christiani, et Catholici illi fuere, quod de Initialistis universim dici non valet, cum quidam ex eis plura perversa dogmata seminaverint, nempe bajaranica, jansenistica, quesnellistica. Casuistarum illorum vindicem nunc agere non vacat; et ideo quid circa praecepta charitatis, et penitentiae senserint, non curio: ipsa vero in justificatione homines ligare, tumque amore, et contritione, non quidem imperfectis, initialibus, et cum mortali culpa existentibus, sed perfectis, nimirum à gratia promanantibus, implenda esse, firmiter credo. Videant ergo aequi rerum aestimatores, uter Christianae Religionis fundamentis, seu praeceptis minus consulat, vel ea, siquis tamen, magis aboleat, isne qui perfectam dilectionem, contritionemque, an vero qui imperfectam pro eorum custodia efflagitat.

11. Post adornatam attritionis genealogiam, prolixum Nostrorum Salmanticensium, quos magnifice laudat, (num et sincere, mox patebit) testimonium afferit docentium, virtuosa opera virtutibus ipsis tam naturalibus, quam supernaturalibus praere posse, et ait: (14) „Omnes adus tum naturales, tum supernaturales, inquirunt ex communi Theologorum doctrina percelebres PP. Salmanticensis, attingentes idem prorsus objectum formale sive fidei, sive spei, sive charitatis, sive temperantiae, sive justitiae, sive castitatis, alii sunt perfecti, alii imperfecti, alii producunt ultimum effectum, alii disponunt, sed non producunt hunc effectum. Haec est doctrina, inquirunt Salmanticensis, communis Theologorum. Ergo, ipsis iudiciis, causa nostra finita est: Ergo charitas imperfecta non expellit maculam peccati, cum haec expulsio maculae sit ul-

E c

(11) C. 4. §. 5. n. 1.
(12) ubi supra n. 6.(13) Malach. 1. 2.
(14) C. 5. §. 1. n. 2.

pressé de attritione, quæ ex turpitudinis peccati consideratione, vel ex penarum metu communitur concipitur: et nihilominus vult Concina, quod tunc loquatur de attritione ornata amore inchoato, de quo nec verbum habet. Deinde inquit: (7) „ Mul-
 „ ti respondent, Concilium ibi loqui de attritione non solo metu concepta, sed at-
 „ tritione mixta ex metu, et amore.“ Initialistarum responsionem istam, quæ suæ
 „ doctrinæ conformis est, non improbat, sed addit: „ Attritio autem servilis mala esse
 „ potest, quia includere voluntatem peccandi valet, ut si ei adsit voluntas condi-
 „ tionata violandi legem, si impunè liceret.“ Itaque Concilium de attritione mixta
 „ ex metu, et amore sermonem habet: cum autem attritio hujusmodi, ipso Concina fa-
 „ tente, sufficiens, et proxima dispositio sit, de hac, et non de remota, ac insufficienti
 „ Concilium agere dicendum est: proptereaque verbum *disponit*, quo utitur, idem est,
 „ ac *sufficit*. Præterea attritio servilis mala est, dum includit voluntatem peccandi, aut
 „ voluntatem conditionatam violandi legem, si impunè liceret: cum vero Synodus non
 „ de mala sed de bona attritione pertraheret, ea nimirum, quæ Dei donum est, et Spi-
 „ ritus Sancti impulsus, deducere quis recte poterit, de attritione ipsum eloqui, quæ pel-
 „ lit voluntatem peccandi, seu voluntatem conditionatam violandi legem, si impunè li-
 „ ceret: porro attritio, quæ has excludit voluntates, eodem Concina teste, proxima est,
 „ et sufficiens dispositio: igitur Sacrosancta Synodus de sufficiente, ac proxima affatur
 „ præparatione: et ideo juxta Auctoris hujus doctrinam verbum *disponit* idem signifi-
 „ cat, ac *sufficit*. Patetur etiam ipse ex eodem Pallavicino, jussisse Concilium verba
 „ illa à decreto expungere: „ Cum sine aliquo dilectionis in Deum motu esse (attritio)
 „ vix queat.“ Verba hæc initiale attritionem compertum est indicare; et ideo argu-
 „ tationem Conciniæ similem efficere quis valebit: siquidem Concilium delere verba jussit,
 „ quæ attritionem initialem significabant: et nihilominus de hac ipsa attritione loqui-
 „ tur? Jadicent nunc alij, nam, his omnibus inspectis, suis cum telis icere, expediat,
 „ et verba illa in ipsum retorqueret: „ An ab homine ratione prædito asseri hoc po-
 „ test? Ergo decreti reformatio mera illusio fuit: quod dici absque extrema temerita-
 „ te, et audacia nequit, &c.“ Ipse interim observo, quod juxta ejus doctrinam, attri-
 „ tione, quæ non excludit voluntatem peccandi, mala est: et cum alias propugnet attri-
 „ tionem sine amore voluntatem illam non excludere; fit exinde, quod attritio sine
 „ amore mala sit: id autem asserere, erroneum est, ut dixi cap. I. n. 5.

6. Verum qualiter Tridentini decreti ille edisseret mutationem, audi: (8) „ Attri-
 „ tio servilis extra Sacramentum remotè, in Sacramento minus remotè, propinquè,
 „ propinquius, minime vero proximè disponit. Interpretatio hæc suapte natura obvia, et
 „ genuina est; in presenti vero controversia necessaria. Alterutrum enim Adversarij
 „ præstant, necessum est: aut enim fateri debent, hanc interpretationem esse veram,
 „ atque germanam, aut Concilium Tridentinum illusisse universæ Ecclesiæ, delendo
 „ verbum *sufficit*, et substituendo verbum *disponit*. Ut enim mox dixi, idem significat
 „ in hac causa *disponit* proximè, ac *sufficit*. Concilium delevit *sufficit*: Ergo substi-
 „ tutum verbum *disponit* non significat dispositionem proximam; alioquin chimerica, et
 „ illusoria esset variatio. Patetne ad effugium rima? Patet; imò et latissima, ac
 „ expedita admodum via, qua Attritionarius quisque, quin cum hujusmodi argutationis cor-
 „ nua premant, vel tangant, evadat securus. Interpretationem tuam veram, germanam,
 „ ac necessariam esse constanter inferebatur: et ita Concilium nemini illusisse, palam
 „ fiet. In primis namque cuiusvis ex tua doctrina asseverare licet, Concilium de ea attri-
 „ tione agere, quæ ex metu, et amore nascitur, ac voluntatem peccandi excludit, quam
 „ quidem sufficientem vocas dispositionem, ac propterea verbum *disponit* in-textu Con-
 „ ciliij præparationem esse sufficientem. Numquid autem is, qui hæc ex tua doctrina
 „ dixerit, fateri cogendus est, Concilium Ecclesiæ illusisse? Initialistæ pariter prope om-
 „ nes de sua initiali attritione, quam sufficientem etiam dicunt, Concilij verba inter-
 „ pretantur; et ideo *disponit* idem est apud eos, ac *sufficit*, quin ob hæc præfatam
 „ illusionem confiteri debeant. Cur itaque Attritionista, qui verbum *disponit* de dis-

(7) c. 7. §. 5. n. 5.

(8) C. 5. §. 3. n. 6.

positione sufficienti etiam intelligit, dicere cogendus est, Tridentinum Universæ Ec-
 „ clesiæ illusisse? Sed vide, obsecro, quam enormem Concilio ipsi Conciniæ argutatio
 „ inferat injuriam: ex ea namque si illius verba proximam significant dispositionem, de-
 „ creti variatio est chimerica, ac illusoria, et Concilium ipsum universæ illusit Ec-
 „ clesiæ: ex doctrina autem Conciniæ significant attritionem metu, et amore formatam,
 „ quæ proxima est juxta illum præparatio: ex eadem igitur doctrina mutatio decreti est
 „ illusoria, et chimerica, illusitque Concilium Ecclesiæ universæ. Rectius hic, opinor, to-
 „ gare Attritionista posset: patetne ad effugium rima?

7. Delevit utique Concilium verbum *sufficit*, ut nil, te id cum Pallavicino asse-
 „ rente, disjiceret super hac quæstione Catholicorum, et substituit verbum *disponit*, quod
 „ quidem etsi rem non conficiat, attritionis sufficientiæ satis favere existimo: etenim
 „ præter dicta capite VI. perspicuum videtur, dispositionem sufficientem, ac omnino
 „ congruam verbo *disponit* significari, id enim ultro fatentur Attritionarii, nec diffici-
 „ ri valent Initialistæ quamplures, si nimirum qui verbum illud de attritione initiali
 „ interpretantur, hæc namque, ipsis iudicibus, sufficiens est præparatio. Insuper fides, et
 „ spes, quæ supernaturalis virtutes sunt, extra Sacramentum remotè, in Sacramento mi-
 „ nus remotè, propinquè, propinquius, non vero proximè homines ad gratiam disponunt
 „ cum ergo attritio utpote pars Sacramenti gratiam ipsam efficiat, propius quam illæ
 „ ad eandem gratiam accedat, dum Pœnitentiæ adjungitur, non solum propinquius,
 „ verum et propinquissimè, id est proximè, et ultimò ad eam suscipiendam aprabit.
 „ Deinde attritio, quæ suapte natura ad gratiam dispositio est, haud eandem semper,
 „ sed aliàs minorem, aliàs majorem perfectionem habet; ob idque sine Sacramenti con-
 „ sortio, et auxilio diversimode dispositionis munus gerit, ita videlicet, ut dum imper-
 „ fecta est, remotè, dum perfecta, propinquè, dum perfectissima, aut fervidissima, pro-
 „ pinquius homines ad gratiam præparat; si autem id præstare valet sine Sacramento,
 „ quid unà cum eo efficiat? Proximè, arbitror, et sufficienter aprare; alioquin vim nul-
 „ lam Sacramentum eidem conferre videretur, qua præstantius intra ipsum præpararet,
 „ quam extra illud. Præterquamquod pœnitens nulla obstringitur lege, ut monui capite
 „ XX. attritionem, quæ vi sua, aut natura proximè, et sufficienter eum disponat, dum
 „ Sacramentum accipit, adhibere; sed satis muneri suo faciet, si eam habeat, quæ re-
 „ motè ipsum ad gratiam aptet; hujusmodi enim ultima efficiatur, ac omnino congrua
 „ præparatio Sacramenti virtute, quæ illam elevat, et reddit proximam dispositionem, si-
 „ cut et proximam materiam. Unde attritio quamvis se unà insufficienter præparet, Sa-
 „ cramenti tamen consortio, ac virtute sufficienter aptat; in eaque ideo Sacramento
 „ adjuncta, idem est *disponit* ac *sufficit*. Et hæc forsitan de causa Concilium de præ-
 „ viis ad Sacramentum dispositionibus agens, post attritionem metu conceptam, assignat
 „ nullam, haud obscure indicans, eam esse proximam, et ultimam.

8. Præterea etsi rem expresse definire, voluissent Tridentini Patres, aptius, et con-
 „ gruentius attritionem disponere, meo iudicio, dixissent, quam sufficere, quia neque ut
 „ dispositio ad gratiam, neque ut pars Sacramenti unica, et sufficiens omnino illa est:
 „ non primum, quoniam fides, et spes disponunt etiam: non secundum, quia tris confes-
 „ sio, et operis satisfactio partes quoque sunt Pœnitentiæ: attritio ideo in doloris
 „ dumtaxat genere sufficiens dici valet; secus vero in præparationis, partisve officio, Ju-
 „ re ergo, ut omnis æquivocatio vitetur, et ne attritio vel unica dispositio, vel mate-
 „ ria unica esse credatur, deletum est verbum *sufficit*, quod utrumque significare po-
 „ terat, et *disponit* dictum est, quod nil revera defuit, sed æquivocationem tollit, et
 „ attritioni favet. Ceterum videre præstat decretum ipsum, in quo mutatio facta est, ut
 „ prius à Theologis delineatum, quod ita Pallavicinus refert: (9) „ Illam contritionem,
 „ quam Theologi attritionem vocant. . . statuit hæc Sancta Synodus, et declarat, non
 „ solum non facere hominem hypocritam, et magis peccatorem, (ut quidam blasphemæ
 „ mare non verentur) verum etiam sufficere ad Sacramenti hujus constitutionem ac
 „ donum Dei esse, et Spiritus Sancti impulsus verissimum, non aditæ quidem intell-

(9) l. p. lib. 22. c. 10. n. 26.

lationes, manifestam falsitatem appellat. Diæria hujusmodi, et his similia, aut peiora alia non semel tantum, sed iterum acque iterum, imo tertio quoque verbo usurpat, ita nimirum ut eorum vocum, quæ probum, ignominiam, infamiam, injuriam, contumeliam, calumniamque sonant, lexicon, dum hæc scriberet, præ manibus habuisse videatur loqupletissimam, et Philippicæ potius, aut Catilinariæ exarare, quam theologicæ dissertationem. Quin et atrocius, ac immitius Adversarios suos exagitat, quam Demosthenes, et Cicero Athenarum, Romæque inimicos, siquidem Attritionistas æternæ hominum damnationis auctores facit, de qua ne cogitarunt quidem Oratores illi. Hæc in Theologia sua, quam Christianam dicit, et quæ Theologia vere Christiana reapse odit, ac detestatur, ille præstat. Ita videlicet summum obsequium elucet, quo decreto Alexandrino morigeratus est, in virtute sanctæ obedientiæ, et sub poena excommunicationis præcipienti cunctis de materia attritionis scribentibus, ne aliquis censuræ, alteriusve injuriæ, aut contumeliæ nota taxare audeant alterutram sententiam. Et nihilominus ipse de Attritionarijs quibusdam, quod huic decreto exactè non pareant, graviter exprobat. Verumenimvero

„ Quis tulerit Gracchos de seditione querentes? "

2. Novi præterea nil se dicendum scire pollicetur: ast nove plura, hoc est, cum magna adversantium illi injuria, cum dixisse reor. Quin etiam declamatorem potius, quam Theologum agens, quod alij non præstiterit.

„ Projicit ampullas, et sesquipedalia verba: "

emphatica, videlicet, ac hyperbolica, quibus grandiloquentia ejus utitur, ut discrimen æternæ salutis amittenda, quod attritionaria sententia, ipso iudice, secum habet, cunctis aperiat, et exagereat. At

(1) „ Quod nihil est, metuit, metuit sine corpore nomen: "

aut illis connumerandus ipse est, qui (2) „ Illic trepidaverunt timore, ubi non erant, timori: " Et idcirco aerem profecto verberat, vel aquam in mortario tundit, dum totis viribus hujusmodi periculum exaggerat, ut omnes ab illa sententia deterreat; etenim id genus amplificationes puerorum sunt crepitacula, atque inepta eorumdem terculamenta, ut ipsemet ait, de quibus propterea eidem dixerim:

(3) „ Parcius ista viris tamen obficienda momento: "

etenim neque ipsa, neque injuriarum jacula viros commovere sana, et vera Theologia instructos possunt: ij namque commentitium penitus discrimen illud agnoscent, et non vanis clamoribus, ac exaggerationibus, sicut nec contumelijs, et dicerijs, quæ ipsi priores spernunt, sed Theologicis argumentis impugnari amant. Quæ ille opponit, majore ex parte soluta jam supra manent: et ideo solum momenta ea, quibus roboris aliquod affingere videtur, nunc discutienda sunt.

3. Ait itaque: (4) „ Quatuor sunt prima, et potissima præjudicia, quibus Auctores formidosos, seu servilis attritionis occupati, suam opinionem tanquam certam dividendunt, nostramque ut penitus improbabilem rejiciunt. Primum: Concilium Tridentinum dehnivit, attritionem formidosos sufficere in Sacramento Pœnitentiæ. Secundum: sententia hæc est fere omnium Theologorum, et contraria excogitata fuit, à Bajo, à Jansenio, et Jansenistis propagata. Tertium: charitatis inchoata à charitate perfecta distinctio, qua contenditur hæc, secus illam, delere peccatum, commentitia est, et Bajanismum redolet. Quartum: sententia requirens amorem inchoatum charitatis rigorismum severum præfert: contra opinio attritionis servilis ex suppliciorum timore concepta suavem spirat benignitatem: metus enim dulcis, charitatis amor austerus. Hæc sunt quatuor præjudicatæ sententiæ, quæ in juniorum pro servili attritione pugnantium animis fere inveteraverunt. Hæcque ille: ubi attritionis assertores vanis potissimum præjudicijs suam propugnare sententiam, movent: sed contra quam ipse putat, res est; siquidem illorum doctrina à præjudicijs his præcipuis, quæ recenset, absoluta est, ac libera, gravissimisque momentis innixa: neque metum

(1) Ovid. 7. Metamorph.

(2) Virg. Buc. eglog. 1.

(3) Ps. 13. 5.

(4) Tom. 9. l. 1. diss. 1. c. 1. n. 1

ipsi dulcem, amorem vero austerum aut dixerunt, aut somniarunt. Ego saltem ab his quatuor præjudicijs magnam partem vacuam, et immuncam, quamquam per attritionem non sentio; eaque quod sive veritati, sive Alexandrinæ jussioni absit pugnem, meipsum sentio; eaque quod sive veritati, sive Alexandrinæ jussioni absit, rejicio. Nec opposita, ut arbitror, rigorismum, mea autem benignitatem spirat opinio: imo rigoris nescio quid hæc præ illa redolere videtur, quia dilectionem imperfectam pro impiorum justificatione, supremæque legis custodia Initialistæ dumtaxat petunt, cum ipse perfecta charitatis amore utrumque sentiam peragendum.

4. Narrat postmodum ex Pallavicino, mutationem quandam in decreto Tridentini fuisse factam, in quo de attritione dicitur: „ peccatorem ad gratiam in Sacramento Pœnitentiæ impetrandam disponit: " ibi namque priusquam decretum hoc Concilio ratum esset, non *disponit*, sed *sufficere* legebatur; jussu vero Patrum verbo *sufficere* abrado, verbum *disponit* substitutum est, ne questio præsens decisa videretur. Ast cum Attritionarij verbum *disponit* non remoram, sed proximam, et sufficientem dispositionem significare hic contendant, maximopere ob id illis succenset, et ait: (5) „ Magis contra ejusmodi argutationem in re gravissima, summoque negotio. Quid? Tridentinum delevit verbum *sufficit*, ut abstineret à decisione controversiæ, et substituit verbum *disponit*, quod idem significat ac *sufficit*? An ab homine ratione prædito (en ejus patientiam) asserti hoc potest? ... Ergo decreti reformatio mera illusio fuit, quod dici absque extrema temeritate, et audacia nequit. Cedo: dispositio proxima idemne significat, ac sufficiens, an secus? Si primum: Ergo reformatio decreti est chimerica. Si secundum: Ergo non est dispositio proxima. Quid ad hæc? Quid? Hæc: Natalis Alexander anti-attritionarij cunei insignis stratiotes de dispositione sufficienti Concilium avari, ac subinde *disponit* idem ac *sufficit* in hoc decreto significare, credidit, ut dixi cap. VI. n. 7. Christianus Lupus illiusmet agnitis strenuus alter pugil de dispositione sufficienti, et proxima decretum idem etiam intellexit, ut ipsius verba manifestant, cap. XXIII. n. 22. relata. Ejusdem militia palæstritæ alij de sua initiali attritione, seu amore ornata Concilij verba accipiunt: attritio vero hujusmodi proxima, et sufficiens, ipsis fatentibus, est dispositio: loquitur igitur Concilium de proxima, et sufficienti dispositione, ac propterea juxta ipsos verbum *disponit* idem significat, ac *sufficit*, seu proximè aptat. Nunc ergo clamita, et dic, obsecro, Initialistis tuis: „ Ergo decreti reformatio mera illusio, et chimerica fuit: vosque ratione orbati, extrema temeritate, et audacia loquimini: " Ipsique, si velint, tibi respondebunt. Cum eis ego verbum *disponit* pro dispositione sufficienti, ac proxima accipio, et hæc attritionem amoris charitatis expertem esse autumo, quia in decreto ipso (quod capite VI. n. 2. dedi) nullum dilectionis vestigium reperio: quamvis enim contritionem charitate perfici doceat, de attritione immediate agens, et charitatem, et amorem silentio præterit. Neque ob id litem decidere videtur, siquidem etiam *disponit* sufficientiam indicet, disceptabitur adhuc, num de servili, num de initiali attritione loquatur: quamquam ipsomet non de hæc, sed de illa sese affari indiget, agens de attritione, quæ ex turpitudinis peccati consideratione, vel ex gehennæ metu concipitur, quin ullam amoris mentionem faciat.

5. Sedenim, quod mirabilis est, ipsemet Concina memoratam gregalium suorum doctrinam amplexari videtur; etenim Concilij decretum cum Pallavicino exponens ait: (6) „ Verum est, attritionem suam initium sumere à solo metu, tametsi in suo progressu, et complemento non sit absque amore inchoato; sicuti homo inchoatur ex rudi materia, et postea ultra progreditur, et tandem suam suscipit perfectionem. Hæc vero attritio vocatur (à Concilio) Spiritus Sancti impulsus, non adhuc inhabitans, sed tantum moventis. " Igitur affatur Concilium de attritione amore inchoato prædita, ac propterea de dispositione sufficienti, nam attritio ista sufficiens præparatio ex ipso Concina est. Et advertas, rogo, quod Concilium, dum asserit, attritionem esse Spiritus Sancti impulsam non adhuc inhabitantis, sed moventis, affatur ex-

(5) C. 3. 5. 1. n. 4.

(6) C. 3. 5. 1. n. 2.

„ finis operis justificationis pluribus actibus constantis, effectus.“ Atvero, si ipsi iudices assideant, causa utique finitur; sed te quoque causa cadere, necesse erit; ex eorum quippe doctrina amor Dei super omnia charitati praeire, quae nullatenus.

12. In naturalium rerum ordine virtuosa opera ipsis praestant virtutibus, quia haec illis procreantur; in supernaturalium vero secus, quoniam a Deo virtutes nobis infunduntur. Ceterum cum supernaturalibus virtutibus ipsis suscipiendis in prociendum nos esse oportet, nec ad id natura opus satis sit; ante eorundem virtutum receptionem supernaturales actus nonnullos, quibus ad illas aptemur, convenit elicere. Sunt autem id genus actus ex sese imperfecti, et alterius, inferiorisque naturae, ac profluentes a virtutibus ipsis operationes. Verum haec D. Thomae verba, quamquam jam alibi transscripta, audire iterum, aequum erit: (15) „ Actus quidam laudabiles etiam tempore praecedere possunt actum, et habitum poenitentiae, sicut actus fidei, et spei informium, et actus timoris servilis: actus autem, et habitus charitatis simul sunt tempore cum actu, et habitu poenitentiae.“ Itaque actus revera laudabiles, sed minus perfecti quam ei, qui a supernaturali effluunt virtute, ipsam valent tempore praecedere, et ideo actus informes fidei, spei, et timoris praecedunt habitum poenitentiae, ac similiter charitatis habitum, uterque enim simul est; ac nullum amorem charitatis assignat, qui et informis sit, et habitus eos praecedat; imo asserit, quod charitatis actus est simul cum habitibus charitatis, et poenitentiae, ac propterea cum sanctificatione ipsa gratia, a qua exoritur certum est habitus huiusmodi. Deinde sicut ante lumen gloriae, quod est virtus ad videndum Deum, adesse nobis visio, seu cognitio Dei imperfecta, nempe actus fidei, secus vero perfecta, uti est visio beatifica: sic ante charitatem, quae virtus est ad amandum Deum, existit quoque in nobis amor quidam imperfectus, nimirum concupiscentia, non autem perfectus, seu charitatis; et ante poenitentiam, quae nobis praebet, ut de culpis nostris doleamus, extat similiter dolor imperfectus videlicet attritio, minui tamen dolor perfectus, seu contritio. Insuper gratia peccatum expellit, hominem intrinsece sanctificat, adoptivum Dei filium constituit, eum gloriam mereri, nasci, ac possidere facit: haec sunt gratiae munia, atque officia; sed horum nullum, aut illam praecedere, aut sine illa fieri potest. Quomodo igitur amor Dei super omnia, qui potissimum est charitatis opus, ante eam, vel sine ea erit? Amor isthuc nedium charitatis, sed et gratiae actus est, quia juxta D. Thomam capite XIV. laudatum, gratia gratum faciente exoritur: cum autem gratiae opera sine ea non fiunt, amor istidem nunquam sine gratia, ac propterea sine charitate, quae illi haeret indivise, erit.

13. Praeterea, etsi ante supernaturales virtutes ceteras actus quidam eorundem virtutum actibus haud absimiles efficerentur, Dei nihilominus amor charitati nunquam praeret, sed ab ea utroque nobilissimus voluntatis actus prodiret: quemadmodum enim Dei visio, quae suprema intellectus operatio est, sine lumine gloriae intellectum ipsum in sublimia erigente haudumquam fit; ita Dei amor, qui supremus item voluntatis est actus, sine charitate voluntatem ipsam inflammante non fiet. Lumen gloriae, quod praestantissima intellectus virtus sit, quamvis excellentes admodum in nobis dispositiones extat, visionis beatificae actum, ne imperfectum quidem, praesupponit; similiter ergo charitas, quae voluntatis utroque virtus est nobilissima, quamquam praeclearas, ac supernaturales praeparationes, non paucas habere nos praevic, desideret; secus vero amabilem, aut benevolam Dei amorem ullum; ipsa enim, ut Deum sine amemus, sicut et gloriae lumen, ut eum beatifice intueamur nobis a Deo ipso infunditur.

14. Attamen quia Dei amorem, ipsiusque visionem charitate, et lumine adinscat auxilij transeuntis concessis, fieri aliquando posse, capite III. assero, id quoque virtutibus ceteris, earumque operibus in praesentia tribuam. Quapropter antequam virtutem fidei quis habeat, aliquem fidei actum supernaturalem facere potest, si auxilio praeter supernaturali fidei ipsius perfectionem exequante donetur prius. Hoc autem quod raro eveniet, sicut et amare Deum sine charitate, ipsumque videre sine lumine glo-

(15) 3. p. q. 87. a. 6. c.

riae permanenter, ac per modum habitus praestitit, Operis huius instituto officit nullatenus, etenim sicut auxilium, quo fidei actus tam efficietur, fidei ipsius perfectionem, quamvis non permanentiam habeat, alioquin actum illum efficere non posset; ita auxilium, quod ante charitatem amorem pariat, charitatis quoque praestantia, non diturnitate, pollebit; et ideo culpam expellet, hominem justificabit, gratiamque secum auferet, hoc enim ad huius virtutis perfectionem spectat. Ad hoc: actus fidei uno Dei auxilio effectus infidelitatem, quae fidei ipsi adversa est, destruet: cum autem charitati lethalia omnia crimina contraria sint, actus charitatis, qui solo auxilio eliciatur, delecte ea prorsus debet, nec illorum consortium, licet imperfectus sit, perferre unquam poterit, sicut actus fidei ille, licet non sit intensus, cum infidelitate esse nequit. Charitas profecto si peccati maculam, dum imperfecta est, non abstergit, ut vult Concilium, gratia similiter, quod nemo asserit, cum imperfecta fuerit, ipsam non delebit; ambae enim, ut labem culparum abluant, in nobis sunt.

15. Nec veritati omnino congruit, expulsionem maculae, ut ipse ait, ultimum esse justificationis effectum, quin potius primum in homine peccatore dixerim: quamvis enim Deus, qui justificat, primum gratiam efficit, et dein gratia ipsa maculam pellere videtur; ac homo prius a labe mundari debet, ut gratia, sanctificatione, adoptione, ceterisque gratiae ipsius muneribus ornari, ac nobilitari valeat; et ideo maculae expulsionem Dei quidem justificantis effectus ultimus est: ac justificationis, quae in homine peragitur, primus. Sed D. Thomam ita rem enodantem audire praestat: (16) „ Sol per suam lucem agit ad removendum tenebras, et ideo ex parte solis prius est illiguminate, quam tenebras removeret: ex parte autem aeris illuminandi, prius est purgatum a tenebris, quam consequi lumen ordine naturae, licet utrumque sit simul tempore.“ Et quia infusio gratiae, et remissio culpae dicuntur ex parte Dei justificantis, ideo ordine naturae prior est gratiae infusio, quam culpae remissio. Sed si sumantur ea, quae sunt ex parte hominis justificati, est e converso; nam prius est ordine naturae liberatio a culpa, quam consecutio gratiae justificantis. Concina affatur proculdubio de justificatione ex parte hominis, non ex parte Dei, de ea nimirum, quae pluribus actibus constat, justificatio autem multiplex in nobis, unicus in Deo actus est: quocirca si charitas imperfecta non expellit maculam peccati, propterea quod haec expulsio ultimus existimetur justificationis ex parte hominis effectus, maculam illam debet prorsus excludere, quia exclusio isthac non ultimus, sed primus effectus est praestatae justificationis.

16. Ipse vero, quod peccati cum contritione, atque idcirco cum amore consortium atque possibile, haec Tridentini verba profert: (17) „ Ne tantum Sacramentum (Eucharistia) indignè, atque ideo in mortem, et condemnationem sumatur, statuit atque declarat ipsa Sancta Synodus, illis quos conscientia peccati mortalis gravat, quantumcumque etiam se contritos existiment, habita copia Confessoris, necessario praestantur esse Confessionem Sacramentalem.“ Et subdit ille: (18) „ Certum est, hic sermonem esse de contritione conjuncta cum charitate, seu de dolore ob offensam Deo propter se dilecto irrogatam. Nemo enim Catholicorum asserit, contritionem, nem illam imperfectam, quae attritio servilis dicitur, peccatum expellere. Porro si contritioni charitate formatae semper adjuncta esset justificatio peccatoris, nunquid Concilium timeret, ne contriti Sacerdotes indignè, et in damnationem sumerent Christi corpus? Quid ad haec mollioris Ethices Patroni?“

17. Nescio prorsus, nec curo, quid dicturi sunt hi: atvero sana, ac purioris Theologiae assuetudo affirmabit proculdubio, eos quos conscientia culpa mortalis gravat, quantumcumque se contritos, ac subinde licet perfecta contritione se peccatis existiment, habita copia Confessorij, ad confitendum teneri, antequam Corpus Christi recipiant, tum quia licet se contritos admodum credant, decipi in hoc, et vera contritione carere, ac propterea indignè sacrosanctum corpus illud suscipere queant: tum quia pec-

(16) 3. p. q. 113. a. 8. ad. 1.

(17) Sess. 13. can. 11.

(18) Cap. 5. § 2. n. 2.

catores omnes ante sumptionem Eucharistiae culpas suas confiteri tenentur, et ideo licet veram, et perfectam habeant contritionem, qua justus jam factus sit, si confessionem, habita Confessoris copia, non adhibeant ante communionem, rei noviter sunt, et indigni Corpus Domini manducant. Quapropter etsi contritioni charitate formata adjunda semper sit justificatio, merito timetur, imo et creditur, peccatores, sive re, sive existimatione contritos, nisi confessionem permittant, tantum Sacramentum indigne, atque adeo in mortem, et in damnationem sumere. Unde praedicta Concilii verba minime omnino, uti reor, indicant, aliquam esse contritionem charitate perfectam, quae peccatum non excludat, cum Sacerdos peccator etsi perfectissima, ac justificante contritione factus sit, adhuc confiteri tenetur: imo si antequam Missam celebret, non est confessus, post celebrationem confiteri debet, quam primum possit, ut statuit Concilium ipsum; aperte in hoc innuens, voluisse patefacere obligationem confitendi ante Eucharistiae sumptionem, potius quam possibilitatem contritionis charitate formatae peccatum non excludentis. Ad summam, Sacerdos, qui deliquit, licet conteratur, confiteri debet ante Missam, non quidem quia contritio non justificet, sed quoniam de sua contritione non est certus, et adest insuper praecipuum confitendi: sicut peccator quilibet etiam si contritionem aliquando habeat, pari de causa ad confessionem tenetur. (19) „Aliquis non potest, inquit D. Thomas, esse certus, quod contritio sua sit sufficiens ad deletionem poenae, et culpa, et ideo tenetur confiteri, et satisfacere, re, maxime cum contritio vera non fuerit, nisi propositum confitendi habuisset annexum, quod debet ad effectum deduci etiam propter praecipuum, quod est de confessione datum.“ Sed vide quam irreverenter, ne pejus aliquid dicam, hanc D. Thomae doctrinam impugnet Concina: (20) „Numquid reponit, ait, ideo confessionis praecipuum imponere, (Concillium) quia nemini constat, se veram contritionem habere, ideo ad majorem cautionem confessionem praecipere? Vana est cavillatio isthuc. Quoniam nemo quoque certus esse potest, se veram, et perfectam confessionem agere.“ Intolerabile proorsus est, quod Praeceptoris Angelici doctrina cavillatio vana nuncupetur; et hoc dumtaxat syllogismus valet causari, quod verba illius forte non viderit id tamen documento cuique sit oportet, ut sensu aliena indiscriminatim, sicut ille, non rodant. Porro verum est, quod nemo scit, se perfectam confessionem facere: at vero quoniam Sacramentalis confessio facilius peccatori obtinenda venit remedium est, eo etiam, quamvis contritionem se habere credat, ut obstringitur, ut licet non certo, vitissimiliter tamen credere possit, propriam salutem, cujus esse debet studiosissimus, iam obtinuisse, quoniam et difficilior, et faciliorem medelam, nempe contritionem, ac confessionem, se ratus est adhibuisse.

18. Hae ille ejusdem B. Thomae verba adducit: (21) „Sic non accipitur initialis (timor) secundum quod distinguitur a timore servili, et filiali, sed accipitur, secundum quod competit statui incipientium, in quibus inchoatur quidam timor per inchoationem charitatis. Non tamen inest eis timor filialis perfectus, quia nondum pervenerunt ad perfectionem charitatis. Et ideo timor initialis hoc modo se habet ad filialem, sicut charitas imperfecta ad perfectam. Charitas autem perfecta, et imperfecta non differunt secundum essentiam, sed solum secundum statum.“ His transcriptis, addit Concina: (22) „Quid significant ultima verba secundum statum? Duo sunt status, justus, et peccatoris. Charitas perfecta, et imperfecta differunt secundum statum, non secundum essentiam: Ergo perfecta in justo, imperfecta in peccatore justificando.“

19. Sed vide simillimum argumentum: „Duo sunt status, justus, et peccatoris. Gratia perfecta, et imperfecta differunt secundum statum, non secundum essentiam: Ergo perfecta in justo, imperfecta in peccatore justificando.“ Nemo autem ob hanc argumentationem credit, gratiam imperfectam esse in peccatore justificando: ac propterea nec concinanz ratiocinationis causa credere debet, charitatem imperfectam in eodem reperiri. Insuper verba illa secundum statum non significant status justus, et peccatoris; sed sta-

(19) 4. Sent. d. 17. q. 1. a. 5. quæstione. 2. ad 1.
(21) 2. 2. q. 19. a. 8. c.

(20) ubi supra.
(22) C. 5. 5. 3. n. 4.

tus incipientium, proficientium, ac perfectorum: isti enim sunt status, vel gradus charitatis, juxta S. Doctorem, (23) qui de his se loqui indicat ajens: „accipitur secundum quod competit statui incipientium.“ Porro incipientes, proficientes, et perfecti, quos charitatis status complectuntur, justus sunt omnes, quia jam ad Deum conversi, et vitam spiritualem sunt ingressi, quamvis alii in principio, alii in medio, alii in termino reperiantur. Unde ait ipse cum B. Gregorio: (24) „Tres sunt modi conversorum, inchoatio, medietas, atque perfectio.“ Et ideo in his tribus statibus eos homines tantum collocat, qui libertate spiritali fruuntur, id est, qui a peccati servitute liberi sunt per charitatem, quæ est à Spiritu Sancto inhabitante. (25) „Libertas à peccato fit per charitatem, quæ est à Spiritu Sancto inhabitante. (25) „Libertas à peccato fit per charitatem, quæ est à Spiritu Sancto inhabitante. (25) „Libertas à peccato fit per charitatem, quæ est à Spiritu Sancto inhabitante. (25) „Libertas à peccato fit per charitatem, quæ est à Spiritu Sancto inhabitante.“ Hac utique charitas, quæ justificationem asfert, communis est tribus statibus, convenitque propterea non peccatoribus, sed justis: dicitur verò imperfecta in incipientibus, quia minorem in illis, quam in proficientibus, et perfectis habet intensionem: et ob id similiter filialis incipientium timor appellatur imperfectus, non autem quia in peccatore valeat reperiri. Deinde sic ex Augustino edisserit charitatis gradus: (26) „Charitas, cum fuerit nata, nutritur, quod pertinet ad incipientes, cum fuerit nutrita, roboratur, quod pertinet ad proficientes: cum fuerit roborata, perfitur, quod pertinet ad perfectos: Ergo est triplex gradus charitatis.“ Hic sermo est de charitate, quæ in homine justificato perseverat, de ea nempe, quæ nascitur, nutritur, roboratur, atque perficitur: et exinde fit, quod charitas imperfecta, quæ in incipientibus nascitur, alia est à charitate inchoata, pro qua Initialistæ certant; hæc namque, utpote dispositio prævia, dilectio quædam esset informis, quæ idcirco in justo non permaneret, nam informes adus formati in justificatione non fiunt, et ideo attritio non potest fieri contritio, ut cum S. Doctore dixi capite X. num. 10. Præterea, si duo sunt status, in quibus charitas invenitur, nempe justus, et peccatoris, sicut justus, ita quoque peccatoris status erit status charitatis: hoc autem verò absimile videtur, quia nil cum charitate pugnat magis, quam peccatum; quomodo itaque peccati status esse quibus status charitatis? Peccatum charitate ipsa, sicuti vita mors hominem spoliat; et ideo sicut mortuus homo in statu vite esse non dicitur, sic neque homo peccator in statu charitatis reperitur. Mortalis culpa animæ mors est, quia (27) „peccatum cum consummatum fuerit, generat mortem.“ quapropter charitas, quæ culpam destruit, vita est animæ ipsius: unde si status peccatoris est status charitatis, status mortis erit status vite: cum verò id indeprehensibile proorsus appareat, nullam in peccatore charitatem, sicut nec in mortuo vitam ullam esse, potius crediderim.

20. Inquis tamen, duplicem vivificationem, sicut et justitiam etiam duplicem admittit, necesse est, alteram nimirum à Spiritu Sancto movente, alteram ab eodem Spiritu jam inhabitante derivatam, quoniam Bajus aliter sentiens, ab Ecclesia improbatum est, ut liquet in his thesibus illius, quæ damnata sunt.

60. „Similiter et illa distinctio duplicis justitiæ alterius, quæ fit per Spiritum charitatis inhabitantem; alterius, quæ fit ex inspiratione quidem Spiritus Sancti cor ad penitentiam excitantis, sed nondum cor inhabitantis, et in eo charitatem diffundentis, qua divinæ legis justificatio impleatur, odiosissimè, et pertinacissimè rejicitur.“ Alij apud Bertii (28) legunt: „ut odiosissima, et pertinacissima rejicitur.“

61. „Denique, et illa distinctio duplicis vivificationis, alterius, qua vivificatur peccator, dum ei penitentia, et vite novæ propositum, et inchoatio per Dei gratiam inspiratur; alterius, qua vivificatur, qui vere justificatur, et palme vivus in vite Christo efficitur, commentitia judicatur, et Scripturis minime congruens.“

21. Ast licet vivificationem hanc duplicem, ut par est, fatear, peccatorem tamen spiritaliter, seu in Deo vivere, inficias ibo; nam peccatum generat mortem, gratiam scilicet,

(23) 1. 2. q. 24. a. 9.
(26) Ibi q. 24. a. 9. c.

(24) Ibi q. 183. a. 4. c.
(27) Jacob 1. 17.

(25) Ibi ad 1.
(28) Tom. 3. diss. 1. c. 1. §. 3. n. 5.

quæ animæ vita est, penitus exstinguens: et ideo quandiu culpæ subest, tandiu vita ista, qua ipse in Deo, et Deus in eo erat, caret, ac mortuus est. Vivificatio autem, quæ est à Spiritu Sancto excitante, et movente, neutiquam vitam hanc, sed quasdam unice ad eam preparationes importat, attritionem namque secum habet, quæ est juxta Tridentinum à Spiritu Sancto movente, et ad gratiam præparat, sed illam non affert. Quocirca vivificatio isthæc nec mortem aufert, nec confert vitam, nisi Sacramenti virtus ei accesscat; ob idque solum dispositivè est vivificatio; et similiter justitia, quam peccatori tribuit, dispositivè item justitia est: unde peccator dum à Spiritu Sancto movetur, et excitatur ad Pœnitentiam, dispositivè vivit, et justus est, quia motione illa ad gratiam disponitur, quæ vita, ac justitia animæ dicitur. Et sciendum, quod clausula illa primæ thésis: „et in eo charitatem diffundentis:“ minime significat, aliquam esse charitatem, quæ sit à Spiritu Sancto excitante, seu movente, et nondum inhabitante; non enim de hujusmodi, sed de charitate, quæ à Spiritu Sancto inhabitante est, clausula intelligitur, tum quia loquitur de charitate, qua impletur justificatio, hæc autem charitas justificans est, proditque idcirco à Spiritu Sancto inhabitante. Tum quia prædicta verba sumuntur ex Apostolo dicente: „Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum Sanctum, qui datus est nobis:“ hic verò de ea charitate agitur, quæ à Spiritu Sancto inhabitante confertur. Quapropter sub dictione negativa *nondum* integra est perodus, et hunc reddit sensum: „Nondum cor inhabitantis, et nondum in eo charitatem diffundentis, quia divinæ legis justificatio impletur.“

22. Hucusque exposita Concine non adlubescunt, et ut vitam charitatis, id est, dilectionem ante charitatem in peccatore esse ostendat, ait confidenter: (29) „Ordo, qui communiter in virtutibus acquisitis comparandis servatur, idem in virtutibus infusis relucet, ut aliàs dictum est, et nunc in memoriam revocamus. Actus imperfecti fidei fidem perfectam antecedunt, actus spei languidi ad spem robustam, et constantem; et actus remissi charitatis imperfectæ ad charitatem perfectam, et ardentem viam parant.“ Solane charitas illico ac nascitur, confestim provectæ, et perfectæ resplendet? Solane charitatis virtus antecedentes sui generis, seu speciei, dispositiones rejicit? Adversarij si hoc asserant, prima et Philosophiæ, et Theologiæ principia evertunt. Porro sicut actus imperfecti fidei ad fidem, et non ad spem; et actus imperfecti spei ad spem, et non ad fidem; et actus imperfecti justitiæ ad justitiam, et non ad castitatem directè ducunt; et sicut actus imperfecti amoris concupiscentiæ ad amorem concupiscentiæ, et non ad amorem amicitii: ita imperfecti actus amicitii, seu charitatis ad perfectiorem charitatem directè, et immediatè disponunt.“

23. Supra tamen jam ostensum est, alium in naturalibus, in supernaturalibus verò virtutibus alium esse ordinem servandum, quia illæ, et non istæ nostris actibus acquiruntur: unde insolens nemini debet videri, quod ex his aliquæ antecedentes sui generis, vel speciei dispositiones rejiciant. Nec id Philosophiæ, et Theologiæ principia evertit, sed stabilis potius; siquidem in utroque ordine, naturæ scilicet, et gratiæ præstantissime sunt formæ quædam, quæ sibi similes non habent preparationes. Anima nostra aliam suæ speciei animam minime supponit. Lumen gloriæ aliud gloriæ lumen præviè non postulat. Visio beata alteram se priorem nullatenus exigit beatam visionem. Sanctificans gratia nullam similiter ante se gratiam habet sanctificantem, alioquin hæc etiam aliam haberet se præcedentem, et ista alteram quoque, et sic de ceteris sine termino, vel ad aliquam deveniendum est, quæ suæ speciei dispositiones non exposcat. Cum autem charitas, et dilectio charitatis formæ item sint nobilissimæ, nec aliam charitatem, nec charitatis dilectionem aliam se antecedentes petunt. Unde imperfectus actus virtutis, si virtutem præcedit, ad ipsam præparat; si autem à virtute nascitur, non ad eam, sed ad illius perfectiorem actum præviè disponit: et ideo actus imperfectus charitatis, cum ab ipsa virtute prodeat, non ad illam nos præviè, sed ad perfectiorem aptat dilectionem; imò ipsius charitatis perfectionem, seu augmentum meretur, ut docet D. Thomas dicens: (30) „Charitas inchoata meretur augeri, ut aucta mereatur perfici.“ Ubi

(29) C. 2. 5. 1. n. 1.

(30) 1. 2. q. 113. 2. 10. c.

loquitur de charitate mœrente, quæ actualis est, nam habitualis nullum meritum habet: ad propterea charitas inchoata, seu dilectio imperfecta ab ipsa exoritur virtute charitatis, à qua prodit amor meritorius. Hæc S. Doctoris verba pro charitate inchoata, et initiali, quæ ante gratiam sit, producit Concina: (31) sed inopportune, ut arbitror, quia ante gratiam nullum est meritum, seu charitas meritoria, de qua loquitur.

24. Nec charitas ab ortu suo omnimodam, ut plurimum, perfectionem habet, quia ut ait D. Augustinus: (32) „Numquid mox ut nascitur, jam prorsus perfecta est? Ut per se, fiat, nascitur: cum fuerit nata, nutritur; cum fuerit nutrita, roboratur: cum fuerit roborata, perficitur.“ Sed in quocumque statu illa fuerit, ac propterea etiamsi recens nata, aut inchoata, jam meritoria est, jam meretur augeri, et ideo sine gratia, et cum peccato nequit consistere: sicut et gratia ipsa ab infusione sua, licet imperfecta, et parum intensa sit, cum charitate, et absque ullo scelere adest. Neque hoc mirum admodum est; etenim charitatis inchoatæ actus fidem semper supponit, nec umquam extat sine illa: equomodo itaque erit sine charitate? Numquid magis cum fide, quam cum charitate necitur? Actus fidei intimus fidei ipsi, quam charitati, unitur: pari itaque ratione charitatis actus arctiori vinculo charitati, quam fidei debet innecti: et idcirco si non est sine fide, nec sine charitate erit. (33) „Charitas, ait ipse Concina, sine spe consistere nequit, sed eam inseparabilem habet.“ Si ergo charitas à spe est inseparabilis, quomodo charitatis actus à charitate divelli poterit? Numquidnam charitas strictius spei, quam charitatis actus charitati ipsi hæret? Insuper imperfecta opera virtutum, nondum ad earundem actus præstantiores, sed etiam ad alias virtutes, et ipsarum operationes præparant: sic actus fidei ad actum spei, et uterque simul cum spe, et fide ad charitatem, et pœnitentiam, necnon ad dilectionem, et contritionem disponunt. Imo cum finis præcepti sit charitas de corde puro, et conscientia bona, et fide non ficta, omnium virtutum opera, quibus mandata servamus, ac propterea ipsæ quoque virtutes, ad charitatem, seu dilectionem uti ad finem ordinantur, ad quas idcirco nequeunt non disponere. Denique etsi virtutes aliæ supernaturales suæ speciei dispositiones præviè exigent, charitas ante se dilectionem charitatis non postulare, proptereaquod ante charitatem inest homini peccatum, et cum hoc actus charitatis esse non valet, quia charitas virtus est mortiferis culpis omnibus contraria: sicut quia fides infidelitati adversatur, ante fidem esse nequit fidei actus, qui cum infidelitate consistat.

25. Urget vero adhuc ipse ajens: (34) „Omnium virtutum præstantissimam esse charitatem, Scripturæ Sanctæ docent. Quò autem excellentior virtus est tametsi infusa, eò majorem requirit preparationem, et dispositionem per analogiam ad virtutes acquisitas. Quare jure Patres, præsertim Augustinus, et Thomas inculcant, à charitate inchoata, et imperfecta ad provectam, perfectamque fieri transitum. Hinc colligimus obvium sensum illius axiomatis: ex attrito fit contritus; id est, attritus doloris, qui ex charitate imperfecta prodijt, fit contritus, suscepto Sacramento, in quo charitas perfecta infunditur. Dux istæ charitatis gradu, et statu, non natura dif- ferunt. Idcirco transitus iste optime intelligitur. Adversarij naturæ ordinem inver- tunt, et conturbant: ex concupiscentia oriri amicitiam, ipsi volunt. Differre specie propagant attritionem, et contritionem: quia illam ex amore concupiscentiæ, hanc ex amore amicitii manare fatentur. Ergo juxta ipsos hoc axioma, ex attrito fit contritus, hunc prodit sensum: amor concupiscentiæ parit amorem amicitii. Una species alteram generat; justitia castitatem parit, et paupertas liberalitatem. Quòd si hoc et in naturalibus, et in virtutibus acquisitis rerum ordinem invertit, idem, præ- portione servata, in virtutibus infusis evenire, censendum est.“

26. His omnibus est respondendum. Charitas præcipuis, quæ omnium est virtu- tum præstantissima, præclaras admodum dispositiones prævias, nimirum supernaturalia opera fidei, spei, amoris concupiscentiæ, timoris, et doloris, seu attritionis cum propo- sito confitendi, satisfaciendi, ac de cetero non peccandi, necnon posse plerumque

(31) C. 2. 5. 1. n. 1.

(32) C. 2. 5. 1. n. 28.

(33) in Epist. Joan. 15. 5. n. 4.

(34) Ibidem n. 3.

Pœnitentiæ, aut alterius Sacramenti receptionem; hæc enim omnia justificationi, in qua cum gratia datur charitas præcunt: ac amorem charitatis, qui eam præcedat, et cum peccato habiter, nullatenus petit: aliz vero virtutes, quæ sunt ante illam, nec tot, nec excellentes adeo dispositiones præviæ exposcunt. Patres merito inculcant, à charitate inchoata, et imperfecta ad perfectam, perfectamque fixi transitum: et id quoque Attritionistæ fatentur omnes; probè enim sciunt, quia charitas in ortu suo esse remissa solet, et postea incenditur, atque perficitur: at in quocumque gradu illa sit, non peccati, sed gratiæ habet contubernium. Eapropter homo attritus sit contritus virtute Sacramenti absque præviâ charitate; hanc enim si haberet ante Sacramenti receptionem, non tam attritus, quàm contritus diceretur, doleret quippe de peccatis propter Deum summe dilectum: et ideo ex attrito non fieret contritus; sed contritus imperfectè, efficeretur perfectè contritus; hoc autem axioma illud non dicit: unde ut recte ipsam calleas, attritionem in sensu Concilij Tridentini accipias oportet, quòd de illa sepe loquens, non amorem initialis, sed turpitudinis peccati, timoris inferni, ac beaticudinis amissionis meminit: his itaque de fontibus dolore nato pœnitentis perculsus, et attritus factus, dum ad Sacramentum accedit, gratiam, charitatem, pœnitentiamque suscipit, quibus contritionem concomitantè elicit, et contritus fit: quo pacto transitus iste facilius, ut reor, ac pyramide ipsi conformius declaratur.

27. Una species alteram parit, hæud quidem absolute, sed in sensu, de quo nunc, nimirum dispositivè: ita una virtus edere aliam potest, si ad eam, vel efficiendam, vel recipiendam disponit. Fides, spes, concupiscentia, timor, dolor charitatem, et amicitiam hac ratione pariunt, quia ad eas suscipiendas peccatores aptant. (35) „ Sic „ autem, inquit D. Thomas, fides generat spem, et spes charitatem, secundum scientiam „ licet quòd una disponit ad alteram. „ Neque id inficias ibit, nisi qui nesciat, juxta Concilium Tridentinum actus credendi, sperandi, timendi, dolendi impios preparare ad justificationem, quam idcirco preparative evitantur, necnon attritionem metu conceptam peccatori viam ad justitiam parare, eumque ad Dei gratiam in Sacramento Pœnitentiæ impetrandam disponere, atque idcirco non solum gratiam, sed etiam Spiritus Sancti dona, et pœnitentiæ, ac charitatis virtutes, quæ cum gratia veniunt, et ab attritione maxime differunt, ab ipsamet attritione edì similiter dispositivè. Nec dispositivum enixum hunc valet Concina rejicere, nam dispositiones omnes, quæ Concilio assignat, admittit, ut par est, et eis uti proximam preparationem addit amorem initialem, de quo idcirco, sicut et omnibus illis dicere tenetur, quod dispositivè parit gratiam, virtutes, et dona, quamquam hæc ab illo differant specie.

28. Igitur numquid, amabo te, doctrina isthæc naturæ, ac naturalium rerum ordinem invertit, conturbat? An non potius eum examissum servare dicenda est? Quandoquidem intellectus, et voluntas, quæ intellectionem, volitionemque principia sunt, materiam prævijs volitionibus, et intellectionibus preparari nullatenus exigant: exposcunt revera naturæ, quod inferiores aliquæ dispositionis præcedant intellectum, et voluntatem; illis tamen positis, Deus potentias hujusmodi producit, quin intellectio ullam, aut volitio prægrediatur. Hic profectò ordo est, qui in hominis generatione servatur; idemque potius in ejus regeneratione, seu justificatione servari debet, ne in ea naturæ, ac naturalium rerum ordinem inverti, conturbareque Concina conquærat. Quapropter charitas, et pœnitentiæ, quæ contritionis, ac dilectionis sunt origo, non solum dilectionem ipsam, et contritionem, sed dispositiones illas, quas super recensui, præviè postulant: his autem in corde peccatoris, qui ad Sacramentum accedit, existentibus, eidem illico cum gratia charitatem, et pœnitentiam Deus infundit. Unde is, qui ante virtutes hæc dilectionem flagitat, et contritionem, naturæ, ac rerum naturalium ordinem conturbare non minus videtur, quàm qui intellectionem, ac volitionem petere ante voluntatem et intellectum. Sed audi D. Thomam: (36) „ Sicut ab essentia animæ „ effluunt ejus potentia, quæ sunt operum principia; ita etiam ab ipsa gratia effluunt virtutes in potentias animæ, per quas potentia moventur ad actus. „ Poten-

(35) 1. 2. q. 66. a. 6. ad. 3.

(36) 1. 2. q. 110. a. 4. ad. 1.

tiæ, quæ fluunt ab anima, sunt intellectus, et voluntas: virtutes, quæ à gratia manant, sunt charitas, et pœnitentiæ: quocirca quemadmodum ante animam, et antequam ab ea potentia illæ exoriantur, ipsarum potentiarum opera, nempe intellectio, et volitio non existunt; sic ante gratiam, et priusquam ab ea charitas, et pœnitentiæ promaneant, harum virtutum actus, scilicet dilectio, et contritio non erunt.

CAPUT. XXVI.

Auctoris ejusdem continuatur impugnatio.

1. Attritioni vim adimit Concina, sicut et alij Initialistæ, ut peccandi voluntatem auferat positivè; et eam negativè modò extrudere, sicut somnus, vehementis distractio, aut quid simile faciunt, concedit: exinque eam remotam, ac insufficientem esse dispositionem, concludit. At licet insufficientiam attritionis, ejusque impotentiam ad depellendum peccandi voluntatem contra Attritionistas benedictè suadere videatur, imò non perflusorie, sed decretoriè, peremptoriè, ac evidentè convincere, blandiatur sibi, nonnulla tamen ex ejus ore, aut calamo verba excidere, quæ illis propitia sunt potius, quàm adversa.

2. In primis enim ait: (1) „ Attritio servilis mala esse potest, quia includere „ voluntatem peccandi valet, ut si ei adsit voluntas conditionata violandi legem, si „ impune liceat. „ Attritio igitur, quæ mala non est, voluntatem peccandi, seu violandi legem, si id impune fieri posset, minime includit: at attritio metu concepta, etsi amore Dei ornata non sit, nullatenus mala, sed bona, et supernaturalis est, nam hæc propositio est damnata: „ Attritio, quæ ex gehennæ, et pœnarum metu concipiatur sine dilectione benevolentia Dei propter se, non est bonus motus, ac supernaturalis: „ unde voluntatem peccandi, seu violandi legem, si impune liceat, secum non habet; ac propterea sufficiens est preparatio, cum ob id potissimum insufficientem appelleret, quod voluntatem illam includat, aut non excludat. Sed vide, obsecro, inter doctrinam Concina, et proscriptam thesim quanta intercedat similitudo: attritio enim, ex eo, quæ peccandi non pellit voluntatem, mala est; at attritio servilis sine amore Dei, ipsomet judice, non tollit peccandi voluntatem: hujusmodi ergo attritio prava est. Quid aliud habet reprobaturum assertum? De timore ait similiter: (2) „ Datur timor servilis malus, nempe cum includit affectum conditionatum „ peccandi: „ timor qui amoris societate non potitur, eodem teste, affectum illum non excludit: malus ergo est. Id vero qui asseruerit, et ad hanc accedet condemnationem similiter sententiam: „ Timor gehennæ non est supernaturalis: „ et Tridentino contraibit decernenti: (3) „ Si quis dixerit, gehennæ metum... peccatum esse, aut „ peccatores peiores facere, anathema sit. „ Profectò si ad bonitatem attritionis, et timoris requiritur, quod peccandi expellant voluntatem, neque boni, neque supernaturalis illi forent si huic voluntati obsisterent negativè tantum, nempe sicut dormitio, aut distractio; his namque voluntas prava propriè non expellitur, sed plerumque, nobis id non conantibus, nec sententibus, suspenditur, sopitur, interrumpitur; at minime deponitur; et ideo post distractionem, et dormitionem statim reviviscit: unde et propter hoc nec laude, nec vituperio dignæ sunt.

3. Verum et positivè voluntatem peccandi attritione dispelli, ipse innuit ajens: (4) „ Contritio imperfecta, quæ etiam attritio dicitur, incipit à timore; est enim „ conceptus vel ex turpitudine peccati, vel ex gehennæ, et pœnarum metu: et quia „ peccatum injuria Dei est, illud detestatur, et pro eodem satisfacere Deo intendit. „ Detestari aliquid, est illud odissè, execrari, abominari, eique ex animo resistere, ac repugnare, et ideo rei cujusvis detestatio ejus est propulsatio positiva, seu expansio.

F f

(1) C. 7. §. 5. n. 5.

(2) ibi.

(3) Sess. 6. can. 8.

(4) dist. 1. c. 2. n. 2.

Pœnitentiæ, aut alterius Sacramenti receptionem; hæc enim omnia justificationi, in qua cum gratia datur charitas præcunt: ac amorem charitatis, qui eam præcedat, et cum peccato habiter, nullatenus petit: aliz vero virtutes, quæ sunt ante illam, nec tot, nec excellentes adeo dispositiones præviæ exposcunt. Patres merito inculcant, à charitate inchoata, et imperfecta ad perfectam, perfectamque fixi transitum: et id quoque Attritionistæ fatentur omnes; probè enim sciunt, quia charitas in ortu suo esse remissa solet, et postea incenditur, atque perfititur: at in quocumque gradu illa sit, non peccati, sed gratiæ habet contubernium. Eapropter homo attritus sit contritus virtute Sacramenti absque præviâ charitate; hanc enim si haberet ante Sacramenti receptionem, non tam attritus, quàm contritus diceretur, doleret quippe de peccatis propter Deum summe dilectum: et ideo ex attrito non fieret contritus; sed contritus imperfectè, efficeretur perfectè contritus; hoc autem axioma illud non dicit: unde ut recte ipsam calleas, attritionem in sensu Concilij Tridentini accipias oportet, quòd de illa sepe loquens, non amoris initialis, sed turpitudinis peccati, timoris inferni, ac beatitudinis amissionis meminit: his itaque de fontibus dolore nato pœnitentis perculsus, et attritus factus, dum ad Sacramentum accedit, gratiam, charitatem, pœnitentiamque suscipit, quibus contritionem concomitantè elicit, et contritus fit: quo pacto transitus iste facilius, ut reor, ac pyramide ipsi conformius declaratur.

27. Una species alteram parit, hæc quidem absolute, sed in sensu, de quo nunc, nimirum dispositivè: ita una virtus edere aliam potest, si ad eam, vel efficiendam, vel recipiendam disponit. Fides, spes, concupiscentia, timor, dolor charitatem, et amicitiam hac ratione pariunt, quia ad eas suscipiendas peccatores aptant. (35) „ Sic „ autem, inquit D. Thomas, fides generat spem, et spes charitatem, secundum scientiam, licet quòd una disponit ad alteram. „ Neque id inficias ibit, nisi qui nesciat, juxta Concilium Tridentinum actus credendi, sperandi, timendi, dolendi impios preparare ad justificationem, quam idcirco preparative evitantur, necnon attritionem metu conceptam peccatori viam ad justitiam parare, eumque ad Dei gratiam in Sacramento Pœnitentiæ impetrandam disponere, atque idcirco non solum gratiam, sed etiam Spiritus Sancti dona, et pœnitentiæ, ac charitatis virtutes, quæ cum gratia veniunt, et ab attritione maxime differunt, ab ipsamet attritione edì similiter dispositivè. Nec dispositivum enixum hunc valet Concina rejicere, nam dispositiones omnes, quæ Concilio assignat, admittit, ut par est, et eis uti proximum preparationem addit amorem initialem, de quo idcirco, sicut et omnibus illis dicere tenetur, quod dispositivè parit gratiam, virtutes, et dona, quamquam hæc ab illo differant specie.

28. Igitur numquid, amabo te, doctrina isthæc naturæ, ac naturalium rerum ordinem invertit, conturbat? An non potius eum examissum servare dicenda est? Quandoquidem intellectus, et voluntas, quæ intellectionem, volitionemque principia sunt, materiam prævijs volitionibus, et intellectionibus preparari nullatenus exigant: exposcunt revera naturæ, quod inferiores aliquæ dispositionis præcedant intellectum, et voluntatem; illis tamen positæ, Deus potentias hujusmodi producit, quin intellectio ullam, aut volitio prægrediatur. Hic profectò ordo est, qui in hominis generatione servatur; idemque potius in ejus regeneratione, seu justificatione servari debet, ne in ea naturæ, ac naturalium rerum ordinem inverti, conturbarique Concina conquærat. Quapropter charitas, et pœnitentiæ, quæ contritionis, ac dilectionis sunt origo, non solum dilectionem ipsam, et contritionem, sed dispositiones illas, quas super recensui, præviè postulant: his autem in corde peccatoris, qui ad Sacramentum accedit, existentibus, eidem illico cum gratia charitatem, et pœnitentiam Deus infundit. Unde is, qui ante virtutes hæc dilectionem flagitat, et contritionem, naturæ, ac rerum naturalium ordinem conturbare non minus videtur, quàm qui intellectionem, ac volitionem petere ante voluntatem et intellectum. Sed audi D. Thomam: (36) „ Sicut ab essentia animæ effluunt ejus potentie, quæ sunt operum principia; ita etiam ab ipsa gratia effluunt virtutes in potentias animæ, per quas potentie moventur ad actus. „ Poten-

(35) 1. 2. q. 66. a. 6. ad. 3.

(36) 1. 2. q. 110. a. 4. ad. 1.

tiæ, quæ fluunt ab anima, sunt intellectus, et voluntas: virtutes, quæ à gratia manant, sunt charitas, et pœnitentiæ: quocirca quemadmodum ante animam, et antequam ab ea potentie illæ exoriantur, ipsarum potentiarum opera, nempe intellectio, et volitio non existunt; sic ante gratiam, et priusquam ab ea charitas, et pœnitentiæ promaneant, harum virtutum actus, scilicet dilectio, et contritio non erunt.

CAPUT. XXVI.

Auctoris ejusdem continuatur impugnatio.

1. Attritioni vim adimit Concina, sicut et alij Initialistæ, ut peccandi voluntatem auferat positivè; et eam negativè modò extrudere, sicut somnus, vehementis distractio, aut quid simile faciunt, concedit: exinque eam remotam, ac insufficientem esse dispositionem, concludit. At licet insufficientiam attritionis, ejusque impotentiam ad depellendum peccandi voluntatem contra Attritionistas benedictè suadere videatur, imò non perflusorie, sed decretoriè, peremptoriè, ac evidentè convincere, blandiatur sibi, nonnulla tamen ex ejus ore, aut calamo verba excidere, quæ illis propitia sunt potius, quàm adversa.

2. In primis enim ait: (1) „ Attritio servilis mala esse potest, quia includere „ voluntatem peccandi valet, ut si ei adsit voluntas conditionata violandi legem, si „ impune liceret. „ Attritio igitur, quæ mala non est, voluntatem peccandi, seu violandi legem, si id impune fieri posset, minime includit: aut attritio metu concepta, etsi amore Dei ornata non sit, nullatenus mala, sed bona, et supernaturalis est, nam hæc propositio est damnata: „ Attritio, quæ ex gehennæ, et pœnarum metu concipiatur sine dilectione benevolentie Dei propter se, non est bonus motus, ac supernaturalis: „ unde voluntatem peccandi, seu violandi legem, si impune liceret, secum non habet; ac propterea sufficiens est preparatio, cum ob id potissimum insufficientem appelleret, quod voluntatem illam includat, aut non excludat. Sed vide, obsecro, inter doctrinam Concina, et proscriptam thesim quanta intercedat similitudo: attritio enim, ex eo, quæ peccandi non pellit voluntatem, mala est; aut attritio servilis sine amore Dei, ipsomet judice, non tollit peccandi voluntatem: hujusmodi ergo attritio prava est. Quid aliud habet reprobaturum assertum? De timore ait similiter: (2) „ Datur timor servilis malus, nempe cum includit affectum conditionatum „ peccandi: „ timor qui amoris societate non potitur, eodem teste, affectum illum non excludit: malus ergo est. Id vero qui asseruerit, et ad hanc accedet condemnationem similiter sententiam: „ Timor gehennæ non est supernaturalis: „ et Tridentino contraibit decernenti: (3) „ Si quis dixerit, gehennæ metum... peccatum esse, aut „ peccatores peiores facere, anathema sit. „ Profectò si ad bonitatem attritionis, et timoris requiritur, quod peccandi expellant voluntatem, neque boni, neque supernaturalis illi forent si huic voluntati obsisterent negative tantum, nempe sicut dormitio, aut distractio; his namque voluntas prava propriè non expellitur, sed plerumque, nobis id non conantibus, nec sententibus, suspenditur, sopitur, interrumpitur; at minime deponitur; et ideo post distractionem, et dormitionem statim reviviscit: unde et propter hoc nec laude, nec vituperio dignæ sunt.

3. Verum et positivè voluntatem peccandi attritione dispelli, ipse innuit ajens: (4) „ Contritio imperfecta, quæ etiam attritio dicitur, incipit à timore; est enim „ conceptus vel ex turpitudine peccati, vel ex gehennæ, et pœnarum metu: et quia „ peccatum injuria Dei est, illud detestatur, et pro eodem satisfacere Deo intendit. „ Detestari aliquid, est illud odissè, execrari, abominari, eique ex animo resistere, ac repugnare, et ideo rei cujusvis detestatio ejus est propulsatio positiva, seu expansio.

F f

(1) C. 7. §. 5. n. 5.

(2) ibi.

(3) Sess. 6. can. 8.

(4) dist. 1. c. 2. n. 2.

homo ille, qui perfectam, consummatamque cum Deo, habitualis noxæ, qua inficitur adhuc, causa inimicitiam habet, perfectam simul cum eo habeat amicitiam? Numquidnam et perfectus Dei amicus, et inimicus ipsius perfectus unâ esse valebit?

8. Hæc itidem ex Tridentino pro se asserta verba: (14) „Hanc dispositionem, seu præparationem justificationis ipsa consequitur, quæ non est sola peccatorum remissio, sed et sanctificatio, et renovatio interioris hominis per voluntariam susceptionem gratiæ, et donorum, unde homo ex injusto fit justus, et ex inimico amicus.“ Postmodum addit ipse: (15) „Genuina justificationis imago hic describitur. Justificatio non in sola peccatorum remissione sita est; sed insuper necessaria est renovatio interioris hominis. Quæ autem ratione hæc peragitur renovatio? Per voluntariam susceptionem gratiæ. Voluntas in hoc gravissimo justificationis opere non mortua est, sed vivens, et liberè suscipiens gratiam tum remittentem peccata, tum interiorem vitam renovantem. Hæc verba per voluntariam susceptionem gratiæ, significant liberam, atque adualem consensionem voluntatis, ut Catholici omnes docent adversus Novatores. Quid producat posteriora verba: et donorum, unde homo ex injusto fit justus, ex inimico amicus? Respondent nunc omnes Attritionarii. „Verum orationis cultum hic abrupte, ac eidem interfari oportet: quoniam æquid opus est, Attritionarios omnes lacessere, aut compellere? Perissologia hæc videtur, quæ premi admodum nequeunt illi, et idcirco forsitan omnium minimus, pingui saltem Minerva, respondere tibi poterit. Meme itaque adsum, perge modo loqui: cedo igitur: ausculto. Duo hostes, ais, transirene ex inimicitia in sinceram, et mutuam amicitiam valeant, nisi ambo reciproco amicitia amore sese prosequantur? Concilium Tridentinum definit, peccatorem fieri ex injusto justum, ex inimico amicum. Addit, in hanc amicitiam liberè hominem justificandum consentire. Quid est amicitia Deum inter, et nos? Charitas, respondent Theologi omnes. Consentit ergo voluntas liberè in hanc mutuam Deum inter, et nos charitatem. Quid est voluntaria, et libera consensio in charitatem, nisi æquis charitas? Concipine hæc in mutuam charitatem libera consensio absque charitate potest? Ipsa ergo consensio in mutuam amicitiam est amicitia incipiens, et charitas inchoata.“

9. Fuge hæc ais, et deinceps, ut assoles, convicia, quæ lubenter præteriens, dico: ratiocinationem tuam amorem charitatis ad justificationem necessariam esse, probare quidem, ac non antecedentem, seu initialem, qui cum peccato sit, sed concomitantem, qui gratia divinæ associetur. Gratia, ut fateris, vitam renovat interiorem; et ideo ante gratia infusionem interiore vita hac carent omnia in nobis. Voluntas ergo peccatoris ad justificationem mortua accedit, et tunc idcirco neque gratia, neque charitati, neque amicitia voluntariæ, et liberè consentit, quandoquidem si hæc præstaret, non mortua, sed viva ex doctrina tua censeretur: vivificatur autem, haud sane dum ad justificationem accedit, sed in ipsa justificatione, in qua mors interior deficit gratia, charitate, ac dilectione, quæ tum ornatur ipsique et non opere aliquo antecedenti, quod peccati mortem, seu maculam destrinare valeat, homo voluntariæ, et liberè consentit gratia, charitati, amicitia, sique ex injusto justus, ex inimico amicus Deis quemadmodum enim vir justus, ac Dei amicus operibus excludentibus vitam gratia peccato liberè consentit, et fit ex justo injustus, ex amico inimicus, ex vivo mortuus; ita homo peccator adibus, ac donis, quæ peccati mortem destrunt, gratia divinæ, seu vitæ interiori assentit voluntariæ, sique ex injusto justus, ex inimico amicus ex mortuo vivus: inimicitia amicitiam, justitiam, interioremque vitam probi hominis evertit, et noxæ socia est; amicitia igitur inimicitiam, injustitiam, mortemque internam prævi propulsabit, et gratia comes erit: ante gratia expulsionem in homine justo inimicitia erga Deum non est: igitur in homine injusto ante peccati destructionem non erit amicitia: inimicitia in illo non præcedit, sed comitatur expulsionem gratia; in hoc ergo amicitia non antecedens, sed concomitans est destructionem peccati. Quocirca dum Theologi omnes respondent, amicitiam esse charitatem, loquantur proculdubio

(14) Sess. 6. cap. 7.

(15) C. 8. §. 1. n. 12.

de amicitia hominis justis, in injusto enim non amicitia erga Deum, sed inimicitia, sua injustitiæ causa reperitur; ac justis amicitia non culpa, sed gratia est censors: si autem in injusto non est amicitia, neque charitas erit in eo, quantum amicitia Deum inter, et nos charitas est juxta responsum illam omnium Theologorum. Deus itaque, et nos charitas amore reciproco ex inimicitia in amicitiam redeunt; verum amor iste, et peccator amore reciproco ex inimicitia in amicitiam redeunt; verum amor iste, hic concomitans amicitiam, et charitatem, vel ipsamet charitas, et amicitia est. Consensio item in mutuam hanc amicitiam, amicitia incipiens, et charitas inchoata dici valet, quia in ipsa charitatis, amicitiaque restauratione inchoat, et incipit: ceterum gratia jam habet societatem, quoniam charitas, et amicitia restaurata licet tunc etiam incipiant, fervidissimæ, ac perfectissimæ esse possunt.

10. Responso isthæc eidem ipsi aridet: minime, et de justificatione, dum adhuc futura est, ac propterea de præparatione, et consensione illam prævenientibus Concilium asserti contendit: cum autem consensione hujusmodi inchoatam dicat charitatem, hanc exinde ante justificationem extare videretur. Sedenim id nullatenus ei assentiatur, quoniam Tridentinum expressè loquitur de voluntaria susceptione gratia, et donorum, unde homo ex injusto fit justus, et ex inimico amicus; gratia autem, dum futura est, non suscipitur, sed oratur: nec homo ex injusto fit justus, et ex inimico amicus, dum gratia, atque dona non existunt: et idcirco gratia susceptio, acceptatio gratiam ipsam minime antecedit, sed comitatur; ob idque prior ea non temporis, sed naturæ tantum prioritate, sicut concomitantes dispositiones ceteræ, valet nuncupari. Doctrinam hanc ipse omnino rejicit, et cavillationem appellat, vanissimamque distincionem: ast ego illam et Tridentino ad unguem respondere, et D. Thomæ conformem reor, qui asserti, ut cap. III. n. 4. et 5. dixi, Deum in justificatione infundere gratia donum, et hoc ipso dono movere liberum arbitrium ad illud acceptandum: et ideo infuso doni gratia, ejusque voluntaria acceptio simul sunt tempore. Ait etiam Doctor Angelicus: (16) „Deus non justificat nos sine nobis consentientibus, quia per motum liberi arbitrii, dum justificamur, Dei justitiæ consentimus. Ille tamen motus non est causa gratia, formaliter justificantis, sed ejus effectus.“ Motus itaque liberi arbitrii, quo justitiæ consentimus, ipsamque acceptamus, non ante justificationem, sed dum justificamur adest; nec ante gratiam, sed cum ea existit, quia ejus est effectus: ac propterea si motus hujusmodi initialis dicatur amor, hic non antecedens, sed concomitans erit dispositio. Unde fit, opera prævia solum dispositive esse gratia susceptionem, et in amicitiam consensionem, sicut et amicitiam incipientem, inchoatamque charitatem, ut scilicet ad gratiam, charitatem, et amicitiam suscipiendam hominem aptant.

11. Ceterum eundem necessitatem amoris promoventem, quo impius prævi ad justificationem futuram disponatur, iteratò audire æquum est: (17) „Vita cordis amor, ut commune fert axioma. Amore peccator ad bonum commutabile, seu ad creaturam convertitur, et à Deo recedit. Hæc aversio à Deo, et conversio ad creaturam per solum aversionem à creatura, et conversionem ad Deum auferri potest: siquidem amor erga creaturam auferri nequit nisi per oppositum amorem erga creatorem. . . Si quodlibet contrarium contrario tollitur, necessario sequitur, vitiosum amorem versus bona creata auferri per solum amorem erga bonum increatum, nempe Deum, posse.“ Hæc ille. At si vita cordis amor, hic in corde mortuo esse nequibit: hominis autem culpa infelix cor mortuum revera est, quia peccatum cum consummatum fuerit, generat mortem: in eo ergo amor non erit: (18) „Ipsa dilectio, ait Augustinus, est mors nostra sæculo, et vita cum Deo.“ Quomodo itaque erit dilectio in corde, quod sceleris causa adhuc sæculo vivit, adhuc Deo mortuum est? Amor creaturarum contraria dilectione Dei extinguitur: hæc vero non initialis, ac peccati socia, sed perfecta, et gratia comes est, utpote à Spiritu Sancto inhabitante descendens: (19) „Dilectioni hujus mundi, inquit idem, de qua satis agimus (al. saragimus) ut minuatur, et consumatur in nobis, contraria est dilectio Dei, quæ diffunditur in cor-

(16) De virtutibus q. 1. a. 1. ad. 20.

(17) Tract. 67. in Joann. n. 1.

(18) C. 8. §. 6. n. 7.

(19) ibi Tract. 74. n. 4.

Eapropter attritio, si peccatum detestatur, illud excludit positive, ac proinde positive etiam expellit peccandi voluntatem; hac enim peccatum quoddam est, non quidem habituale, quod in macula, quam culpa in anima relinquit, et gratia unice abluatur, consistit, sed aduale; nam voluntas peccandi, seu committendi aliquid criminis, criminosa utique est, atque peccaminosa: et peccatum hocce tandem perdurat, quando voluntas illa, sive absoluta sit, sive conditionata, non cessat, aut non rejicitur: eam vero pellit attritio, quia peccata detestatur. Si autem voluntatem peccandi non esse peccatum, sed vel inclinationem ad malum, vel similem ex his defectum, qui à culpa inferuntur, et peccatorum reliquie vocantur, ille contenderit, subjiciam ego, id generis reliquias, haud sane attritione, sed nec amore initiali excludi posse, quia non ante justificationem, sed in ea aliquando, et post illam frequentius extirpantur, ut capite VII. ostensum est. Unde licet peccatorum reliquie attritione non pellantur, id tamen neque attritionis ipsius insufficientiam, neque initialis dilectionis prode necessitatem, cum utraque justificationi praeire debeat, secus vero reliquiarum expulsio: quin etiam si attritio, quia reliquias hasce non extirpat, preparatio est insufficientis, incongrua quoque erit dilectio initialis, quia eas non eradicaret.

4. Ipse etiam ait: (5) „Confessiones recidivorum, consuetudinariorum magna in parte sacrilege sunt, ut suo loco ostendam. Isti terrore gehennae concussi, et desiderio aeternae beatitudinis aliquando excitati accedunt ad confessionem, absolvuntur, relabuntur; iterum confitentur, et iterum relabuntur: et in perpetuo confessionum, et scelerum circulo vitam agunt. Isti sane solo timore gehennae, sola attritione servili opus maximum justificationis ordiuntur; sed in exordio sistunt, et ultra non pergunt, ideo raro sincere convertuntur.“ Confessiones itaque recidivorum, et consuetudinariorum gehennae terrore factae magna in parte sacrilege sunt: alique igitur sacrilege non sunt, aliis haud magna in parte, sed omnes essent sacrilege. Deinde eorumdem hominum conversiones solo timore gehennae, sola attritione servili orae, raro sincere sunt: nonnullae ergo sincere sunt, aliquo non raro, sed nunquam sincere forent. Porro si confessiones, et conversiones alique solo timore gehennae, sola attritione servili peractae sincere, et non sacrilege sunt, omnes isdem, quae eodem modo confitentur, non sacrilege, sed sincere erant: ac propterea ad confessionum, conversionumque sinceritatem, et valorem amoris praevidere necessarius non erit, sed sufficit gehennae timor, vel attritio servilis; neque enim modò dilectionem, modò formidinem, in his timorem, in illis amorem, sed vel amorem, vel timorem, vel utrumque semper, et in omnibus exigunt iniquis conversio, et confessio. Insuper gehennae timor, et attritio servilis aut insufficientes, aut sufficientes sunt dispositiones praevidere ad maximum justificationis opus in Sacramento efficiendum: si primum, peccatores illis percussi nunquam ac proinde nec raro convertentur, ac justificabuntur: si secundum, semper, et hocce, quod hic stabilitur. Ita nimirum ad Attritionistas, quorum doctrinam chimæram chimerarum lepidulæ aliquando dixit, non semel accedit, quia videlicet

(6) „Quandoque bonus dormitat Homerus,
Verum opere in longo fas est obrepere somnum.“

5. Insuper amorem, quem à peccatoribus, qui justificantur, exigit Tridentinum dicens: „illumque tamquam omnis justitiae fontem diligere incipiunt:“ non spei, sed charitatis esse contendit, et ait: (7) „Theologi haecenus, simul et Philosophi duos tantum agnoverunt amores, concupiscentiae, et amicitiae, seu benevolentiae, et charitatis. Dilectio asserta à Tridentino est distincta à spei amore, qui est concupiscentiae: Ergo est dilectio amicitiae, seu charitatis.“ Sed confrater ejus, et coevalus Billuartius Theologus haud ignobilis tertium quoque agnovit amorem, nimirum benevolentiam à concupiscentia, et amicitia, charitate quoque distinctam: (8) Veruntamen ut ut hoc sit, si de amicitia, et charitatis amore astat Concilium, non antecedentem,

(5.) C. 6. n. 11.

(6) Horat. in arte.

(7.) C. 8. §. 1. n. 10.

(8) De Poenit. dist. 4. art. 7a

sed eum postulat, qui in corde hominis justificationem comitetur, in eaque esse incipiat, et ob id incipiens, seu initialis dici valeat, et perfectissimus interdum esse solet, sicut in Petro, et Paulo fuisse creditur. Hujusmodi amor, qui amicitia, et charitatis est, justificationi praeire nequit, quia amicitiam non inter inimicos, sed inter amicos versari, sicut inimicitiam, non amicos, sed inimicos afficere, cunctis in partibus est: Deus autem, et homo ante justificationem inimici sunt, in justificatione amici fiunt: et ideo ante justificationem non amicitia, sed inimicitia, et à justificatione non inimicitia, sed amicitia inter eos erit.

6. Vel ipse Tullius Deum inter, ac hominem peccatorem amicitiam nullam fateatur, ob istius improbitatem, et cum illo dissimilitudinem quam maximam, quae disrumpere antea potius, quam novam stabilire apta sunt amicitiam: unde ait: (9) „Disparis mores disparia studia sequuntur, quorum dissimilitudo dissociat amicitias: nec ob aliam causam ullam boni improbis, improbi bonis amici esse non possunt, nisi quod tanta est inter eos, quanta maxima potest esse, morum, studiorumque distantia.“ Porro homo improbus, seu peccator studijs, moribusque, antequam justificetur, Deo est dissimillimus, magisque admodum ab eo distat, quam à viro probò: quocirca si cum hoc veram amicitiam nequit habere quomodo cum Deo illam habebit? Homo dum amicitiam amore Deum prosequitur, ejus fit amicus, tuncque Deus vicissim illius amicus est: Deus vero nullius impij amicus valet esse, quin prius gratia sua impietatem auferat, ipsi quoque sua amicitia, ac dilectione dignum constituat. (10) „Digni autem, subdit Cicero, sunt amicitia, quibus in ipsis inest causa, cur diligantur. Rarum istud genus, (et quidem omnia praecleara rara) nec quidquam difficilius, quam reperire, quod sit omni ex parte in suo genere perfectum.“ Impius ante justificationem Dei odio potius, quam amore dignus est, nec in eo causa inest, cur diligatur, usque dum gratiam recipit: et ideo ante gratiam susceptionem nec Deus cum illo, propterea quoque nec ille cum Deo veram habet amicitiam. Profecto si reperire aliquem, qui nostram mereatur amicitiam, aequè difficile est, ac rem invenire, quae sit omni ex parte in suo genere perfecta: quanam praestantia susceptionem, qui Dei amicus efficiendus est? Sola Dei gratia, quae creaturarum est nobilissima, perfectionem, quae ad id necessaria est, poterit, ut reor, praebere.

7. Sed audiendus Augustinus: (11) „Non autem, inquit, quisquam efficitur amicus Dei, nisi purgatissimis moribus, et illo fine praecepti, de quo Apostolus dicit: „Fini autem praecepti est charitas de corde puro, et conscientia bona, et fide non ficta: quod isti (Manichaei) si haberent, non essent haeretici.“ Homo in peccato existens neque purgatissimos mores, sed potius corruptissimos, neque charitatem habet finem praecepti, nimirum dilectionem de corde puro, et conscientia bona, cum haec, et illud foedissima culpa labe inficiantur: et ideo Dei amicitiam, seu amorem, quo amicus Dei fiat, non habet, nec habere potest, usque dum gratiam, charitatemque recipiat: istae enim mores purgant, et dilectionem de corde jam puro, et conscientia jam bona efficiunt. Angelicus Magister haec similiter ait: (12) „Amicitia addit duo: quorum unum est societas quadam amantis, et amati in amore, ut scilicet mutuo se diligere sciant.“ Deus autem non amat, sed odit hominem in peccato existentem: deest ergo illis societas in amore, seu mutua dilectio, atque idcirco amicitia quoque. Et subdit „Amicitia est perfectissimum inter ea quae ad amorem pertinent, omnia prae dicta includens:“ id est, intensionem, fervorem amoris, et alia, quae ibi declarat. Quapropter si impius ante justificationem Deum verè amicitia prosequitur amore, cum non jam initialiter, et remissè, sed intensè, ac fervidè amabit, quia id habebit, quod perfectissimum est inter ea, quae ad amorem spectant. Ipse item Concina ait: (13) „Non modo charitatis amor benevolentia, sed perfectia quoque amicitia est.“ Unde si in peccatore charitatis est amor, perfecta quoque erit amicitia. At qui fieri poterit, ut

F i §

(9) De amicitia ad Aelianum (10) ibi.

(11) De Genesi contra Manicheos l. 1. c. 2. n. 4.

(12) 1. Sent. d. 27. q. 2. 2. c.

(13) C. 2. §. 1. n. 26.

„dibus nostris per Spiritum Sanctum qui datus est nobis. Præterea aversione à Deo per nullam opus, quod justificationi præcat, sed per gratiam tollitur, ut cum D. Thoma dixi cap. XXIII. n. 19. Illa vero aversione extincta, homo per gratiam ipsam habitu, et per amorem ab ea concomitanter procedentem ad Deum actu convertitur. Ea propter amor initialis gratiam præveniens, ad habitalem erga Deum conversionem efficiendam impotens esset, ad actualem superflua. Unde nec ad evellendam conversionem ad creaturas, seu criminalem erga ipsas dilectionem, amor ille necessarius est: nam creaturarum noxia dilectio, si habitualis est, à peccato ipso habituali non differt, et ideo gratiæ infusione unice expiatur: si vero actualis, ipsummet est actuale peccatum: hoc autem attritione, aliisque præviis operibus supernaturalibus, ac præsertim dolore de peccatis, et proposito emendationis impeditur. Imo neque actus, qui supra naturam sint, ad id plerumque desiderantur, tum quia actualia crimina transeunt, cessantque: tum quoniam sæpissime curis, labore, somno, ægritudine, atque etiam egestate ea exequi præpedimur, juxta illud: (20) „Est qui vetatur peccare præ inopia.“

12. Hac item ratione sententiam suam probare nititur: (21) „Peccator non est ad Sacramentum satis dispositus, nisi efficax, et firmum propositum habeat, omnia mandata divina servandi. Nec sufficit simplex velleitas, et languida voluntas, quæ ipsa non vult, sed velle. Hoc fateri omnes debent. Atqui voluntas efficax servandi omnia Dei mandata necessario includit propositum servandi primum, et universæ legis caput, præceptum scilicet charitatis: implicat autem in terminis, ut ajunt, consilium efficax, et deliberatum Dei diligendi sine amore Dei. Quid enim est, velle sincere, et efficaciter Deum diligere, nisi reipsa Deum amore prosequi? Veruntamen implicationem hanc ego non video: propositum namque quodcumque efficax intentiva quidem, ac non effectiva, aut executiva efficacitate constare debet, proptereaquod executio propositi alia, et dissita esse solet à proposito exequendi rem, quæ proponitur: unde propositum confitendi non est ipsa oris confessio, propositum satisfaciendi non est ipsa operis satisfactio; propositum emendationis non est ipsa morum emendatio; propositum rem alienam restituendi, non est ipsa restitutio: ac similiter consilium efficax, et deliberatum Dei diligendi, ipsa dilectio non est. Profecto homo attritus, et ad Sacramentum accedens, propositum habet non peccandi de cetero, servandique propterea mandata omnia; et ideo vult sincere, Deum diligere, sicut et justificari, sincere etiam vult, utrumque enim eidem est injunctum; sed quemadmodum actus, quo vult justificari non est justificatio ipsa, ita et actus, quo Deum amare vult, amor ipse non est. Adimplet tamen concomitanter in ipsa justificatione et propositum, et mandatum dilectionis, ut sæpius dictum est.

13. Post laudata verba hunc producit S. Augustini textum: (22) „Quomodo ergo Dominus dicit: Si diligitis me, mandata mea servate, et ego rogabo Patrem, et alium Paraclitum dabit vobis: cum hoc dicat de Spiritu Sancto, quem nisi habeamus, nec Deum diligere possumus, nec ejus mandata servare? Quomodo diligimus, ut cum accipiamus, quam nisi habeamus, diligere non valeamus? Aut quomodo mandata servabimus, ut cum accipiamus, quem nisi habeamus, mandata servare non possumus?... Restat ut intelligamus, Spiritum Sanctum habere qui diligit, et habendo mereri, et plus habeat, et plus habendo, plus diligit.“ Hæcenus S. Doctor: et addit Concina: „Qui igitur Deum diligit, Spiritum Sanctum moventem, et auxiliantem habet. Propositum enim diligendi Dei sine auxilio Dei haberi nequit. Preparatur animus, Spiritu Sancto intus movente, hac dilectione imperfecta, et inchoata; suscepto Sacramento, diffunditur cum gratia sanctificante charitatis habitus per Spiritum Sanctum tunc inhabitantem: et tunc in dilectione magis, magisque proficit.“

14. Veruntamen quod is, qui vere, et ex charitate Deum diligit, Spiritum Sanctum moventem, et non inhabitantem habeat, cum veritate pugnare videtur, siquidem Spiritus Sanctus movens, et non habitans, haud dilectionem in nobis, sed attritionem efficit, hæc namque juxta Tridentinum est donum Dei, et Spiritus Sancti impulsus non adhuc

(20) Eccl. 10. 23.

(21) Ubi supra n. 22.

(22) Tract. 74. in Joann.

quidem inhabitantis, sed tantum moventis. Augustini quoque menti interpretatio ista videtur dissentanea: ipse namque de Spiritu Sancto jam inhabitante, et non præcisè movente se eloqui, aperte manifestat; etenim proximè ante verba superius allata inquit: „Ipsè est, de quo dicit Apostolus: Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum Sanctum, qui datus est nobis.“ Nemo hic, ut reor, de Spiritu Sancto inhabitante, ac sanctificante esse sermonem, ambigere valebit. Affatur etiam Augustinus de amore meritorio, sicut verba illa indicant: „Intelligamus Spiritum Sanctum habere, qui diligit; et habendo mereri, ut plus habeat, et plus habendo, plus diligit.“ meritorius autem amor Spiritum Sanctum jam inhabitantem supponit; exoritur enim à gratia, et charitate, quibus cum datur Spiritus Divinus. Deinde in ipso Tractatu, de quo objecta verba sumpta sunt, enotare adicitur S. Doctor illum Evangelij locum: (23) „Si diligitis me, mandata mea servate; et ego rogabo Patrem, et alium Paraclitum dabit vobis, ut maneat vobiscum in æternum Spiritum veritatis, quem mundus non potest accipere, quia non videt eum, nec scit eum. Vos autem cognoscetis eum, quia apud vos manebit, et in vobis erit.“ Hic de Spiritu Sancto inhabitante sermo est, sicut illa ostendunt verba: „Ut maneat vobiscum in æternum. Apud vos manebit, et in vobis erit.“ Quapropter ineptiret Augustinus, (quod dicere nefas) si de Spiritu Sancto solum movente textum hunc interpretaretur. Et ideo charitatem imperfectam, et inchoatam, de qua, ut vult Concina, in hujus testimonij declaratione loquitur, et à Spiritu Sancto inhabitante, et meritoriam, ac propterea simul cum gratia, et à peccato procul esse, credendum est. Cum ergo absolute pronuntiet, quod Spiritum Sanctum habet, qui diligit, et de Spiritu Sancto inhabitante loquatur, sic, et non moventem solummodo eum habere debet, qui Deum amat. Et hoc verum est, quamvis imperfectè, et inchoatè diligit; siquidem de hac etiam dilectione accipiendum est testimonium productum, quia pro ea stabi-
lienda laudatur.

15. Insuper inchoata, et imperfecta dilectio, de qua agit Augustinus, ea fuit, quæ ante diem Pentecostes afficiebantur Apostoli: et hi quidem inhabitantem jam tum Spiritum Sanctum habebant, quia jam à Domino audierant: (24) „Accipite Spiritum Sanctum:“ jam justi erant, et amici Dei: (25) „Vos mundi estis... Vos autem dixi amicos:“ et in hujusmodi habitat Spiritus Sanctus. Divino ergo Spiritu in Apostolorum cordibus habitante, Deum diligebant, quamvis inchoatè adhuc, et imperfectè: sed imperfecta hæc, et inchoata dilectione meruerunt, ut majore plenitudine Sanctus Spiritus ipso Pentecostes die daretur, quo perfectius, seu fervidius diligerent. Et in hoc sensu loquitur S. Doctor de perfecta, et imperfecta dilectione. Unde addit: „Habebant itaque minus, et dandus eis erat amplius. Habebant occulte, accepturi fuerant manifeste.“ Igitur et qui perfectè, et qui imperfectè Deum amat, Spiritum Sanctum in se habitantem habet, ille cum majore donorum plenitudine, iste cum minore. Idcirco subdit: „Dum tamen constat, sine Spiritu Sancto Christum nos diligere, et mandata ejus servare non posse; et id nos posse, atque agere tanto minus, quanto illum percipimus minus; tanto autem amplius, quanto illum percipimus amplius: proinde non solum non habenti, verum tamen habenti non incassum promittitur: non habenti quidem, ut habeatur, habenti autem, ut amplius habeatur.“ Et ita questionem solvit, quomodo scilicet Christus promiserit Apostolis Spiritum Sanctum, quem jam habebant. Sed ut vides, cum qui minus, et cum qui amplius Christum amat, ejusque servat mandata, Spiritum Sanctum habere asserit. Cum autem de dilectione à Spiritu Sancto inhabitante procedente tam perspicue loquatur in hoc Tractatu, laudari hic minime oportebat pro amore initiali, qui haud Almi Pneumatis animam habitantis, sed mortalis culpæ eam occupantis, ac inficientis foret sodalis.

16. Sed eum iterum audi sic argumentantem: (26) „Qui odio ardet adversus proximum, absolutionis capax non est, nisi odioposito, erga proximum amorem concipiat. Qui ebrietati, luxuriæ, injustitiæ obnoxii sunt, ad absolutionem recipiendam dispositi non reputantur, nisi per contrarios actus erga temperantiam, justitiam, et

(23) Joan. 14. 15.

(24) Idem 20.

(25) Idem 13. et 14.

(26) C. 8. §. 4. n. 9.

castitatem ferantur. Et absolutionem suscipiendæ idonei iudicantur, qui charitatis amorem Deum offensum placare toto corde non student. Respondendum tamen est, quod homo attritus Penitentiam accipiens toto corde studet, vehementer studet, Deum placare, et charitatis amore diligere, siquidem peccatorum dolore, et odio, necnon emendationis proposito affectus accedit ad Sacramentum, ut veniam impetret, et gratiam, charitatemque, quibus Deum amet, obtineat. Unde amorem charitatis verè desiderat, sed nondum habet, sicut gratiam, et virtutes etiam operat, sed illis tum caret. Ceterum quemadmodum ipse, quia gratia, et virtutes in Sacramento conferuntur, illis iam ornatus Sacramentum suscipere non tenetur, ita quoque quoniam amor charitatis Sacramenti ope acquiritur, amore isto incensus ad Sacramentum accedere, non debet. Imò neque proximum, quem antea odit, priusquam absolvatur, aut justificetur, diligere valet charitatis amore: hic enim in peccatore non invenitur, quia ab ipsa charitate est culpam gravium omnium inimica. Quocirca ait B. Augustinus: (27) „Charitas ergo est fructus noster, quam definit Apostolus de corde puro, et conscientia bona, et fide non ficta. Hac diligimus invicem, hac diligimus Deum. Neque enim vera dilectione diligereimus invicem, nisi diligentes Deum.“ Cum ergo peccator Deum ex charitate non diligit, nec proximum ex charitate amat. Profecto charitatis amor erga proximum, si à charitate de corde puro, et conscientia bona prodit, deest omnino peccatori, quoniam hic impuro adhuc cordi subest, pravæque conscientiz. Satis ostensum est capite XII. supernaturalium proximorum amorem cum mortifera culpa esse nequire: quapropter qui alterum odio habet, odium deponere, et eum amore naturali prosequi ante absolutionem obstaculus est, secus verò supernaturali: hic enim ab ipsa charitate de corde puro, et conscientia bona, quæ in justificatione confertur, manat. Dissultat inde, quod si penitens Sacerdoti promittat, se Deum, et proximum post absolutionem, et infusionem charitatis habitualis dilecturum, absolvendus est. Id Concina infertur: (28) sed mihi est perspicuum, quia mandatum diligendi ex charitate Deum, et proximum iussis quibusdam alijs assimilatur, quæ sine gratia, seu ante justificationem non implentur.

17. (29) Urget tamen ille: dum amicitia inter duos dirimitur, non offensus quidem, sed offensor eam primus renovare, et alterum diligere secundum naturæ ordinem tenetur: igitur et peccator, qui amicitiam, quam cum Deo habebat, peccato suo violavit, eam primus instaurare, Deumque amare debet ex eodem ordine naturæ. Verùm eidem dicendum, oppositum secundum gratiæ ordinem evenire, quia Scriptura, et Patres concorditer clamant, quod Deus prior dilexit nos. Ubi gratia, et charitas non invenitur, haud amicitia, sed inimicitia cum Deo est: charitas autem, et gratia fructus sunt amoris, quo Deus prior nos diligit, easque gratis, et absque ullo merito nostro impertit nobis: atque idcirco non homo offensor, qui amicitiam dissuit, intrudisque inimicitiam, sed Deus offensus hanc evertit, illamque redintegrat. Naturalem vero amicitiam, quæ inter homines esse solet, quilibet valet innovare, sed justam, et naturæ ordinem conformans est, quod eam is excusset, qui dissolvit, quandoque tamen illam instaurat offensus: et si autem homo, qui injuriam sustinuit, naturalem quæ amicitiam de novo stabilire, cur Deus supernaturalem non restituet? Præsertim, quia ista, et non illa vires nostras omnes valde superat, et ideo priorem sæpe, posteriorem nunquam propriâ virtute regenerare valeamus. Ad hæc, is qui amicitiam aliquam restaurat, præcedentem inimicitiam dirumpit, inimicitia autem, quæ delicti causa inter virum impletum, et Deum est, dissolvi nequit, quin delictum ipsum auferatur: quis vero tollere delicta valet, nisi ille, cui dicimus: „Dimitte nobis debita nostra?“ Neque enim decepti sunt, qui quasiverunt: (30) „Quis potest dimittere peccata, nisi solus Deus?“ Porro Deus peccata impio remittit, gratiam ei tribuens, et charitatem, quibus fit justus, Dei ipsius amicus, atque dilector. Hæc omnia congruunt omnino veritati, eique idcirco incongruum videtur, impium ad hoc adigere, quod priusquam gratiam, et charitatem recipiat, inimicitiam exuat, novamque cum Deo ineat amicitiam.

(27) Tract. 87. in Joann.
(29) Ibidem.

(28) Hist. Probabilissimi, et Rigorismi, diss. 5. c. 6. §. 3. n. 6.
(30) Marc. 2. 7.

18. Sedenim vult ille prorsus, quod peccatores ante justificationem primo, et maximo præcepto satisfacere, Deumque propterea super omnia amare debeant: et id certis inculcat, consuetis amplificationibus, et convicijs non omissis: (31) „Nonne, ait, à præcepti charitatis observantia ordinem suam conversionem debent?“ Minime omnium, sed ab observantia præcepti fidei inchoanda est conversio, quia juxta Tridentinum: (32) „Fides est humanæ salutis initium, fundamentum, et radix omnis justificationis.“ Addit ipse tamen: (33) „Dum justus in peccatum labitur, et eximitur ne ab obligatione Deum diligendi? Ais. Quo jure? Quo titulo? Numquid quia peccavit? Numquid quia Christianus non est? Quia creatura Dei esse desijt? Absit. Dilectionis ergo mandato supremo obnoxius est. Cum autem primum hoc mandatum semper urgeat, licet non pro semper, et cur tempus illud excipis, quo ad Penitentiam Sacramentum accedit? Quid reponis? Non potest, cum sit peccatis irretitus?“ Utique, hoc ipsum repono, quia tutemet, hæc scribis: (34) „Qui reipsa hoc præceptum implent, plusquam semel Deum amant in singulas hebdomadas. Peccatores nunquam... Peccator lethali crimine inquinatus implere charitatis præceptum nequit, nisi respiscat, peccatumque penitentia deleat... Si de peccatoribus sermo sit, isti implere divinum præceptum nequeunt, nisi Deo reconcilientur, et culpis abolitis, in gratiam sese resituant.“ Hactenus ille, in quo D. Thomæ conformis est assensus, sicut dixi capite XIV. n. 7. dilectionis mandatum impleri in statu salutis, ac proinde non in statu peccati. Idipsum docent Attritionistæ, fatentur enim peccatores sub lege esse dilectionis, sed eam non implere, quandiu peccato subjacent: et ideo ut illum servent, culpam penitentia delere, Deo reconciliari, ac sese restituere in ejus gratiam, debere prius. In quo ergo est Attritionistarum crimen? Quomodo dicitur: (35) „Eorum opinionem penitus evacuare charitatis evangelicæ legem, primumque mandatum?“ Si vero id licet nonne evacuatio hæc Concina ipsi doctrinam istam Attritionistarum sæpe stabilienti tribuenda etiam erit? Ast in eâ tradendâ hos nequam nefaria noxa illa hædari, sed ipsam potius suimet oblivisci, aut sibi non constare dixerim.

19. Demum theses subsequentes velut doctrinæ suæ epitomam statuit: (36) „Propositio prima: Homo attritus, ut sit sufficienter dispositus ad Sacramentum Penitentiz, excludat necessum est omnem affectum prædominantem erga peccatum, omnem prævalentem voluntatem peccandi.

„Secunda propositio: solus amor contrarius prædominans, et prævalidus excludere potest affectum prævalidum, et prædominantem erga peccatum, sive bonum proprium.

„Tertia propositio: Amor prædominans, qui excludit, atque exterminat omnem amorem vitiosum prædominantem erga bonum proprium, seu peccatum, est amor charitatis saltem inchoatæ, quæ avertit hominem à creatura, et convertit in Deum, quem diligere incipit tamquam omnem justitiæ fontem, suumque ultimum finem.“

20. Istiusmodi theses specimen, sive ideam doctrinæ suæ, missis asperioribus verbis, et aculeatis, quibus adversam quasi in transitu percellit, (neque enim pacatè, et mansuetè, ut ajunt, Musis arguere scit, aut sermocinari) continere ipse affirmat. Nonnulla tamen notatu digna isthæc habet perlocha. Amor cumprimis, qui ante justificationem, ut peccandi excludat voluntatem, exigitur, non jam remissus erit, et debilis, ut communiter iniquum Initialistæ, sed fortis, atque intensus, nimirum prævalidus, et prædominans, ita ut vincere, ac exterminare valeat affectum ad culpam, qui in quibusdam peccatoribus intensissimus, ac pene inextirpabilis videtur, et idcirco nec in ipsa justificatione semper extinguitur, sed permanere solet post eam, sicut et alia peccatorum reliquia. Cum autem amor ita perfectus gratiam secum afferat, penitenti-

G g

(11) Cap. 6. num. 6.

(12) Sess. 6. Cap. 8.

(13) Cap. 8. §. 6. num. 2.

(14) Lib. 1. in decalogum diss. 4. cap. 9. num. 10. Et cap. 10. num. 1. et in Compendio lib. 3. diss. 2. cap. 4. n. 14.

(15) Laudato. c. 8. §. 6. n. 11.

(16) c. 9. §. 2. n. 22.

castitatem ferantur. Et absolutio suscipienda idonei iudicantur, qui charitatis amorem Deum offensum placare toto corde non student. Respondendum tamen est, quod homo attritus Penitentiam accipiens toto corde studet, vehementer studet, Deum placare, et charitatis amore diligere, siquidem peccatorum dolore, et odio, necnon emendationis proposito affectus accedit ad Sacramentum, ut veniam impetret, et gratiam, charitatemque, quibus Deum amet, obtineat. Unde amorem charitatis verè desiderat, sed nondum habet, sicut gratiam, et virtutes etiam operat, sed illis tum caret. Ceterum quemadmodum ipse, quia gratia, et virtutes in Sacramento conferuntur, illis iam ornatus Sacramentum suscipere non tenetur, ita quoque quoniam amor charitatis Sacramenti ope acquiritur, amore isto incensus ad Sacramentum accedere, non debet. Imò neque proximum, quem antea odit, priusquam absolvatur, aut iustificetur, diligere valet charitatis amore: hic enim in peccatore non invenitur, quia ab ipsa charitate est culpam gravium omnium inimica. Quocirca ait B. Augustinus: (27) „Charitas ergo est fructus noster, quam definit Apostolus de corde puro, et conscientia bona, et fide non ficta. Hac diligimus invicem, hac diligimus Deum. Neque enim vera dilectione diligereimus invicem, nisi diligentes Deum.“ Cum ergo peccator Deum ex charitate non diligit, nec proximum ex charitate amat. Profecto charitatis amor erga proximum, si à charitate de corde puro, et conscientia bona prodit, deest omnino peccatori, quoniam hic impuro adhuc cordi subest, pravæque conscientiz. Satis ostensum est capite XII. supernaturalium proximorum amorem cum mortifera culpa esse nequire: quapropter qui alterum odio habet, odium deponere, et eum amore naturali prosequi ante absolutionem obstaculus est, secus verò supernaturali: hic enim ab ipsa charitate de corde puro, et conscientia bona, quæ in justificatione confertur, manat. Dissultat inde, quod si penitens Sacerdoti promittat, se Deum, et proximum post absolutionem, et infusionem charitatis habitualis dilecturum, absolvendus est. Id Concina inficitur: (28) sed mihi est perspicuum, quia mandatum diligendi ex charitate Deum, et proximum iussis quibusdam alijs assimilatur, quæ sine gratia, seu ante justificationem non implentur.

17. (29) Urget tamen ille: dum amicitia inter duos dirimitur, non offensus quidem, sed offensor eam primus renovare, et alterum diligere secundum naturæ ordinem tenetur: igitur et peccator, qui amicitiam, quam cum Deo habebat, peccato suo violavit, eam primus instaurare, Deumque amare debet ex eodem ordine naturæ. Verùm eidem dicendum, oppositum secundum gratiæ ordinem evenire, quia Scriptura, et Patres concorditer clamant, quod Deus prior dilexit nos. Ubi gratia, et charitas non invenitur, haud amicitia, sed inimicitia cum Deo est: charitas autem, et gratia fructus sunt amoris, quo Deus prior nos diligit, easque gratis, et absque ullo merito nostro impertit nobis: atque idcirco non homo offensor, qui amicitiam dissuit, intrudisque inimicitiam, sed Deus offensus hanc evertit, illamque redintegrat. Naturalem vero amicitiam, quæ inter homines esse solet, quilibet valet innovare, sed justam, et naturæ ordinem conformans est, quod eam is excusset, qui dissolvit, quandoque tamen illam instaurat offensus: et si autem homo, qui injuriam sustinuit, naturalem quæ amicitiam de novo stabilire, cur Deus supernaturalem non restituet? Præsertim, quia ista, et non illa vires nostras omnes valde superat, et ideo priorem sæpe, posteriorem nunquam propria virtute regenerare valeamus. Ad hæc, is qui amicitiam aliquam restaurat, præcedentem inimicitiam dirumpit, inimicitia autem, quæ delicti causa inter virum impletum, et Deum est, dissolvi nequit, quin delictum ipsum auferatur: quis vero tollere delicta valet, nisi ille, cui dicimus: „Dimitte nobis debita nostra?“ Neque enim decepti sunt, qui quasiverunt: (30) „Quis potest dimittere peccata, nisi solus Deus?“ Porro Deus peccata impio remittit, gratiam ei tribuens, et charitatem, quibus fit justus, Dei ipsius amicus, atque dilector. Hæc omnia congruunt omnino veritati, eique idcirco incongruum videtur, impium ad hoc adigere, quod priusquam gratiam, et charitatem recipiat, inimicitiam exuat, novamque cum Deo ineat amicitiam.

(27) Tract. 87. in Joann.
(29) Ibidem.

(28) Hist. Probabilissimi, et Rigorismi, diss. 5. c. 6. §. 3. n. 6.
(30) Marc. 2. 7.

18. Sedenim vult ille prorsus, quod peccatores ante justificationem primo, et maximo præcepto satisfacere, Deumque propterea super omnia amare debeant: et id certis inculcat, consuetis amplificationibus, et convicijs non omissis: (31) „Nonne, ait, à præcepti charitatis observantia ordinem suam conversionem debent?“ Minime omnium, sed ab observantia præcepti fidei inchoanda est conversio, quia juxta Tridentinum: (32) „Fides est humanæ salutis initium, fundamentum, et radix omnis justificationis.“ Addit ipse tamen: (33) „Dum justus in peccatum labitur, eximitur ne ab obligatione Deum diligendi? Ais. Quo jure? Quo titulo? Numquid quia peccavit? Numquid quia Christianus non est? Quia creatura Dei esse desijt? Absit. Dilectionis ergo mandato supremo obnoxius est. Cum autem primum hoc mandatum semper urgeat, licet non pro semper, et cur tempus illud excipis, quo ad Penitentiam Sacramentum accedit? Quid reponis? Non potest, cum sit peccatis irretitus?“ Utique, hoc ipsum repono, quia tutemet, hæc scribis: (34) „Qui reipsa hoc præceptum implent, plusquam semel Deum amant in singulas hebdomadas. Peccatores nunquam... Peccator lethali crimine inquinatus implere charitatis præceptum nequit, nisi respiscat, peccatumque penitentia deleat... Si de peccatoribus sermo sit, isti implere divinum præceptum nequeunt, nisi Deo reconcilientur, et culpis abolitis, in gratiam sese resituant.“ Hactenus ille, in quo D. Thomæ conformis est assensus, sicut dixi capite XIV. n. 7. dilectionis mandatum impleri in statu salutis, ac proinde non in statu peccati. Idipsum docent Attritionistæ, fatentur enim peccatores sub lege esse dilectionis, sed eam non implere, quandiu peccato subjacent: et ideo ut illum servent, culpam penitentia delere, Deo reconciliari, ac sese restituere in ejus gratiam, debere prius. In quo ergo est Attritionistarum crimen? Quomodo dicitur: (35) „Eorum opinionem penitus evacuare charitatis evangelicæ legem, primumque mandatum?“ Si vero id licet nonne evacuatio hæc Concina ipsi doctrinam istam Attritionistarum sæpe stabilienti tribuenda etiam erit? Ast in eâ tradendâ hos nequam nefaria noxa illa hædari, sed ipsam potius suimet obvisci, aut sibi non constare dixerim.

19. Demum theses subsequentes velut doctrinæ suæ epitomam statuit: (36) „Propositio prima: Homo attritus, ut sit sufficienter dispositus ad Sacramentum Penitentiz, excludat necessum est omnem affectum prædominantem erga peccatum, omnem prævalentem voluntatem peccandi.

„Secunda propositio: solus amor contrarius prædominans, et prævalidus excludere potest affectum prævalidum, et prædominantem erga peccatum, sive bonum proprium.

„Tertia propositio: Amor prædominans, qui excludit, atque exterminat omnem amorem vitiosum prædominantem erga bonum proprium, seu peccatum, est amor charitatis saltem inchoatæ, quæ avertit hominem à creatura, et convertit in Deum, quem diligere incipit tamquam omnem justitiæ fontem, suumque ultimum finem.“

20. Istiusmodi theses specimen, sive ideam doctrinæ suæ, missis asperioribus verbis, et aculeatis, quibus adversam quasi in transitu percellit, (neque enim pacatè, et mansuetè, ut ajunt, Musis arguere scit, aut sermocinari) continere ipse affirmat. Nonnulla tamen notatu digna isthæc habet perlocha. Amor cumprimis, qui ante justificationem, ut peccandi excludat voluntatem, exigitur, non jam remissus erit, et debilis, ut communiter iniquum Initialistæ, sed fortis, atque intensus, nimirum prævalidus, et prædominans, ita ut vincere, ac exterminare valeat affectum ad culpam, qui in quibusdam peccatoribus intensissimus, ac pene inextirpabilis videtur, et idcirco nec in ipsa justificatione semper extinguitur, sed permanere solet post eam, sicut et alia peccatorum reliquia. Cum autem amor ita perfectus gratiam secum afferat, penitenti-

G g

(11) Cap. 6. num. 6.

(12) Sess. 6. Cap. 8.

(13) Cap. 8. §. 6. num. 2.

(14) Lib. 1. in decalogum diss. 4. cap. 9. num. 10. Et cap. 10. num. 1. et in Compendio lib. 3. diss. 2. cap. 4. n. 14.

(15) Laudato. c. 8. §. 6. n. 11.

(16) c. 9. §. 2. n. 22.

tes, si cum habere praviæ tenentur, justificabuntur ante receptionem Penitentia, quæ ob id non mortuorum, sed vivorum erit Sacramentum.

21. Deinde in plerisque peccatoribus amor, seu affectus, vel inclinatio prædominans circa peccatum nullatenus, ut opinor, est; usu quippe venit interdum, ut vir justus aut humana fragilitate victus, aut vehementi tentatione actus, aut inopina occasione abreptus magis, quam rei illicitæ appetitione in culpam aliquam prolatur, et exemplo in se reversus, facti cum pigreat, et pudeat, quamquam non statim justificetur: in eo quidem maculam, et reatum ad poenam culpa relinquit: et numquid præpotentem etiam, atque prævalidum ad culpam ipsam affectum, propensionemve relinquire credenda est? Quid autem si justus ille metu gravi percitus delinquit? Etiamne tum prævalidum amorem ad malum culpa in eo efficiet? Numquidnam B. Petrus postquam Christum metu negavit, prævalidum, et præpotentem amorem erga peccatum habuisse censendus est, et non potius tristitiam, dolorem, penitentiam? In peccatoribus hujusmodi prævalidum affectum ad malum nullatenus inveniri, ob idque neque amorem initialem desiderari dixerim, hic enim ad illam extirpandum necessarius dicitur: et ideo peccatores præfati Sacramentum suscipere, in eoque justificari poterunt sine amore illo, ac propterea absque eo etiam sufficiens et materia erit attritio, et preparatio. Porro si peccatores aliqui sine initiali amore justificari queunt, omnes similiter valebunt, quoniam Sacramentum utpote idem semper, eandem materiam, dispositionemque in cunctis peccatoribus exigit. Præterquamquod affectus ad malum si peccatum habituale est, gratia unica; si aduale, attritione pellitur: si vero non est peccatum, justificationem non impedit, et ideo amor, qui illum ante justificationem eradicet, non est necessarius. Conversio similiter ad Deum habitualis sic gratia ipsa, actualis amore concomitanti: ante justificationem sic quoque conversio quædam imperfecta, sed hæc dolore, et timore seu attritione peragitur juxta illud Tridentini: „Si quis dixerit, gehennæ metum, per quem ad misericordiam Dei de peccatis do- „lendo confugimus, &c.“ Unde neque ad conversionem peccatoris opus est initialis amor. Plura ex his supra stabilita manent: ac ut ipsemet Concina ait: (37) „In gra- „vissima controversia vix et repetitiones, et proluxitates vitari queunt.“

(37) Cap. 8. §. 6. num. 10.

CAPUT. XXVII.

*Imago peccatoris gehennæ metu ad Deum redeuntis à P. Concina
adornata consideratur attentius.*

1. Peccator hic novellus, et minime imperitus peccatoris resipiscens, ac sese ob inferni timorem convertentis ad Deum, sic effigiem exornat: (1) „Audi „filium prodigum patrem alloquentem. Doleo pater, et quam valeo, vehementer do- „leo, quod peccaverim. Antea hæc flagitiorum, et scelerum vitæ veniam enixe rogo, effla- „gitioque. Ingentis hereditatis tuæ advenzæ amore deflagro, firmamque concipio spem, „eamdem assequendi. Sed quia toties peccavi contra mandata tua, vehementer timeo, „ne illam sim amisurus: et ob hunc timorem subeundi tam grave damnum, ve- „hementer me penitet peccasse. Scias tamen velim, mi pater, quod intus in corde „meo latitat, non amor erga te, erga bonitatem tuam, cujus nec levem, inchoatam- „que scintillam expeior; sed solus timor damni sustinendi, sola spes opulentis patri- „monij obtinendi unica mihi est, ad te redeundi causa. Non te amo amantem; sed „te timeo penas, et supplicia minitantem. Non amo bonitatem tuam erga me pro-

(1) Cap. 8. §. 6. num. 3.

„fussissimam, sed reformido exheredationem meam mihi perniciosissimam. Hanc here- „ditatem concupisco: et ex hoc concupiscentiæ amore erga divitias tuas, spes in me „consurgit, easdem assequendi. Ama ergo pater filium te non amantem, sed perti- „mescentem. Ah fili nequam, et indignissime! Siccine patrem alloqueris? Apage in „malam crucem: Ah clementissime pater! Tempora, quasso, parumper indignationem „tuam. Si meus te sermo concitavit, causam cur ita locutus fuerim, audite, supplex „deprecor, efflagitoque, ne dedigneris. Theologi illi, Magistri illi, quos timeo, ò „pater, pro conscientia meæ regimine mihi assignasti, hanc me docuere doctrinam. „Isti præfatum sermonem altius animo meo imprimere conati sunt. Isti, isti, inquam, „mihi suaserunt, haudquaquam necesse esse, ut in hac mea penitentia, et reconcilia- „tione te vel inchoata charitatis, et initialis amicitia dilectione prosequar; sed suffi- „cere, ut ob cladum, poenarumque metum de peccatis meis doleam, amoreque con- „cupiscentiæ erga infinitam hereditatem tuam mihi obviamendam ardeam. Hanc ser- „vilem doctrinam, ò pater, egomet vel ipso lumine, quo me tu magna clementia per- „fudisti, ut falsam, communique sensui adversantem reputabam. Quid? Ipse dicebam: „inimicus, offensorque evasi amatissimi patris mei: et novum amicitia fœdus cum „eodem instaurabo, quin illum sincera charitate, suavique benevolentia redamem? Quid? „Ille me charitate impense diligit, et ego ipsum ob hereditatem possidendam dum- „taxat concupiscam? Dum talia effari audierunt Theologi tui, continuo vociferantes, „me terrifici rigoris, stultitiaque insimularunt, et velut hæreticæ sententiæ fautorem re- „darguerunt, quarum vocum strepitu perterritus, illorum tandem placitis auscultavi. „Adjecerunt illi solummodo, ne illos gravare, ut mihi caveam, videam, postquam „in jus hereditatis capiendæ restitutus, et plene, media absolute, tecum reconci- „liatus fuero, me postea mortis tempore, singulisque quinquennis, biennijve semel „saltem te charitatis amore prosequi debere. Illos ergo, pater optime, redargue, in- „crepa, in illos, non in me animadvertito. Hæc est autem viva imago peccatoris, „qui solo gehennæ timore, et spe beatitudinis æternæ obtinendæ, et dolore amitten- „dæ concussus ad Deum redit, ut cum eodem reconcilietur, omni amore, vel ini- „tiali erga illum bonitatem sublato. Ex inimico amicus fieri vult; et amare amicum „patrem non studet, non curat, non nititur?

2. Deprompta est effigies isthæc ex Opere de Re Sacramentaria Renati Drovven (2) in quo et alia Initialistarum, qui post eum scripserunt, argumenta præcipua com- peruntur: id tamen oculuit peccator nuperus; et ut effigiem ceu propriam posset venditare, nonnulla eidem addidit ornamenta, quibus venustior, atque elegantior facta est: eaque velut nova ægide adversus Attritionistas sape utitur, nimirum in Theologia Christiana, in istius Compendio, necnon in Historia Probabilismi, et Rigorismi: eterum illi neque od id elingues, neque silicæ efficiuntur, sicut ijs olim eveniebat, qui Medusæ caput in clypeo illo aspectabant: (3)

„Perque vias vidisse hominum simulacra, ferarumque „Passimque per agros, „In silicem ex ipis visa conversa Medusæ.“
Conspiciet igitur Attritionarius quilibet, intentisque luminibus contemplantur imagi- nem conciniam, offendetque non pauca, quæ ipsi non parum displicent, et illa, nil timens, impugnavit: compta ipsa quidem, aspectuque decora est; parerga tamen quæ- dam habet, quæ veritati incongrua, Religioni invida, et archetypo reluctantia videri poterunt. Ea hic est trutinare, et cum præceptionibus hucusque traditis conferre.

3. Attritus homo, qui in hac imagine describitur, præter timorem, et dolorem, fidei quoque, spei, aliisque operibus supernaturalibus afficitur, ipsisque ornatus ad Deum culturum suarum veniam petiturus convertitur. Quapropter gratias asseritur, quod homo ille Deum non diligit, etenim eum revera amat, haud quidem ut in se bonum,

G g §.

(2) Lib. 6. q. 4. cap. 4. 2. 1. §. 1.

(3) Ovid. lib. 4. Metamorph.

sed ut sibi optimum, atque beneficium; et ideo non solum ejus divitiarum, sed et ipsum, ejusque bonitatem vera dilectione prosequitur; concupiscentiarum quippe amor, quo spei causa exornatur, non ficitur, sed verus, imo et supernaturalis est, includitur enim in desiderio regni celestis, seu Dei fructu, quod pertinet ad spem, ac propterea supra naturam esse debet, sicut spes ipsa, et ejus desiderium: (4) „Motus „(amoris), inquit D. Thomas, in desiderio includitur, sicut causa in effectu; deside- „rat enim aliquid quasi amatum. Ipsa vero spes desiderium quoddam importat „cum quadam animi erectione, quasi in quoddam arduum tendens. Sicut ergo „simul est motus cognitionis cum motu amoris, ita motus amoris cum motu „spei, vel desiderii; sicut enim apprehensum movet amorem, ita amor movet desi- „derium, seu spem.“ Amor itaque spei, vel ad spem, ejusque desiderium per- „tinens attrito, et speranti inest homini, et ideo immerito dicitur: „non amor erga „te, erga bonitatem tuam, cujus nec levem, inchoatamque scintillam experior.“ Du- „pliciter etiam veritati hæc obsistit propositio: „Non te amo amantem.“ Siquidem „penitens vere amat Deum, et Deus contra peccatorem penitentem nondum amat, „quoniam adhuc impius est, etc: (5) „Odiō sunt Deo impius, et impietas ejus.“ Ac „peccatori, cui primo nec scintillam amoris donabat, postea amorem concupiscentiarum „erga patris divitias, caeleste patrimonium, infinitamque hereditatem ultro concedit; et „amor isthæc non semper scintilla, sed ingens etiam flamma quandoque esse solet in „corde peccatoris, sicut et dolor esse valet acerbissimus ex ipso dicente: „quàm va- „leo, vehementer doleo.“ Deo autem, qui peccatorem non diligit, maximam erga il- „lum dilectionem tribuit: sed neque in hoc sibi constans videtur; nam dum prodigus „ait: „ama ergo, pater, filium te non amantem:“ aperte innuit, se à patre non di- „ligi, alioquin frustra amorem posceret paternum; et postmodum pater ipse, amans, „amantissimus, et filium charitate impense diligens nuncupatur.

4. Præterea dum prodigus seisciturus: „Inimicus, offensorque evasi amantissimi „patris mei, et novum amicitiarum foedus cum eodem instaurabo, quin illum sinceræ „charitate, suavique benevolentia redamem?“ dum hæc, inquam, exquirat, respon- „dendum illi est: nequiquam novum amicitiarum foedus instaurabis, quin patrem benevole, „et ex charitate redames: verum hæc redamatio non cum peccato, sed cum gratia esse „debet. Similiter dum querit: „Ille me charitate impense diligit, et ego ipsum ob „hereditatem possidendam dumtaxat concupiscam?“ Eidem itidem dicendum: nedum „ob hereditatem possidendam patrem concupiscere, sed etiam propter ejus infinitam „bonitatem, seu ut in se bonum, optimum, maximum, et propter se ipsum summe dili- „gibilem amare teneris: amor tamen iste non initialis, imperfectus, et peccati socius, „uti Concina præcipit, sed perfectus, culpam arcens, et gratiæ habens consortium, ac „propterea non antecedens, sed concomitans sit oportet: ante justificationem Deum, ejus- „que divitias, quæ te beatum efficiant, concupiscas, satis est, neque enim nobilioris di- „lectionis id temporis es capax; sed in ipsa justificatione, dum gratia, et charitate, „perfectæ scilicet dilectionis fontibus ornaris, charitatis amore ipsum prosequi, obstrictus es.

5. Sed numquid imago hæc prototypo suo ad unguem respondeat? Mi saltem ei- „dem nimium assimilis non videtur. Filium prodigum, ejusque conversionem in illa ad- „umbrata, summa pictoris cura est, et id graphice præstat, sed citra verum: quando- „quidem conversionem prodigi amori hereditatis adeunda, spei opulenti patrimonii as- „sequendi, divitiarum concupiscentiæ, et exheredationis formidini uti causæ unicæ tri- „buit: id tamen nedum veritati, sed et Evangelio adversum est enarranti, prodigum pe- „tuisse prius à patre portionem substantiæ, quæ ei contingerat, ipsamque dissipasse vi- „vendo luxuriose. Unde prave amor hereditatis obtinendæ, et perdendæ formido illius „assuuntur orationi, jam enim hereditatem acceperat, ac prodegerat, acque idcirco non „ut filius, et heres, sed ut mercenarius apud patrem recipi exoptavit dicens: (6) „Jam

(4) De veritate q. 28. a. 4. c.

(5) Sap. 14. 9.

(6) Luc. c. 15. 19.

„non sum dignus vocari filius tuus: fac me sicut unum de mercenariis tuis.“ Com- „mentum similiter est, quod de rigore, stultitia, et hæresi Theologis Attritionariis pro- „digus, seu pñdor affingit: plurimi namque inter eos sunt, qui nec rigidam, nec stul- „tam, nec hæreticam putant Initialistarum sententiam. Sed iniquius adhuc est, quod eis- „dem Attritionariis, quin ullum excipiat, attribuit, eos nimirum adjecisse, hominem „Deo reconciliatum, seu jam justificatum mortis tempore, semelque singulis quinquen- „niis, biennisve Deum ipsum charitatis amore prosequi debere. Et hæc pñdor erudi- „te, dum Attritionistas gravare rennis, asserere audes? Hoc non est gravare, non est „calumniari, non est conviciari? Sed obsecro te, ne statuas illis hoc peccatum, quo- „niam sententia ista de bienniali, quinquenniali, et mortis hora adhibendo amore, par- „tim damnata, partim damnabilis est: quomodo itaque absque injuria poterit Attrit- „ionistis generatim adscribi? Numquid Victoria, Sotus, Canus, Joannes à S. Thoma, „Gonetus, Wigandius, Gottus, aliique tuimet Ordinis Attritionarii nobilissimi impro- „bam doctrinam illam unquam tradiderit? Imo attritionis assertores permulti opposi- „tam sedantur, et præcipiunt. Quid autem si alii aliter senserint? Numquid de alienis „erroribus arguendi, aut respondere illi, qui bene sapiunt, obstricti sunt? Pauci olim, nul- „lus fortasse hodie, istique non quæ Attritionista, sed quæ humanitus lapsi errorem il- „lum seminarunt: et hoc tibi sufficit, ut Attritionariis indiscriminatim hanc inferas „calumniam, eis videlicet ejusmodi aberrationem adjudicandi? Ego similiter, si id tibi „fas, possem asserere, Anti-Attritionistas Lutheranismum, Rigorismum, Bajanismum, Jan- „senismum, Quesnellismum penitentibus à se directis tradere, quia illorum aliqui Quas- „nellistæ, Jansenistæ, Bajanistæ, Rigoristæ, et Lutheranæ fuerunt. Hoc tamen absit à me „quàm longissime, quod tam charitas christiana, quam Alexandrina jussio merito im- „probant.

6. Verumenimvero quoniam pñdor noster Attritionistas de doctrina prava indesinenter appellat, justæ defensionis ergo ostendendum est, Anti-Attritionistas eodem potius morbo laborare. De hac vero re id solummodo dicam, quod certum, ac notum sit, narrati- „que idcirco valeat sine præjudicio charitatis, et obedientiæ jure merito jussioni illi exhibendæ. Martinus Lutherus Anti-Attritionarius fuit: siquidem, ut constat ex ejus verbis „cap. VI. n. 10. relatis, penitentem formidolosa attritione percursum absolutione cen- „suit indignum, quoniam attritio ea solo timore damni, ac sine amore justitiæ concipi- „tur, et voluntatem peccandi non excludit: quibus etiam de causis attritionem esse ma- „lam affirmavit. Catholici verò Anti-Attritionistæ attritionem bonam quidem fatentur: „at eisdem utuntur momentis ad impugnandam ejusdem attritionis sufficientiam. Ipse- „met Concina in prolixo admodum Auctorum censu, quem in sua opinionis turamentum „efformat, (7) producit Hugonem à S. Victore, Ricardum Victorinum, Robertum Pullum, „Guillelmum Antisiodorensis, S. Albertum Magnum, Alexandrum Aleosem, S. Raymun- „dum, Vincentium Bellocensem, S. Bonaventuram, S. Bernardinum, Gabrielem Biel: ii „tamen, eodem Concina teste, (8) Contritionistarum errori adhaeserunt, docentes, ad Sa- „cramentum Pœnitentiæ suscipiendum requiri contritionem perfectam, quæ charitate ha- „bituali, et satisficente gratia formetur. Pro amoris necessitate sunt Michael Bajus, Cornelius „Jansenius Episcopus Iprensis, Joannes Neer Cassel Episcopus Castoriensis, Petrus „Nicole, Antonius Arnauld, Petrus Henricus à S. Ignatio Carmelita, Pa-chalis Quesnellus, „qui apud nos sunt Auctores prohibiti. Plures insuper laudat Concina, quorum nomina „reperiuntur in Indicibus Expurgatoriis Inquisitionis Generalis Hispaniæ, (9) hæud quid- „dem quod hæretici fuerint, sed quia nonnulla spongiz digna tradiderint: hujusmodi sunt „Cardinalis Cajetanus, Albertus Pighius, Cornelius Mussus, Cornelius Jansenius Episcopus „Gandavensis, Genctianus Hervetus, Ruardus Tapperus, Joannes Medina, Martinus „Eisenreinius, Franciscus Samarinus, Didacus Stella, Joannes Molanus, Jacobus Gualte- „rius, et alii, quos omitto. Præterea omnes fere hæretici Janseniani sunt Initialistæ, et „propositiones Bajanæ, Quesnellianæ, et similes farinæ alias, quæ Vaticani fulmen subie-

(7) Cap. 8. §. 7. n. 2.

(8) Cap. 1. n. 5.

(9) Edit. 1747. et. 1790.

re, non Attritionarii, sed Anti-Attritionarii propugnantur. Qui ex his Catholici sunt, sententiam defendunt hæcenus non damnatam: sed momenta, quæ ut eam stabiliant, producant, doctrinæ contingere videntur, quem jam ab Ecclesia fulguritæ sunt, ut sæpius in hac Dissertatione probandum assumo. Imo illustriores ex ipsis hærescos suspicionem apud plurimos passi sunt, ut patet in Laurentio Berti, qui ut à labe ista purgaretur, multa scripsit, et in Natali Alexandro, cujus opera nec Romæ, nec Hispaniæ plauerunt, et ideo legi ibi non permittuntur, nisi correctionibus, et animadversionibus Roncagliæ castigata. Ipse etiam unus fuit ex quadraginta Doctoribus Sorbonæ subscribentibus famoso conscientie casui, qui præsentī sæculo incurrere tot dissidia suscitavit in Gallia. Initialistis adscribi poterunt Doctores hi, quoniam casus ille, cui subscriperunt, præter Jansenianam virum, insufficientiam attritionis, et amoris necessitatem ampledebatur. Sed licet tot fuerit Initialistarum Doctorum auctoritate, et subscriptione munitus, damnatus est à Clemente XI. et Inquisitio Hispana eum etiam in suis Expurgatoriis collocavit. (10) At P. Natalis ubi Petrus per Clementem locutus est, humiliter acquievit, et palinodiam dedit. Nec audiendi sunt, qui ejus retradationem formidini tribuunt amittendæ pensionis, quæ à Clero Gallicano donabatur. (11) Quæ hucusque dixi, statim produunt, Anti-Attritionistas illibate, ac incorrupte doctrinæ nec censei, nec extitisse omnes. Nihil tamen his moratus Concina prædictum album confixit, in quo ultra Contritionistas, et eos, qui sãna semper non docuerunt, aliquos item reperio, qui, meo iudicio, ad Attritionistas spectant, uti sunt D. Thomas, S. Carolus Borromeus, Dominicus Soto. Et ideo, qui de Auctoribus aliis innumeris, quos census ille complectitur exactam habuerit noticiam, quæ ego certe careo, plures insuper, ut reor, inveniet, qui non merè Initialista, sed vel errantes sint, vel Attritionista.

7. Denique conciniana imago, ut ad eam iterum oratio convertatur, sicut falsitate concepta, et expressa est, sic falsitate quoque concluditur, ajente pictore: „Ex inimico, co amicus fieri vult, et amare amicum patrem non studet, non curat, non nititur.“ Quod quidem veritati obstat, nam pater ante justificationem non est amicus, sed inimicus: et insuper homo penitens nititur, curat, et studet patrem amare; sed quia gratia, et charitate, quæ eum diligit, ob sua scelera privatus est, penitentia ductus patrem ipsum dolens adit, veniam humiliter precatur, credit item, sperat, timet, confiteretur, et Christi suscipit Sacramentum. Hæc et alia præstat, ut amissam charitatem, gratiamque redipiscatur, quibus Dei amicus fiat, et dilector. Numquid autem qui hæc omnia operatur, non nititur, non curat, non studet amare patrem? Ceterum necesse erat, quod imaginis hujus extrema primis amissim responderent. Et hinc conjicias licet, in ea adornanda amplius elegantia, quam naturæ, et philodico suo genio magis, quam veritati egregium artificem indulissee, ea usum licentia.

(12) Pictoribus, atque Poetis

„Quidlibet audendi semper fuit æqua potestas.“

(13) „Sed tamen amore quaramus seria ludo:“

etenim nedum veritati, sed et Religioni pictura isthæc suspecta videtur, et subinimica: in ea namque concupiscentia supernæ hereditatis, amor divini patrimonii, desiderium celestium divitiarum, dolor de peccatis ex beatitudinis amittendæ timore ortus, ac propterea adus fidei, ac spei, quibus cum sunt affectus illi, non multum probantur, siquidem peccatoris conversio hisce causis, vel operibus peracta reprobaratur competentissime, uti responsio indignatione plena, quæ patri affingitur, palam ostendit; hæc autem conversione improbat, et adus quibus peragitur, consequens est improbari. Id verò qui coheret cum doctrina catholica, ii quorum interesse, de rebus hujusmodi judicare, videntur. Ipse quidem coherentiam illam non video: si tamen insipientiæ meæ id adjudicare velis,

(10) V. cas de conscientie.

(11) Mémoires Chronologiques, et dogmatiques, pour servir à l'histoire Ecclesiastique depuis 1600. jusqu'à en 1716. avec des réflexions, et des remarques critiques. Tom. 4. Juillet. 20. 1701.

(12) Horat. in arte.

(13) id. 1. Sat. 1.

per me licet omnino, perferam libentissime; sed ignorantia hujuscæ rationem reddere, æquum habeo.

8. Igitur juxta fidem, supradicta opera, etsi charitatis amore stipata non sint, bona debent censei: et insuper is, qui beatitudinis æternæ vel obtinendæ, vel non amittendæ instandæ aliquid agit, licet charitatis ipsius careat sodalicio, innoxie, imo utiliter operatur. Hæc est Ecclesiæ doctrina, siquidem Alexander VIII. sequentes theses, quæ oppositum astruere videbantur, damnavit:

10. „Intentio, quæ quia detestatur malum, et prosequitur bonum, mere ut cælestem obtineat gloriam, non est recta, nec Deo placens.

11. „Omne quod non est ex fide Christiana supernaturali, quæ per dilectionem operatur, peccatum est.

12. „Quando in magnis peccatoribus deficit omnis amor, deficit etiam fides, et etiamsi videantur credere, non est fides divina, sed humana.

13. „Quisquis etiam æternæ mercedis intuitu Deo famulatur, charitate si caruerit, vitio non caret, quoties, intuitu licet beatitudinis, operatur.

14. „Timor gehennæ non est supernaturalis.

15. „Attritio, quæ ex gehennæ, et poenarum metu concipitur sine dilectione benevolentia Dei propter se, non est bonus motus, ac supernaturalis.“ Harum thesium proscriptio planissime ostendit, operationes eas, quibus homo attritus, et charitatis amore adhuc destitutus ad Deum convertitur culpæ suarum veniam ab eo deprecans, supernaturales, ac Deo ipsi gratas esse; et ideo hujusmodi conversionem à Patrem cælesti nullatenus rejici, sicut in hominis istius imagine conciniana reprobari fingitur, dum si ilius nequam, atque ingrattissimus ipse dicitur, et in malam crucem amandatur.

9. Præterea indignatio, ac responsio, quæ patri in hæc pictura tribuuntur, aliquantillum ad has Quæsnelli propositiones ab Ecclesia reprobatas accedere item videntur.

45. „Amore Dei in corde peccatorum non amplius regnante, necesse est, ut in eo carnalis regnet cupiditas, omnesque actiones ejus corruptat.“ Opera itaque attriti hominis, qui timore ad Deum confugit, etsi amoris consortio careant, non corrupta, sed incorrupta, ipsique proinde fructuosa, ac Deo non ingrata sunt, proptereaque confugium illud nequit à Deo reprobari.

46. „Cupiditas, aut charitas usum sensuum bonum, vel malum faciunt.“ Igitur sine charitate usus sensuum, ac similiter quivis actus alius bonus esse valet: 251 autem bonus, quomodo à Deo rejici poterit? Apertius autem hanc videtur thesim amplecti inquis: (14) „Mala voluntas amore illicito, et carnali prosequitur creaturam.“ Ergo ut desinat esse mala, et revocetur ab hac carnali voluptate, ad bona esse incipiat, amor celestis, et divinus directe oppositus necessarius est, ut inquit S. Augustinus in Enchir. cap. 117: „Regnat enim carnalis cupiditas, ubi non est Dei charitas.“ At Augustinus non de initiali, sed de perfecta, ac justificante charitate loquitur, siquidem ante verba ista ait: „Sine Dei dono, id est, sine Spiritu Sancto, per quem diffunditur charitas in cordibus nostris, jubere lex poterit, non juvare.“ Igitur ubi charitas justificans non est, regnat cupiditas, seu concupiscentia, quæ ad peccatum inclinat, ut docet Tridentinum: (15) et ideo nos ad peccatum trahit, actionesque nostras corrumpit aliquando, at non semper, alioquin absque charitate justificante nulla essent in nobis bona, quod falsum est: consistunt enim sine illa fides, spes, et Religio, ac proinde earum etiam opera. Videtis cap. IX. n. 42. Deinde inter amorem malum creaturæ, et amorem bonum Creatoris, amorem medium respicere videntur, qui bonus, vel saltem non malus sit: atvero illum rejicere non permittunt hæc, et antecedes propositio damnata, sicut nec ista, quam Alexander VIII. reprobat: 7. „Omnis humana actio, deliberata est Dei dilectio, vel mundi: si Dei, charitas Patris est: si mundi, concupiscentia carnis, hoc est mala.“

47. „Obedientia legis profuere debet ex fonte; et hic fons est charitas. Quando Dei amor est illius principium interitus, et Dei gloria ejus finis, tunc pura

(14) cap. 7. §. n. 8.

(15) Sec. 1.

est, quod apparet exterius, alioquin non est nisi hypocrisis, aut falsa iustitia. Lex peccatori jubet credere, sperare, timere, dolere de peccatis, et ad Deum converti: et ideo dum actus istos exequitur, licet charitas, et amor absint, legi revera obediunt: numquid autem cum legi pareat, sperni a legislatore valebit?

48. „Quid aliud esse possumus, nisi tenebræ, nisi aberratio, et nisi peccatum sine fidei lumine, sine Christo, et sine charitate? Aberrat utique, si pieturæ assensus adhibetur, à salutis inquirendæ via, is, qui sine charitate ad Deum redit: ipsum namque non ut Salvatorem benignum, sed ut iratum iudicem, ac sibi inimitem reperit.

49. „Ut nullum peccatum est sine amore nostri, ita nullum est opus bonum sine amore Dei. Opera itaque peccatoris metu ad Deum conversi, uti intentio, obedientia legis, attritio, seu dolor, et timor, necnon actus fidei, et spei, etsi fiant sine amore Dei, bona sunt: at ceu mala representat ea conciniana imago, in qua Deus illa respuit indignandus, sicut etiam ejus conversionem istis operibus effectam.

50. „Frustra clamamus ad Deum, Pater mi, si Spiritus charitatis non est ille, qui clamat. Frustra autem in hac imagine peccator clamat ad Patrem, siquidem idcirco quod charitatis Spiritu ornatus non sit, à patre penitus despicitur.

53. „Sola charitas christiano modo facit actiones christianas per relationem ad Deum, et Jesum Christum. Id ipsum innuere quoque videtur imago illa: quoniam penitentis hominis actiones, quod charitate non informantur, perinde ac si christianæ non essent, nec christiano modo factæ, aspernantur habentur in ea à patre.

54. „Sola charitas est, qua Deo loquitur, eam solam Deus audit. In imagine autem pater audire filium detestat, quia deest illi charitas: hoc verò quid aliud est, quam asserere, quod solam charitatem audit Deus?

55. „Deus non coronat nisi charitatem; qui currit ex alio impulsu, et ex alio motivo, in vanum currit. Juxta imaginem qui non ex charitate, sed ex alio motivo, impulsuque, nempe ex timore pœnæ ad Deum currit, in vanum currit, etenim non misericordiam reperit, sed despectum.

56. „Deus non remunerat nisi charitatem, quoniam charitas sola Deum honorat. Ast imago Deum sola charitate honorari, similiter innuit, nam pater conversionem peccatoris eum timentis, et consequenter opera supernaturalia, quæ conversio illa peragitur, quod charitatis societatem non habeant, prorsus aspernatur: id verò minime prætare, si ipsum honorarent opera illa.

59. „Oratio impiorum est novum peccatum, et quod Deus illis concedit, est novum in eos iudicium. Hoc pariter indigit pictura illa, nam impius, qui timore percitus ad Patrem orat, perinde ac si noviter in hoc ipsum offenderet, acerbissime increpatur; et quod ei conceditur, non est culpæ venia, quam quæsierat, sed novum iudicium, et hoc durissimum, cum in malam crucem projiciatur.

60. „Si solus supplicii timor animat penitentiam, quo hæc est magis violenta, eo magis ducit ad desperationem. Ad hanc itidem imago ducit, nam juxta illam qui supplicij timore penitet, non misericordiam, quam optat, sed supplicium, quod fugit, apud Deum invenit: id verò nonne penitentem illum in discrimen desperationis adducit?

66. „Qui vult Deo appropinquare, nec debet ad ipsum venire cum brutis, libus passionibus, neque adduci per instinctum naturalem, aut per timorem sicuti bestia, sed per fidem, et per amorem sicuti filij. Atvero Concina in sua effigie vult, quod peccatores non timore, sed amore ad Deum convertantur: attamen ex thesis hujusce damnatione peccator ut Deo appropinquet, sive ad eum redeat, et convertatur, non amore, sed timore eget. Flagitij, quo sordidatur causa, haud Dei filius, sed peccati ipsius, ac Satanz servus est: (16) „A quo enim quis superatus est, hujus et servus est: cum autem servi timore, sicut amore filij agantur, non dilectione ut filius, sed metu ut servus ad Dominum accedit, eique inservit peccator. Et in hoc bestiis ipsis aliquan-

(16) 2. Petri 2. 19.

tum assimilatur, quæ timore etiam potius, quam amore obedire consueverunt: sed ipsum inter ac bestias hoc interest, quod in his naturalis, in peccatore respiciens supernaturalis est timor. Nec te, quod bestiis peccatorem conferam, mevere debet: ex quoniam inestimabilem, ac pene divinum, quem illi gratia præbuit, peccando amisit honorem, ipsis par, quinimo et pejor ob improbitatem suam factus est: unde dicitur: (17) „Homo cum in honore esset, non intellexit: comparatus est jumentis insipientibus, et similis factus est illis.

67. „Timor servilis non sibi representat Deum, nisi ut dominum durum, imperiosum, injustum, intracabilem. Eodem prorsus modo timens Deum serviliter ipsum comperit in imagine conciniana; durum nimirum, et intracabilem, quoniam flecti ad misericordiam non vult: imperiosum, quia hominem illum in malam rem severius abire jubet: injustum, quoniam eundem, dum jussa illius exequitur, creando, sperando, timendo, ac similia opera actitando, à se abjicit iracundè.

10. En quo pacto conciniana imago, et doctrina, quamquam damnata minime sint, ad quænellianas theses nonnihil accedere videntur: imo et Tridentino non admodum conformes haberi fortasse poterunt: siquidem peccatoris conversionem metu penarum, et dolore exinde nato, attritione videlicet peccatam reprobare illæ audent: id autem fieri nequit, quin attritio ipsa, seu dolor, et timor hujusmodi reprobentur: at si reprobantur, Concilio aperte contradicitur decretanti: (18) „Si quis dixerit, gehennæ metum, per quem ad misericordiam Dei de peccatis dolendo confugimus, vel à peccando abstinemus, peccatum esse, aut peccatores pejores facere, anathema sit. Concilio hic probantur gehennæ metus, dolor de peccatis ex illo ortus, nempe attritio, et confugium ad misericordiam Dei, seu conversio, quæ ob dolorem illum, et timorem fiat: at Concina in sua imagine patrem colescem hæc omnia, perinde ac si mala essent, aspernantem inducit. Nec interest, quod charitas absit: nam opera illa etiam sine charitate bona, et supernaturalia sunt, ut patet ex supradictis, et idcirco à Deo, qui mala unice odit, improbari nequeunt, ac sperni. Deinde ipsamet Synodus declarat, ut sapius dictum est, attritionem ex metu conceptam donum Dei, et Spiritus Sancti impulsu esse, quod penitentis adjutus viam sibi ad justitiam parat. Porro attritionem hanc absque charitatis amore plerumque reperiri, nemo inficias ibit, nisi propositioni 15, ab Alexandro VIII. proscriptæ favere velit. Sedenim quoniam Pater celestis attritionem ipsam, quod sine charitate sit, respicit iratus, sicut respicere videtur in imagine conciniana? Numquid dona sua ac Spiritus Sancti impulsu, et adiutorio contemnet? Numquid penitenti, dum is ab eo motus, et adjutus viam sibi ad justitiam parat, irasci dicendus est? Numquid à se tunc illum projiciet? Hoc proficè idem esset, ac penitentem vocare, et repellere; ad justitiam paratum; et imparatum efflicere: viam salutis eidem aperire, et claudere, quo indeprehensibile est.

11. Sed quod caput est, neque Scripturæ Divinæ pictura illa, in qua pater celestis exprimitur, penitentem iracundè repellens, qui ad ipsum timore, et dolore plenus veniam peccatorum accesserat, nimirum congruit: aliter namque Scriptura ipsa peccatori patrem exhibet. Illa ait: (19) „Pater enim, et clemens est Dominus Deus vester, et non avertet faciem suam à vobis, si reversi fueritis ad eum: et peccatori ad ipsum revertenti succensens, indignationis potius, quam clementiæ, ac pietatis signa exhibebit: (20) „Ecce oculi Domini super metuentes eum, et in eis, qui sperant super misericordiam ejus, ut eruat à morte animas eorum, et alat eos in fame: et et eum, qui sperans, metuens, ac esuriens ad ipsum accedit, ut saturetur, et à peccati morte eruat, ita aversabitur Dominus, ut neque se coram sistere patiatur: (21) „Suavis Dominus universis, et miserationes ejus super omnia opera ejus: et peccatori metu penitentis neque miserationem, neque suavitatem, sed iracundiam in eo reperiet: (22) „Voluntatem timentium sefaciet, et deprecationem eorum exaudiet:“

H h

(17) Ps. 48. 11.
(20) Ps. 31. 18.(18) Sess. 6. can. 8.
(21) Ps. 144. 9.(19) 1. Paralip. 30. 2.
(22) ibi 12.

et peccatoris ad eum timore confugientis deprecationem spernet, ac voluntatem? (23)
 „ Quis invocavit eum, et despicit illum? „ et despiciet nihilominus penitentem,
 qui metu actus ipsum invocavit? (24) „ Inventus sum a non querentibus me: „ et
 cum querens meticulous penitens non inveniet? (25) „ Tota die expandi manus meas
 „ ad populum non credentem, et contradicentem: „ et peccatori non jam contra-
 dicenti, sed credenti, et ad eum revertenti manus suas, ut a culpa surgat, denegabit?
 (26) „ Non est opus valentibus medicus, sed male habentibus: „ et dum male ha-
 bens suam querens salutem, divinum adie Medicum, respiciendus ab eo est? (27) „ Non
 „ veni vocare justos, sed peccatores: „ et peccatorem ad eum redeuntem despiciet?
 (28) „ Hic peccatores recipit, et manducat cum illis: „ et respicientem prodigum,
 qui apud ipsum recipi, et cum eo manducare exoptat, in malam crucem amandabit?
 Una ove amissa ex centum, quas habebat, (29) „ et Nonne dimittit nonaginta novem
 „ in deserto, et vadit ad illam, quae perierat, donec inveniat eam? „ et cum ovem
 „ deperditam reapse comperit in peccatoris persona sponte ad eum regredientem, eam de-
 relinquet, et a se abiciet? (30) „ Cum invenierit eam, imponit in humeros suos gan-
 „ dens: „ et dum ovis ipsa ultro se illi offert, ira accensus eam in caulam suam
 „ optimus pastor admittere recusabit?

12. Denique misericordia Dei quamquam indigentibus cunctis munificentissime sub-
 veniat, potissimum tamen illis, qui ipsum timent, redispicendae salutis subsidia praes-
 tare videtur. Unde ait David: (31) „ Secundum altitudinem caeli a terra corrobora-
 „ vit misericordiam suam super timentes se. . . Quomodo miseretur pater filiorum, mi-
 „ sericus est Dominus timentibus se. . . Misericordia autem Domini ab aeterno, et us-
 „ que in aeternum super timentes eum. „ Ecclesiasticus similiter inquit: (32) „ Me-
 „ tuentes Dominum sustinente misericordiam ejus, et non deficiatis ab illo, ne cada-
 „ tis. Qui timetis Dominum, creditur illi, et non evacuabitur merces vestra. Qui ti-
 „ metis Dominum, sperate in illum, et in oblationem veniet vobis misericordia. „
 Ipsa item piissima caelorum Regina ad solatium peccatorum, quorum refugium est,
 jam respicientium, ac timentium Deum, dixit: (33) „ Misericordia ejus a
 „ progenie in progenies timentibus eum. „ Haec et alia plura, quae afferri po-
 „ terant, Scripsere loca, ad metuentes praesertim, Dei misericordiam spectare, ad liqui-
 „ dum ostendunt. Quipote itaque ut is, qui Dei justitiam supernaturaliter formidans,
 ejus misericordiam implorat, iratum, immitem, immisericordem Deum ipsum, sicut
 imago eum describit, inveniat? Quomodo misericordiae subsidia privabitur?

13. Hucusque momenta recensui, quae insipientium meam praepediunt, quo minus
 conformitatem videat, consonantiamque, quam cum fide, et doctrina catholica habere
 possit conciniana imago. Atque id forsitan insipientibus aliis lectoribus, siqui tamen
 sint, monumento esse valet, ut eam imaginem caute videant, et legant, ne in erro-
 rem improbandi conversionem peccatoris metu, aliisque pijs, ac supernaturalibus ope-
 ribus factam, quae in illa picturatur, et spernitur, induci unquam valeant. Et hoc
 quam maxime cavendum, etenim pictor industrius imaginem praedictam, cum veram,
 meo iudicio, facere non potuisset, fecit pulchram, eam videlicet diversis eloquentiae
 flosculis, atque praestigijs ita exornans, ut ad decipiendum nata videatur: unde lectori-
 bus praecautio opus est, quo adhibito, a deceptione immunes erunt, quia in pictura-
 tionibus rethorice fallax gratia, et yana est pulchritudo, si deest veritatis comptus;
 et ideo decipere non possunt, nisi incautos.

14. Nec a me ullo modo expectandum, quod conciniana rejecta, veram ac genui-
 nam ejusdem peccatoris metu conversi imaginem adumbrem: mihi enim omnino defi-
 cit summa illa, quae ad id desiderabatur, recentissimi Tullii hujus pingendi rethorice
 peritia. Ast licet tanto operi impar sim, nativos tamen colores, quibus apprime effi-
 ci ipsa quit, et debet, hic exhibebo. Il autem sunt, juxta Tridentinum, D.

(23) Eccli. 2. 11.

(24) Matth. 2. 11.

(25) Ibi 4.

(26) Ibi 1.

(27) Rom. 10. 20.

(28) Ibi 11.

(29) Ps. 101. 11.

(30) Ibi 21.

(31) Luc. 15. 2.

(32) 2. 7.

(33) Luc. 2. 170.

Thomam, et ea, quae haecenus dixi, supernaturales adus fidei, spei, timoris, et do-
 loris, concupiscentia regni caelestis, cessatio a culpa, exclusio voluntatis actualis pec-
 candi, ad divinam misericordiam confugium, seu conversio, discussio insuper, collec-
 tio, et detestatio peccatorum, qua impius ille recogitat annos suos in amaritudine
 animae suae, ponderando peccatorum suorum gravitatem, multitudinem, fedtatem, amis-
 sionem aeternae beatitudinis, et aeternae damnationis incursum, cum proposito melioris vita-
 tionem aeternae beatitudinis, et aeternae damnationis incursum, et firmum animi consilium Deo sa-
 tisfaciendi, implendique jussa ejus omnia, ardens denique desiderium Dei ipsius gra-
 tiam, et amicitiam necnon charitatem, amorem, penitentiam, contritionem, ac cetera
 dona, quae justorum patrimonium sunt, Sacramenti receptione obtinendi. Cunda haec
 homo attritus, de quo res est, ante justificationem suam habet; et ideo isti sunt
 nativi, ac veri colores, quos illius, sive peccatoris Deum timentis, et charitate non-
 nativi, ac veri prodigus, cuius penitentiam adeo eleganter describit Concina, dotibus
 dum diligentis conversio pingenda est: si his utare, genuinam imaginem conficies.
 Imo et ipse prodigus, cuius penitentiam adeo eleganter describit Concina, dotibus
 hisce ornatus fuisse dicendus est, alioquin ipsius in paternam domum regressus con-
 versionem hominis attriti accurate non exprimeret, ac proinde expolita nimium des-
 cripcio illa et re praesenti non foret. Hic tamen admonendum censeo, non esse neces-
 sarium, quod recensiti motus omnes explicite in justificatione semper inventantur, nam
 quidam ex ipsis in aliis possunt implicari. Sed probare nequeo, quod ipse Concina
 ait, nimirum: (34) „ Ceteri in unico formali actu comprehendi valent: „ siquidem
 nonnulli explicite, ac expresse concurrere debent, uti actus fidei, spei, et doloris, qui-
 bus ex eo addendus est initialis amor; secus enim peccator, qui credens, sperans, et
 dolens Sacramentum reciperet, justus fieret, quamvis explicite non amaret, quod ipse
 minime concederet. Verius tamen addit: „ Potest enim unico instanti peccator con-
 „ verti, ut patet in conversione S. Pauli Apostoli. Ideo autem Tridentinum, et S.
 „ Thomas post alios Patres ejusmodi actus in oeconomia penitentiae enumerant, quia
 „ juxta consuetum divinae providentiae cursum hoc ordine concurrunt ad justificationem. „

15. Superest nunc videndum quomodo peccator penitens, dum omnibus his bo-
 nis, atque operibus paratus ad Deum redit, ab ipso excipiat, an scilicet benigne,
 an vero indignanter? Profecto si Concina audiendus est, Pater caelestis non parum iras-
 cetur, et sic peccatori affabitur: „ Ah fili nequam, et indignissime! Siccine Patrem
 „ adis? Apage in malam crucem. „ et Itane aiebat tandem? Ast apagesis responsum
 verba isthaec agerrime caelesti Patri absque injuria ipsius manifesta, adjudicare quis
 poterit: et quid enim Deo ipsi magis incongruum, quid hoc responso magis dissenta-
 neum? et Quid ejus bonitati, benignitati, longanimitati, clementiae, ac mansuetudini
 repugnantius? Nemo, ut reor, nisi aut ignorans, aut certe non considerans haec, et alia
 Dei attributa, et praesertim misericordiam, qua ipse timentibus praesto adest, et patre-
 ne subvenit, acrem, ac terribilem nimis responsonem istam eidem quit tribuere, nam
 ut cecinit Barellius:

(35) „ Humanam sobolem qui condidit unam;
 „ Ad se omnem gremio clemens invitat aperto,
 „ Patris ut errantes redeant ad peccora nati
 „ Partibus e terrae cunctis, discrimine nullo. „

16. Longe aliter, quam commiscitur pictor philologus, suscepit revera Dominus
 mulierem adulteram, Samaritanam, Judam proditorem in horto, et peccatores alios, ni-
 mirum ineffabili benignitate, ac mansuetudine, quamquam eorum aliqui nulla edere-
 timoris, atque doloris indicia: illorum insuper consortium, familiaritatem, convivia-
 que pari dignatione, et clementia excipiebat: unde impiissimi ejus obretractores laca-
 bant, et dicebant: (36) „ Cum publicanis, et peccatoribus manducat. „ Neque id Do-
 H h f

(14) Diss. 1. c. 2. n. 16.

(15) De Christiana Relig. l. 2.

(16) Matth. 2. 11.

minus denegavit; et ut ipsorum ora obtineret, dixit: (37) „ Non est opus valentibus Medicus, sed male habentibus. Euntes autem discite quid est: misericordiam vobis, et non sacrificium. Non enim veni vocare justos, sed peccatores. “ Confer igitur, oro, hæc verba, hæc facta inextinguibilem erga peccatores pietatem redolentia, cum responsione, quæ à Concina Patri affingitur, et nil aliud spirat, nisi iracundiam, acerbissimam, terrorem: agnoscesque protinus, responsionem hujusmodi Redemptori mitissimo nullatenus convenire: et ideo peccatores jam respicietas, ac supernaturali timore perculti, ea neglecta, et Domini verbis, factisque innixi, ad eum securi accedant, et misericordiam inveniunt, quia ut ait laudatus Poeta:

(38) „ Christus sese omnibus offert
 „ Quæsitus, cæli immortalia dona daturus,
 „ Quæ omnino possunt hominem facere unâ beatum. “

17. Et quis sibi persuaserit, attritum hominem, qui fide, spe, timore, dolore, alijsque bonis, et operibus supernaturalibus, quæ modo recensui, ornatus ad Deum confugit, male ab eo susceptum iri? Nonne hoc idem esset, ac opera, et bona illa à Deo contentam? Deus autem numquid ea despiciat ducere valet? Ipsemet ea bona præbet: quomodo ergo illa despiciet? Ipse vires, ac virtutes, ut prædictos actus efficiat, peccatori præstat: et dum ab isto sunt, eidem succent? Ipse recensita opera jubet: nec ea in statu gratiæ, et charitatis exequi nobis præcipit: et irascitur, dum peccator penitens illa facit? Ipse affectus eos omnes excitat, promovet, et nobis cooperantibus perficit: et dum illos in peccatore respiciente videt, excandescit, ac probare renuit? Ipse ad se nos peccatores vocat, convertitque: et nos ipsos, dum vocationi ejus, ac conversioni consentientes ad eum confugimus, indignabundus spernet, et abs se rejiciet? Hæc omnia imago illa, hæc auctor ejus

(39) „ Persuadere cupit: credat Judæus apella,
 „ Non ego. “

18. Ceterum quia (40) sentire de Domino in bonitate præcipimur, operæ pretium erit, hic ostendere, eum non dure, sed blande, non aspere, sed lenè, non irate, sed mitissime peccatores excipere, dum isti ejus jussu præfata opera exequentes, ad ipsum redeunt. Porro id in ipsa prodigi historia, vel parabola conspicuum est; siquidem nec ejus intemptiva hereditatis petitione, nec inconsulta paternæ domus desertione, nec bonorum, quæ receperat, omnimoda dissipatione, nec vitiorum, ac criminum, quibus liberius ille indulserat, gravitate, et fœditate commotus pius pater, sed potius quasi hæc omnia ignorans, vel obliviscens, redeuntem ad se filium humanissime, et lætissime suscepit. Unde (41) „ Cum adhuc longe esset, vidit illum pater ipsius, et misericordia motus est, et accurrens cecidit super collum ejus, et osculatus est eum. “ Dein stolam primam dedit illi, convivium fecit, symphoniam, et chorum adhibuit, ut familia ejus universa laute, et latenter ederet, quia ut ipse filio seniori dixit: „ Epulæ, et inventus est. “ Ita nimirum, non autem ut Concina finxit, prodigum filium pater excepit et eodem prorsus modo pater misericordiarum, et Deus totius consolationis, qui seipsum in patre illo, sicut et peccatore in prodigo depingere voluit, penitentem suscipit, qui credit, sperat, timet, dolet, et alia opera supra recensita exequitur, atque his ornatus ad ipsum redit; eum quippe à longe videt, quia opera illa, et si supernaturalia, non proxima, sed remote ad justificationem, seu justificantem Deum ipsum dispositiones sunt: sed nihilominus misericordia motus ad eundem proxime medijs Sacramentis accedit: brachia sua, quæ in cruce expansa habet, et osculum pacis illi offert; stolam primam, hoc est, sanctificantem gratiam eidem præbet; convivio eucharistico eum postmodum suaviter alit; et ob ejus, qui peccati causa mortuus erat, et

(37) Ibi 11.
 (40) Sap. 11.

(38) ubi supra.
 (41) Luc. 15. 20.

(39) Horat. 1. Sat. 5.

perierat, inventionem, resurrectionemque, celestis domus tota, ipso id disponente, exhilaratur, siquidem (42) „ Gaudium erit in Cælo super uno peccatore penitentiam agente. “ Quapropter si fragilitate, qua laboramus omnes, victus aliquando cecideris, ne te conciniana imago deterreat, nec tibi dolenti, timentis, ac supradicta opera omnia exercenti rigidum, et severum Dominum fore pertimescas; sed misericordiam ejus conspicias infinitam, cujus speciem, ut in ea ininitaris, ipsemet in hac parabola tibi ostendit; ad illum sicut prodigus ad patrem accede, et sicut prodigus ipse à patre, sic à Deo suscipieris. In Evangelium aperte innuit, atque ex illo ita asseruit, et occinuit Abadius piissimus vates his verbis:

(43) „ Errastine? Redi tamen, excipere benigne:
 „ Quin præ morigero, qui nil deliquerat umquam,
 „ Præ primogenito excipere benignus ipso.
 „ Surget in occursum, blandissimo et osculo, et arcto
 „ Te pater amplexu excipiet, promique jubebit
 „ Primam, quam prudens tibi in hos servaverat usus,
 „ Auro intertextam, et saturatam, ostroque nitentem
 „ Sarrano vestem, digito dati et annullum, agique
 „ Festa, atque applaudi, et convivia magna parari.
 „ Qui pavidi rigidum Dominum, Regemque severum
 „ Creditis esse Deum, capere experimenta, venite:
 „ Vosmet quam suavis Dominus, gustate, videte. “

19. Sedenim Concina, cum negare non posset, prodigum juxta Evangelium, alter quam ipse pinxit, in paternæ domo fuisse susceptum, omnibus videlicet humanitatis, ac pietatis officijs, ut in suo sensu abundet, ab eoque minime deficiat, adjicit, prodigum ante reconciliationem amasse patrem suum Deum, ob idque ipsius gratiam indeptum. Ceterum si prodigus, quod Deum, patrem dilexerit, benigne susceptus est, concitare hinc cuique erit, quod si amoris expertus redivisset ira, et indignatione plenum invenisset patrem, terribilemque, quam ille describit, repulsam fuisset expertus; ac propterea actus fidei, spei, timoris, doloris, et cetera supernaturalia opera, quæ ante justificationem prodigus, seu peccator quivis habuisse creditur, neque ipsi ad salutem utilia, ne patri grata exitissent: frustra proinde, dum timore, et non amore hæc ipsa præstant, et ad Deum confugiant, laborare peccatores. Atvero doctrinæ huic nullatenus calculum adjiciam, quia Quænellismum superius expositum tantillum spirare ipsa videtur.

20. Illum tamen audi: (44) „ Filius prodigus famis angustia, et siliquarum navæa (cupiditate, et penuria Evangelio conformius dixeris agenti: cupiebat implere ventrem suum de siliquis, quas porci manducabant, et nemo illi dedit.) excitatus, ad patrem redire statuit. A tam remota causa illius conversionis principium manavit: at statim ultra progressus exclamavit: Pater, peccavi in cælum, et coram te: jam non sum dignus vocari filius tuus. Quin suæ conversionis initio sic se allocuturum patrem decrevit: Dicam ei: Pater, &c. Peccavi in cælum, id est, in Deum: similiter coram te, id est, contrate. Porro Deus per Prophetam Malachiam, 1. inquit: Si ergo pater videret suum, ubi est amor meus? Amore igitur erga Deum, patremque suum succensus prodigus doluit de offensa eidem irrogata, stolamque primam obtinuit aclementissimo patre. “

21. Levisusculum autem hoc est, quod etiam à Renato Drowen, quem nec nominat quidem, clepsisse videtur, excepta tamen textus Malachiæ depravatione, de qua mox, quæ in auctore illo non invenitur. Agnovit sane prodigus, se in patrem ac Deum deliquisse: sed hoc eum amare non fuit. Id ipsum cognovit, et confessus est Pharaos, dum dixit: (45) „ Peccavi in Dominum Deum vestrum. “ Hoc pariter Judas peni-

(42) Ibi 7.
 (44) Cap. 8. §. 5. n. 4.

(43) Carm. 7. de Deo.
 (45) Exod. 10. 16.

minus denegavit; et ut ipsorum ora obtineret, dixit: (37) „ Non est opus valentibus Medicus, sed male habentibus. Euntes autem discite quid est: misericordiam vobis, et non sacrificium. Non enim veni vocare justos, sed peccatores. “ Confer igitur, oro, hæc verba, hæc facta inextinguibilem erga peccatores pietatem redolentia, cum responsione, quæ à Concina Patri affingitur, et nil aliud spirat, nisi iracundiam, acerbissimam, terrorem: agnoscesque protinus, responsionem hujusmodi Redemptori mitissimo nullatenus convenire: et ideo peccatores jam respicientes, ac supernaturali timore perculti, ea neglecta, et Domini verbis, factisque innixi, ad eum securi accedant, et misericordiam inveniunt, quia ut ait laudatus Poeta:

(38) „ Christus sese omnibus offert
 „ Quæsitus, cæli immortalia dona daturus,
 „ Quæ omnino possunt hominem facere unâ beatum. “

17. Et quis sibi persuaserit, attritum hominem, qui fide, spe, timore, dolore, alijsque bonis, et operibus supernaturalibus, quæ modo recensui, ornatus ad Deum confugit, male ab eo susceptum iri? Nonne hoc idem esset, ac opera, et bona illa à Deo contentam? Deus autem numquid ea despiciat ducere valet? Ipsemet ea bona præbet: quomodo ergo illa despiciet? Ipse vires, ac virtutes, ut prædictos actus efficiat, peccatori præstat: et dum ab isto sunt, eidem succent? Ipse recensita opera jubet: nec ea in statu gratiæ, et charitatis exequi nobis præcipit: et irascitur, dum peccator penitens illa facit? Ipse affectus eos omnes excitat, promovet, et nobis cooperantibus perficit: et dum illos in peccatore respiciente videt, excandescit, ac probare renuit? Ipse ad se nos peccatores vocat, convertitque: et nos ipsos, dum vocationi ejus, ac conversioni consentientes ad eum confugimus, indignabundus spernet, et abs se rejiciet? Hæc omnia imago illa, hæc auctor ejus

(39) „ Persuadere cupit: credat Judæus apella,
 „ Non ego. “

18. Ceterum quia (40) sentire de Domino in bonitate præcipimur, operæ pretium erit, hic ostendere, eum non dure, sed blande, non aspere, sed lenè, non irate, sed mitissime peccatores excipere, dum isti ejus jussu præfata opera exequentes, ad ipsum redeunt. Porro id in ipsa prodigi historia, vel parabola conspicuum est; siquidem nec ejus intemptiva hereditatis petitione, nec inconsulta paternæ domus desertione, nec bonorum, quæ receperat, omnimoda dissipatione, nec vitiorum, ac criminum, quibus liberius ille indulserat, gravitate, et fœditate commotus pius pater, sed potius quasi hæc omnia ignorans, vel obliviscens, redeuntem ad se filium humanissime, et lætissime suscepit. Unde (41) „ Cum adhuc longe esset, vidit illum pater ipsius, et misericordia motus est, et accurrens cecidit super collum ejus, et osculatus est eum. “ Dein stolam primam dedit illi, convivium fecit, symphoniam, et chorum adhibuit, ut familia ejus universa laute, et latenter ederet, quia ut ipse filio seniori dixit: „ Epulæ, et inventus est. “ Ita nimirum, non autem ut Concina finxit, prodigum filium pater excepit et eodem prorsus modo pater misericordiarum, et Deus totius consolationis, qui seipsum in patre illo, sicut et peccatore in prodigo depingere voluit, penitentem suscipit, qui credit, sperat, timet, dolet, et alia opera supra recensita exequitur, atque his ornatus ad ipsum redit; eum quippe à longe videt, quia opera illa, et si supernaturalia, non proxima, sed remote ad justificationem, seu justificantem Deum ipsum dispositiones sunt: sed nihilominus misericordia motus ad eundem proxime medijs Sacramentis accedit: brachia sua, quæ in cruce expansa habet, et osculum pacis illi offert; stolam primam, hoc est, sanctificantem gratiam eidem præbet; convivio eucharistico eum postmodum suaviter alit; et ob ejus, qui peccati causa mortuus erat, et

(37) Ibi 11.
 (40) Sap. 11.

(38) ubi supra.
 (41) Luc. 15. 20.

(39) Horat. 1. Sat. 5.

perierat, inventionem, resurrectionemque, celestis domus tota, ipso id disponente, exhilaratur, siquidem (42) „ Gaudium erit in Cælo super uno peccatore penitentiam agente. “ Quapropter si fragilitate, qua laboramus omnes, victus aliquando cecideris, ne te conciniana imago deterreat, nec tibi dolenti, timentis, ac supradicta opera omnia exercenti rigidum, et severum Dominum fore pertimescas; sed misericordiam ejus conspicias infinitam, cujus speciem, ut in ea ininitaris, ipsemet in hac parabola tibi ostendit; ad illum sicut prodigus ad patrem accede, et sicut prodigus ipse à patre, sic à Deo suscipieris. In Evangelium aperte innuit, atque ex illo ita asseruit, et occinuit Abadius piissimus vates his verbis:

(43) „ Errastine? Redi tamen, excipere benigne:
 „ Quin præ morigero, qui nil deliquerat umquam,
 „ Præ primogenito excipere benignus ipso.
 „ Surget in occursum, blandissimo et osculo, et arcto
 „ Te pater amplexu excipiet, promique jubebit
 „ Primam, quam prudens tibi in hos servaverat usus,
 „ Auro intertextam, et saturatam, ostroque nitentem
 „ Sarrano vestem, digito dati et annullum, agique
 „ Festa, atque applaudi, et convivia magna parari.
 „ Qui pavidi rigidum Dominum, Regemque severum
 „ Creditis esse Deum, capere experimenta, venite:
 „ Vosmet quam suavis Dominus, gustate, videte. “

19. Sedenim Concina, cum negare non posset, prodigum juxta Evangelium, alter quam ipse pinxit, in paternæ domo fuisse susceptum, omnibus videlicet humanitatis, ac pietatis officijs, ut in suo sensu abundet, ab eoque minime deficiat, adjicit, prodigum ante reconciliationem amasse patrem suum Deum, ob idque ipsius gratiam indeptum. Ceterum si prodigus, quod Deum, patrem dilexerit, benigne susceptus est, concitare hinc cuique erit, quod si amoris expertus redivisset ira, et indignatione plenum invenisset patrem, terribilemque, quam ille describit, repulsam fuisset expertus; ac propterea actus fidei, spei, timoris, doloris, et cetera supernaturalia opera, quæ ante justificationem prodigus, seu peccator quisvis habuisse creditur, neque ipsi ad salutem utilia, ne patri grata exitissent: frustra proinde, dum timore, et non amore hæc ipsa præstant, et ad Deum confugiant, laborare peccatores. Atvero doctrinæ huic nullatenus calculum adjiciam, quia Quænellismum superius expositum tantillum spirare ipsa videtur.

20. Illud tamen audi: (44) „ Filius prodigus famis angustia, et siliquarum navæa (cupiditate, et penuria Evangelio conformius dixeris agenti: cupiebat implere ventrem suum de siliquis, quas porci manducabant, et nemo illi dedit.) excitatus, ad patrem redire statuit. A tam remota causa illius conversionis principium manavit: at statim ultra progressus exclamavit: Pater, peccavi in cælum, et coram te: jam non sum dignus vocari filius tuus. Quin suæ conversionis initio sic se allocuturum patrem decrevit: Dicam ei: Pater, &c. Peccavi in cælum, id est, in Deum: similiter coram te, id est, contrate. Porro Deus per Prophetam Malachiam, 1. inquit: Si ergo pater videret suum, ubi est amor meus? Amore igitur erga Deum, patremque suum succensus prodigus doluit de offensa eidem irrogata, stolamque primam obtinuit aclementissimo patre. “

21. Levisusculum autem hoc est, quod etiam à Renato Drowen, quem nec nominat quidem, clepsisse videtur, excepta tamen textus Malachiæ depravatione, de qua mox, quæ in auctore illo non invenitur. Agnovit sane prodigus, se in patrem ac Deum deliquisse: sed hoc eum amare non fuit. Id ipsum cognovit, et confessus est Pharaos, dum dixit: (45) „ Peccavi in Dominum Deum vestrum. “ Hoc pariter Judas peni-

(42) Ibi 7.
 (44) Cap. 8. §. 5. n. 4.

(43) Carm. 7. de Deo.
 (45) Exod. 10. 16.

15. „SECUNDUM ABSURDUM. Incendio tradendæ sunt omnes *Doctrina Christiana*, seu Catecheses, quibus imbuuntur fideles in fidei articulis: nam in omnibus communiter formula actus contritionis perfectæ, nedum imperfectæ, descripta est; et ad eam exercendam præsertim in Sacramentorum frequentia accedere fideles student. Atverò Doctrinæ illæ ab Ilicæ sorte, quam concinians furor, græcico fortasse non inferior, ex Salmaticensium opinione prave enodata eis minuitur, liberè omnino, ac tutè sunt: ipsæ namque contritionis perfectæ, quæ à gratia, ac virtutibus charitatis, et penitentia profiunt, formulam describunt: hanc autem contritionem penitentibus non jubent; sed ad eam, seu optimam dispositionem ad Sacramentum, exercendam fideles adiortantur. Id reapse Salmaticenses quoque præstant, dum contritionem ipsam attritione tutiorem absolute pronuntiant. Et sicut Doctrinæ ex contritionem huiusmodi, non ut necessariam ante Sacramentum, sed ut meliorem præparationem hortantur efficiendam; ita laudati Patres eandem ipsam velut tutiorem, et tutissimam dispositionem agnoscunt, non tamen ex necessitate, sed ex supererogatione adhibendam. Quapropter Catecheses prædictæ incendio nullatenus tradendæ, sed religiose ex Salmaticensium doctrinæ, cui conformantur, servandæ potius sunt. Et notandum, quod N. Liberius à Jesu plures affert Catecheses, quæ sufficientiam attritionis tradunt. (20) Ipsa etiam traditur in Thesaurò doctrinæ christianæ Nicolai Turlot Belgæ verbis hæc: (21) „Si quis confiteretur cum sola attritione, qualem proxime descripsisti, obtineretne remissionem peccatorum? R. Jam diximus quod sic; nam quamvis sine Sacramento Penitentia per se ad justificationem peccatore perducere nequeat, tamen cum ad Dei gratiam cum Sacramento Penitentia impetrandam disponit. Et hoc est, quod dicere solent: Penitentem cum Sacramento ex merito ex attrito fieri contritum. Propterea magis refert sæpe confiteri, nam quod attritio per se nequit, cum Sacramento obtinet. Insuper Joannes Antonius Gonzalez de la Zarza doctus, et pius Parochus Novohispanus in Expositione doctrinæ christianæ, quam pro rusticorum instructione versu composuit, eandem sufficientiam sic statuit: (22)

„Esta, pues, es la atrición,
 „Que asociada al Sacramento
 „De Confesion da la gracia,
 „Y nos libra del infierno.“

Attritioni similiter consentit Hieronymi de Ripalda Catechismus, qui communissimus est in vetere, et hæc Novahispania, in quibus singulari Dei beneficio unica est Religio, eaque Catholica, Apostolica, Romana, atque idcirco nulli alteri existimari debet secundus. De eo ait pater dicitur Ex-Jesuita Laurentius Hervas et Panduro: (23) „Los Catecismos de los Padres Gerónimo de Ripalda, y Gaspar Astete, que dos siglos ha se usan en España, son comparables con los mejores, que se reconocen en Europa. El Catecismo del P. Ripalda, que se ha traducido en varias lenguas, se usó tambien en los Reynos de Nápoles, y Cerdeña.“ Itaque Ripalda Catechismus de contritione agens duo capita præcipua, quæ Concina, et Initialistis aliis displicent, aperte tradit, nimirum per contritionem sine Sacramento, et per attritionem cum Sacramento peccata remitti ipsam auctori: „P. ¿Perdónanse los pecados con este dolor que se llama atrición? R. No, si no se junta con el Sacramento de la Confesion... Por la contrición luego se quita el pecado, y por la atrición no, hasta que se confiesa el que la tiene.“ Scias tamen velim in elegantia admodum istius Catechismi editione Marticensi 1771, hæc, et alia plura satis pia Auctoris verba suppressa fuisse: an verò id recte factum, aliorum esto iudicium. Sed quoniam de Catechesibus agitur, scias itidem, æquum erit, in Institutionibus Theologicis auctoritate Archiepiscopi Lugdunensis editis hæc legi (24) „Neque eam (Initialistarum doctrinam) putes intra Gallia nostræ fines contineri. Hanc enim ceteris nationibus Catholicis communem esse, sic affirmat testis clarissimus Achipræsul Lugdunensis: Certe doctrinæ n' est point particuliere a la France elle est egalement

(20) Ubi supra disp. ultima art. 1.

(22) *Siestas Dogmáticas* 17. n. 779.

(21) 4. p. c. 4. lect. 2.

(23) *Hist. de la vida del hombre* tom. 2. lib.

2. cap. 9. art. 3. §. 2.

(24) *Tom. 4. Traçt. de Sacram. Penit. diss. 3. cap. 3. art. 2.*

„enseignée dans les Catechismes des autres nations Catholiques. Nous en avons sous les yeux des Eglises, d' Italie, d' Allemagne, d' Espagne, des Pays Bas, d' Pologne, dont nous supprimons les textes, pour abrégier; mais qui sont tout aussi formels, et aussi décisifs sur la matiere, que nous traitons.“ Sed enim plures Catecheses attritionis sufficientiam continere, supra dictum est. Præterea quoniam sint Ecclesie Hispanica Catechismi conceptis, ac decretoribus verbis Initialistarum doctrinam tradentes, quos testis iste clarissimus præ oculis habuit, me prorsus lateri; eam profecto Aserensis, et Ripaldensis, qui celebriores, communioresque sunt apud nos, minime docent; quin potius eam adversam posteriori hic sicut, et Joannis à S. Thoma explicatio, de qua egi cap. X. n. 16. signanter statuunt. Nec confitendum, quod Initialistarum opinio communis sit in Gallia, et in ceteris nationibus catholicis; nam Morinus Initialista ipse, et Gallus fatetur, ut dixi cap. XXIII. n. 22. Attritionistarum sententiam Scholas omnes pervasisse: id quoque affirmat Benedictus XIV. cujus verba cap. X. n. 4. dedi; et Alexander VII. in decreto suo cap. IV. relato de eadem sententia ait: „Hodie inter Scholasticos communiter esse videtur:“ unde ipsa et Scholis, et Scholasticis, ac propterea catholicis nationibus magis communis dicenda est, quam Initialistarum asserta. Satis quidem propagatus est Initialismus in Gallia, et confinii ejus Belgio, (quod et Gallia Belgica vocatur) sed post Bajum, Jansenium, Quesnellum, et eorum sequaces, qui pauci ibi non sunt: ii enim pro amoris necessitate pugnant, sed insimul charitatem etiam perfectam cum gravi culpa unire, attritionem, et timorem inferni improbare, aliaque perversa dogmata stabilire solent; et ideo eorum suffragium Attritionistæ nullatenus invident. De antiquis verò Gallis, sicut et de præcipuis aliarum gentium auctoribus aliter sentire oportet: eos namque attritionis sufficientiam ut plurimum docuisse, testantur duo Galli nobiles, nempe Gerson, et Gonet, quorum verba dabo cap. XXX. n. 27. Ad Hispaniam quod spectat, dixerim, quod Attritionistæ fuerant graviore, ac præstantiores Theologi, qui in ea florere, uti Dominicus Soto, Franciscus Victoria, Melchior Cano, Franciscus Suarez, Gabriel Bazquez, Patres Salmaticenses, et etiam omnes pene alumni, quos utraque Schola, scilicet Thomistica, et Jesuitica in suis habuit Gymnasiis. Ac demum nostra ipsa Inquisitione Attritionistis non adversa, sed satis propitia est, ut constat ex dictis cap. X. n. 5. Nec ob id infendum, quod nuperi quidam Hispani, quibus in deliciis est *gallizare*, majorum suorum doctrinam deserentes ad recentes Gallos desciverint, et Initialistæ fuerint effecti. Id illis integrum omnino sit: ast ego in hac concertatione malui, sapientiam antiquorum nostrorum exquirere, et amplectari, quam novis exterorum placitis inhærere. Denique Attritionismus nuncupari valet Scholarum omnium doctrina, quod eas omnes pervaserit ex prædicta Morini sententia, cui consonat Benedict. XIV. assertio c. 10. n. 4. relata.

16. „TERTIUM ABSURDUM. Hæc doctrina Christi regnum charitatis partum, charitate credum, charitate perfectum funditus evertit: cum ab ejusdem charitatis exercitio Christianos avertat, et absterreat; si enim actum charitatis Christiani non eliciunt, dum Sacramentum Penitentia suscipiunt, quandonam illum exercebunt? Christiani dum Sacramentum Penitentia suscipiunt, eliciunt concomitantè actum charitatis perfectæ: an verò priusquam illud recipiant, efficere etiam teneantur actum charitatis initialis, Auctores certant, et adhuc sub iudice lis est, juxta Romanos ipsos Pontifices, qui quidem litem non sinerent indecisam, si antecedentis amoris omissione Christi regni esset eversiva. Deinde fitissimè credo, regnum Christi partum, credum, ac perfectum esse, hæc charitate inchoata, quæ cum peccato sit, ob idque Bajanismum redoleat, sed charitate perfecta, quæ gratiam, virtutes, et Spiritus Sancti dona secum habet, et distendit in cordibus nostris per Spiritum Sanctum, qui datus est nobis, estque de corde puro, et conscientia bona, et fide non ficta. Charitate ista deficiente, regnum Christi intra nos minime est, sed nos potius sub iugo sumus, et potestate Diaboli; at dum ea ornatur, Diaboli potestas evanescit, et Christi regnum in nobis ipsis erigitur. Unde cum oramus, et dicimus: „Adveniat regnum tuum“ non utique charitatem illam inchoatam, quæ Deum in nobis habitare non faceret, postulamus, sed charitatem perfectam, quæ Diaboli expellit potestatem, et corda nostra Dei sedem constituit. Unde qui à charitatis perfectæ exercitatione fideles absterret, regnum Christi evertit dicendus est:

5. Sed ut sufficientiam attritionis à proscriptioe esse immunem prorsus, amplius pateat, scias oportet, decretum Innocentianum haud sanè omnimodam, sed eam duntaxat, quæ necessaria est, in Sacramentis conferendis securitatem exigere: securitas vero, quæ in amore charitatis reperitur, non est necessaria, sed supererogatoria; sicut contritio perfecta, ut ait Benedictus XIII. bona est, sed non necessaria ad confessionem. Unde quemadmodum poenitens præfato decreto minime obstringitur perfectam contritionem adhibere, sed munus suum affatim explet, si imperfectam habeat, quamvis prior sit posteriori tutior: sic licet attritionem securitate vincat amor, non hanc, sed illam prævie elicere tenebitur. Idque complura alia, quæ nec Concina ipse diffitebitur, ostendunt paradigmata: etenim dilectio perfecta, charitas habitualis, necnon gratia sanctificans meliores utique, ac tutiores sunt amore initiali: et nihilominus isum tantum, non illas Anti-Attritionistæ poenitentibus præscribunt. Deinde cuncta venialia peccata confiteri tutius est, quam non confiteri; nemo tamen unus, ut omnia in confessione aperiat, ligare valet poenitentem, quia juxta Tridentinum: (3) „taceri circa culpam, multisque alijs remedijs expiari possunt.“ Insuper intentio, quam formalem, et actualem dicunt, securior virtuali est: hæc autem, et non illa pro Sacramentorum administratione ab omnibus postulat. Haud aliter verus amor charitatis posterior quidem attritione est, securior est; et ideo melius, sanctiusque cum illo, quam eam hæc ad Sacramentum quisque accedit: sed nemo ita accedere tenetur, quia amoris, sicut et aliarum rerum, quas recensui, major securitas, non præcepti, sed consilij, non necessitatis, sed supererogationis est. Quibus addendum, intentionem interiorem exteriori longe tutiorem, imo opinionem, quæ exteriorem duntaxat exigit in conficiendis Sacramentis, periculosam nimium esse; et tamen ex Initialistis ipsis alij opinionem eam aperte sequuntur, alij improbare non audent propter honorem Ambrosij Catharini, Gasparis Juenin, Hijacynthi Serry, aliorumque celeberrimorum Theologorum, qui eidem adhaerescunt. Porro si id Initialistis quibusdam impune licet, quin decretum Innocentianum obstat; neque Attritionistis similiter suam sententiam defendere, integrum non erit, quin hæc de causa decreto ipsi contraire dicantur?

6. Præterea Innocentij decretum haud de impossibili, sed de possibili securitate majore accipiendum est, utraque enim sub hominum cogitationem cadere potest: major autem securitas, quæ adversæ opinionati adscribitur, impossibilis mihi, et alijs Attritionistis videtur, charitatis namque amoris inuitur, qui peccato mortali unitus sit, et unionis hujuscæ possibilitatem non agnosco: ac propterea homo attritus ceteris dispositionibus, quibus ornatur, majorem securitatem hanc, vi decreto illius adhibere, non obstringitur. Verum exemplis rem amplius edisserere oportet. Impeccabilitas, et sanctitas substantialis tutissimæ absdubio dispositionum omnium forent; ac quia impossibiles attrito homini sunt, hæc haud cum illis, sed cum natura peccatrice, et non sancta secure accedit ad Poenitentis Sacramentum. Charitatis item virtus, quæ mortiferæ noxæ jungeretur, tutior foret præparatio prævia, quam initialis amor maculæ illi conjunctus Adversarij vero quantum hunc, et non illam cum peccato habere societatem posse existimant, haud charitatis virtutem, sed initialem duntaxat amorem attrito homini injungunt. Et ob eandem rationem sanctificantis gratiæ ornamentum deferre secum, eidem homini neutiquam præcipiunt, quod gratia scilicet, quamvis tutissima sit ad Sacramentum suscipiendum dispositio, cum peccato, cui adhuc ille subest, insociabilis omnino sit. Similiter ergo qui amoris initialis, mortalisque culpæ unionem tenent impossibilem, nemini prorsus, Innocentianæ proscriptioe causa amoris hujuscæ ante justificationem habendi onus possunt imponere, quia licet securitas id appareat, major hæc securitas impossibilis illis est.

7. Insuper circa rem sacramentariam prohibetur quidem decreto Innocentiano usus opinionis probabilis, relicta tutiore; sed minime interdicitur doctrinæ certæ usus: sententia autem Attritionistarum certa est. Audi Vidal dicentem: (4) „Non esse illicitum sequi opiniones omnino certas, quamvis minus tutas; quia damnata loquitur

(3) Sess. 14. cap. 5. de Confess.

(4) Append. 1. ad P. Uvignandæ exam. 1. 2. 5.

de opinione probabili. Unde sufficit in Poenitentia sola attritio, etsi tutior sit contritio; et intentio virtualis, quamvis tutior sit actualis.“ Demum securitas major, quam decretum illud injungere videtur circa valorem Sacramenti, haud comparative, sed adversative, ut Theologi ajunt, intelligenda venit: hoc est non requiritur quod opinio, quam sequimur, tutis omnibus tutior sit, alioqui non amorem initialem, sed perfectissimam charitatem, dum quis Sacramentum accipit, prævie habere teneretur; sed sufficit, quod sit tuta: sententia autem, quam propugno, tuta, ac securæ mihi est, neque eam aliter defendens audeam: ei tamen P. Concina tam certitudinem, quam securitatem contentiosissime negitat, et summa ira inflammatus, seu abreptus hæc ait, hæc jubet: (5) „Luce meridiana evidentius est, certitudinem moralem, totam, indubitam... esse falsissimam, commentum vanum, chimæram chimærarum, injuriosam, decretis pontificijs, Universitatibus, Cardinalibus, Archiepiscopis, Episcopis gravioribus Theologis, perniciosam imperitis lectoribus, qui ex tali jactata certitudine decipiuntur. Ergo hæc moralis certitudo, elidens probabilitatem oppositæ sententiæ, retrahenda, abolenda, exterminanda omnino est.“ Hæc resolutorie edicte nuperimus litteraræ reipublicæ Dictator: hæc absolute præscribit supremus controversiarum Judex: verum

(6) „Quid dignum tanto feret hic promissor hiatus?
„Parturient montes...“

Quandoquidem Attritionistæ nil prorsus istiusmodi amplificationibus Poetæ potius, quam Theologo congruentibus commoti, quinimo illis spreto, sententiæ adversæ impossibilitatem, ac doctrinæ propriæ securitatem, seu certitudinem moralem firmiter, et viriliter propugnabunt, ac ne audire quidem illius voces curabunt, qui inutiliter, ac propterea ridicule clamitat: „Retrahenda, abolenda, exterminanda:“ quiritetur utique, et hæc, si velit, usque ad ravim repetat; sed surdis auribus se canere sciat; Attritionistæ enim neque exterminabunt, neque abolent, neque retrahant, ut ei pareant, suam chimæram chimærarum.

8. Securitas, seu certitudo sententiæ attritionistæcæ gravibus momentis innixa est; nam talia esse reor, quæ hætenus produxi: et profecto, illis nunc missis, aut Attritionistarum, aut eisdem Adversantium opinio tuta esse debet, aliàs modus suscipiendi secure Sacramentum nullus peccatoribus suppetet, quod errorem censeo. Attritionarius autem, qui adversam sibi sententiam impossibilem arbitratur, eam nec certam, nec tutam dicere valet; et consequenter necesse est, ut credat, securitatem, ac certitudinem moralem propriæ doctrinæ inhære. Deinde Pontifices Summi, qui pacatores, melioresque, quam Concina judices sunt, hunc Attritionistarum opinandi modum hætenus non improbarunt, et inde etiam cum securum habeo. Gregorius XIII. sicut capite X. dixi, requirit in poenitente contritionem, aut saltem attritionem: in quo hujus agnoscat sufficientiam: et eam apertius tradit his verbis: „Etiam cum solus, attritioe verè quis, et utiliter confitetur.“ Alexander VII. præcipit, et prohibet in virtute sanctæ obedientiæ, et sub poena excommunicationis latæ sententiæ Sanctæ Sedis reservatæ, alijsque poenis ejusdem Sanctæ Sedis arbitrio taxandis, nequis audeat alicujus theologice censuræ, alteriusve injuriæ, aut contumeliæ nota taxare opinionem attritionis formidolosæ. Benedictus XIII. asserit, ad confessionem sufficere attritionem sive amoris conjunctam, sive illius expertem, secundum opinionum diversitatem, et Attritionistarum sententiam à Sancta Sede non esse damnatam. Benedictus XIV. addit, libertatem cuique datam esse, ex Initialistarum, et Attritionistarum doctrinis eam eligendi ac docendi, quam maluerit; et neutram vult neque in Synodis, neque in instructione Sacerdotum ab Episcopis reprobari. Cedo nunc prudens Lector, hæc Ecclesiæ Rectores agerent, hæc dicerent, si Attritionistarum sententia tuta non esset? Si de annulo Saturni, de Jovis satellitibus, aut simili negotio, quorum notitia ad ani-

(5) C. 20. §. 4. n. 15.

(6) Horat. in arte.

marum salutem non spectat, res foret, quid Romani Pontifices sentirent, et num agentium, num insectum agmini adhererent, parum, aut nil referret: at dum de Christi Sacramentis agitur, et de digna ad ea suscipiendum preparatione, ex quibus nostra justificatio, ac salus aeterna pendet, incredibile mihi est, eos periculosam doctrinam, sicut esse attritionaria dicitur, ita favere, ut libere eam eligere, docere, et impune propagare cuique tribuant, et à nemine proscibi jubeant, nec injuria aliqua, contumeliose lacerari patiantur; videretur hoc enim animarum periculum, ac perniciem promovere, et oves Christi, quae eisdem commissae sunt, non per viam salutis in aethera, sed per semitam perditionis in tartara ducere, quod is solummodo, qui penitus desipiat, dicere, aut suspectare audebit. Si de attritionis sufficientia illi conticescerent, adhuc ipsi formidarem, probe namque scio, eos multoties silere, et non omnia damnanda damnare, sed plura in Auctoribus censura, et proscriptione digna prudenter, ad peiora vitanda, tolerare, ac dissimulare, uti de Tillemontio, Bollandianis, Bossueto, et Muratorio agens, Benedictus XIV. asseruit: (7) atvero de Attritionistarum sententia silere nullatenus, sed sapius eloqui eisdem ipsis placuit; et id quidem non ut eam diris devoverent, sicut oportebat, si discrimini foret obnoxia; sed ut omnibus illam prae adversa seligendi, docendique potestatem facerent: quod mihi saltem conspectus, ac invidia est argumento, attritionariam doctrinam animabus fidelium nullum constare periculum.

9. Verumtamen amplius hanc, quae hactenus stabilivi, luculentisque prodant veritatem; quandoquidem attritionem, haud puram, sed perfecta charitatis amore instructam ad gratiae divinae donum suscipiendum, saepe assertum est desiderari, ita videlicet ut attritio hominis dispositio integra, ac numeris omnibus absoluta non appareat, nisi praeter dolorem de peccatis metu ortum, qui justificationi praestit, perfectam quoque Dei dilectionem, quae illam comitetur, ipse eliciat: cum autem charitatis perfectus amor, Adversariis id fatentibus, justificationis gratiam secum semper habeat, is qui amorem hunc efficiat, certocertius justificabitur; doctrinaque idcirco, quam propugno, nullomodo periculosa, aut dubia, sed certa prorsus, ac rata est. Neque eam si initialistica securiorem dixerò, admodum delinquam, siquidem attritio cum amore perfecta, et justificante tutior est preparatio, quam ipsamet attritio cum amore imperfecto, initiali, et culpe socio.

10. Hinc deducere est, quod securitas, seu certitudo moralis sententiae Attritionistarum, quam Concina uti universo fere christiano orbi invisam, et contrariam tradidit, si hac ratione explanetur, hoc est si perfecta dilectioni concomitanti innixa dicatur, nec exterminari, nec aboleri, nec retractari potest, sed eam potius lasari omnes debent, sicut revera hodie fatentur, perfectum amorem cum gratia semper, ac propterea ad eam recipiendam securam, ac tutissimam esse dispositionem. Quinetiam is, cui doctrina huc ita exposita adlubescat, argumenta fere omnia quae ille magno eruditionis apparatu adversus Attritionistas efformat, facile dissolvere valebit, nimirum quibus hisce voculis, seu adverbialibus concomitantibus, antecedentibus, Universis, quae afferunt, sive rationum, sive auctoritatum momenta, amoris necessitatem, quam ego ultero favore, satis ostendant; ac nihilominus omnino probant, attritum hominem ante justificationem suam Deum amare super omnia teneti, posseque, amore scilicet charitatis supernaturalis, ac benevolentiae, qui in corde illius simul cum peccato mortali existat: et idcirco momenta illa aut absolute concedenda, aut adverbis illis distinguenda sunt, atque ita penitus corrumpunt. Aliorum similiter Initialistarum fundamenta, si attentius inspiciantur, eadem quaeque facilitate solvi; nam Scripturae, et Patrum documenta, quae proferunt, et innumera pene sunt, amorem Dei in impiorum, justificationem necessarium quidem esse, liquido produnt; at nullum in eis testimonium reperi, quod amorem charitatis vere, ac supernaturalis antecedentem, et peccati socium perspicue exigat: et ideo fundamenta illa aut concedi pariter, aut distingui ut supra debent: qui id accurate praestiterit, ipsorum, meo iudicio, neque pondere obrui, neque laqueis irretiri unquam poterit.

(7) Epist. ad Inquisitorem Gen. Hispaniae, quae praefixa est ad Historiam Pelagianam Card. Norisii.

Praesertim cum vel ipsi fateantur Initialista, sicut dixi cap. XVIII. nomine charitatis eam communiter significari, quae perfecta, atque justificans, ac proinde concomitans est: de qua idcirco exponenda sunt Scripturae, et Patrum, quae producant, testimonia. Imò etsi aliquid adesset documentum charitatem exigens ante justificationem, adhuc necessitas amoris initialis aperte non constaret, quia charitas aliquando significat, ex Berti doctrina in fine capitulum IX. et XXI. laudata, haud dilectionem Dei summe boni, quae specialiter charitas vocatur, sed aut bonam voluntatem, aut cupiditatem boni, aut gratiam praeventientem, quae ab initiali amore valde differunt. Sed ad Concina redeo.

11. Incredibile est, quantum adversus Attritionistas quosdam domesticos, quos magnis primum exornat laudibus, et majoribus deinceps exagitat injuriis, propterea quod suam sententiam tutiorem dixerint, stomachatur. Miseri, o miseri Salmanticensis, qui talia ausi estis effutire! Tutiorne amore initiali attritio formidolosa est? Dormientes sane, aut delirantes hoc dicitis: sed vos, sive delirio raptos, sive somno oppressos perquam severe plectet implacabilis vester Aristarchus. Igitur quia inauditam, temerariam, et scandalosam doctrinam hanc tradidistis, audite censorem, audite iudicem, audite oraculum: (8) „ Ab epocha Scholasticorum, ait, simile commentum non est „ auditum. . . Opinio ergo attritionis ex solo gehenna timore concepta tutior est „ opinione attritionis concepta ex amore Dei? . . . (9) Legiones Scholasticorum numquam terga vertunt, sed trucidari potius volunt. Ab orbe condito simile paradoxon, ut mihi videtur, non est auditum. Hae doctrina est contra omnes Catholicos: eos: evertit funditus Christi regnum charitate partum, charitate erectum, charitate perfectum. „ Hactenus ille, humanissime quidem, ac urbanissime. Igitur Salmanticensis acatholici sunt, regni Christi eversores, charitatis inimici, et trucidari potius volunt, quam deserere doctrinam, quae est contra omnes catholicos, et evertit funditus Christi regnum. Hae dilectionis praeco, hae charitatis vindex: sed vereor, ne charitatis causam agens, in charitatem ipsam graviter agat, siquidem à virtutis hujusce legibus longe discedere videtur, qui viris catholicis, et religiosis hujusmodi infert calumniam, nam ut ait D. Paulus: (10) „ Charitas, patiens est, benigna est: charitas non amulatur, non agit perperam, non infatur. . . non irritatur, non cogitat malum. „ Verumtamen ut Salmantensium mens sedulo exploretur, disquirendum est, utra sententia à doctrina Ecclesiae Catholicae, à charitate, et regno Christi magis defleat videatur.

12. Doctrinam Concina non scriptam confiteor; sed mea insipientia visum est, ut superiore capite exposui, quamdā habere cum Quesnellismo propinquitatem: nunc vero illam eadem ipsa insipientia suspicatur, cum Bajanismo quoque aliquam habere similitudinem. S. Pius V. has Baji theses damnavit.

31. „ Charitas perfecta, et sincera, quae est ex corde puro, et conscientia bona, et fide non ficta, tan in catechumenis, quam in penitentibus potest esse sine remissione peccatorum. „ Inchoata charitas à Concina propugnata, perfecta esset, non quidem intensionis, sed essentiae perfectione, siquidem ipso teste, (11) „ non differt à charitate habituali et actuali perfecta, nisi secundum statum, et gradum: „ et nihilominus ex ejus sententia tam in catechumenis, quam in penitentibus reperiretur sine remissione peccatorum. Praeterea Bajus in hac propositione non de habituali charitate, ut quidam volunt, sed de actuali loquitur, nimirum de ea ipsa, de qua D. Paulus ait: (12) „ Finis praecipi est charitas de corde puro, et conscientia bona, et fide non ficta. „ Finis autem praecipi, seu charitas praecipi non habitualis, sed actualis est, quia ut alibi dixi cum D. Thoma, praecipi non virtutes, sed actus, et opera nobis injungunt. Deinde Bajus ipse, teste Juenin, se dixit affari de charitate perfecta, non intensive, sed extensive, sive de ea, quae super omnia Deum amet. Itaque charitas, quae juxta Bajum esse poterat absque peccatorum remissione, actualis foret, et perfecta, non intensive, sed extensive dumtaxat: inchoata similiter charitas, quam Concina defendit, actualis dicitur, ac

(8) C. 10. §. 8. n. 3. 4.
(10) 1. Cor. 13.

(9) In Comp. l. 11. diss. 1. c. 7. §. 6. n. 2.
(11) C. 8. n. 2.
(12) 1. Tim. 1. 5.

extensive, et non intensive perfecta; et sine remissione peccatorum in peccatoribus cunctis, qui justificandi sunt, ut dispositio necessaria reperiretur. Demum ipse Bajus de sua damnata thesi agens inquit: (13) „Hoc dixi adversus eos, qui in catechismo, et penitentibus ante remissionem peccatorum, contra Concilium Tridentinum, nullum omnino charitatis initium agnoscunt.“ Hic aperte affatur de amore initiali, qui ab Attritionis contra Tridentinum, ut ipse credit, rejicitur, et charitatis initium, seu amoris principium solet nuncupari, ut liquet ex verbis Benedicti XIII. supra adductis: et ideo de amore initiali dicendus est loqui in illa thesi: ac propterea si hæc in sensu Baji damnata est, suspicari quis posset, in ea etiam initialem amorem, qui ante justificationem, vel absque remissione peccatorum consistat, fuisse proscriptum. Id autem asserere ego non ausim propter decretum Alexandri VII., cui omnino est obtemperandum.

32. „Charitas illa, quæ est plenitudo legis, non est semper conjuncta cum remissione peccatorum.“ Charitas initialis, quam à penitentibus exigit Concina, esse plenitudinem legis, quia vera foret dilectio charitatis, et Dei amor super omnia (14) „Clare ergo, ait, et rotunde dicimus, amorem præfatum esse veram charitatis, quæ Deum spectat propter se dilectum:“ et nihilominus hæc ipsa dilectio, hæc ipsa charitas non semper esset conjuncta cum remissione peccatorum. Deinde charitas, quæ proprie plenitudo legis dicitur, est dilectio proximi, de hæc enim loquitur Apostolus cum inquit: (15) „Plenitudo ergo legis est dilectio.“ Unde ex thesi hujus damnatione supernaturalis dilectio proximi non est sine remissione peccatorum: quomodo ergo erit dilectio Dei? Hanc tamen, quæ proximorum amori longe præstat, admittit Concina à peccatorum remissione separatam.

33. „Catechumeus juste, et recte, et sancte vivit, et mandata Dei observat, ac legem implet per charitatem, ante obtentam remissionem peccatorum, quæ in Baptismi lavacro demum percipitur.“ Hic de charitate actuali sermo est, ea nimirum, quæ lex, et mandata servantur. Per charitatem autem initialem, quæ actualis etiam esset, et in catechumenis ante remissionem peccatorum deberet juxta Concina reperiri, catechumeni ipsi Deum super omnia diligere, ac jussa cuncta servare, nullum enim frangit, qui Deum ita amat ac propterea juste, et recte, et sancte vivit ante remissionem peccatorum, sic enim vivit, qui omnia servat mandata.

67. „Homo existens in peccato mortali, sive in reatu æternæ damnationis potest habere veram charitatem, et charitas, etiam perfecta, potest consistere cum reatu æternæ damnationis.“ Initialis charitas à Concina propugnata vera charitas foret, et modò perfecta, modò imperfecta dicenda esset: perfecta quidem perfectione præcipua, seu essentiali, quia in essentia omnino cum charitate, quæ absolute perfecta dicitur, conveniret. (16) „Dæ ista charitates, inquit, gradu, et statu, non natura differunt:“ Imperfecta quoque, quia illi interdum deesset perfectio quædam accessoria, seu minus principalis, nempe intensio. Hujusmodi vero charitas peccatum non auferret, ait namque: (17) „Nego hunc Dei amorem inchoatæ charitatis tollere maculam, et regnum peccati.“ Unde charitas et perfecta quantum ad naturam, et imperfecta quantum ad intentionem reperiretur in homine existente in peccato mortali, sive in reatu æternæ damnationis. Id autem haud multum absimile est erranti Bajo, qui quidem in anteriori parte suæ propositionis de charitate hæc imperfecta loqui videtur, ac de perfecta in posteriori, in qua idcirco dixit: „et charitas etiam perfecta.“ Et licet contenderis, Bajum affari de charitate habituali, quam mortali culpæ non nisi errans adungere potuit: nil refert, quia charitas actualis habituali præstantior est, ut cum D. Thoma statui capite XVI. quocirca si habitualem cum peccato jungere, erroneum, et in hæc thesi proscriptum est, actualem eidem illi associare, veritati congruum non erit.

(13) Apud Juvenia C. 4. 2. 1. 9. 3.

(14) C. 9. 5. 2. n. 18.

(15) Rom. 13. 10.

(16) C. 9. 5. 2. n. 3.

(17) ibi §. 2. n. 29.

68. „Per contritionem etiam charitate perfectam, et cum voto suscipiendi Sacramentum conjunctam non remittitur crimen extra casum necessitatis, aut martyrii, sine actuali susceptione Sacramenti.“ Contritio ergo charitate perfecta non solum in casu necessitatis, sed etiam extra illum, ac proinde semper excludit peccatum, affertque idcirco criminis remissionem, et hominis justificationem: at ille oppositum tradit his verbis: (18) „Evidens est, Concilium Tridentinum supponere, contritioni, tametsi alligatæ charitate formate, non semper adjunctam esse justificationem.“ Et notabis, quod omnis contritio, cum sit dolor de peccatis propter Deum summe dilectum, perficitur vera charitate, et huic unita est. Si contritio est intensa, charitas etiam intensa erit: si illa remissa sit, hæc item erit remissa: at charitas remissa, quam Anti-Attritionarij initialem, et inchoatam vocant, vera charitas est ejusdem naturæ, et perfectionis essentialis, ac charitas habitualis, et actualis perfecta, ut Concina ipse fateretur. Insuper cum contritio propositum importet emendationis, mandataque servandi; secum habet etiam votum suscipiendi Sacramentum Penitentiae, extat namque de hoc jussum. Igitur omnis contritio, si et voto hujusmodi, et charitati conjuncta est, justificare peccatorem debet, etiam Sacramentum non suscepto, et id infertur, accedere est ad hanc thesim damnatam.

13. Itaque conciniana doctrina, quæ damnata minime est, hanc quidem, quam hic vides, cum bajanis erroribus affinitatem habet: Salmanticensium verò sententia commune quid cum illis habet? Nil omnino, siquidem nullam charitatem supernaturalem, neque habitualement, neque actualem, neque perfectam, neque imperfectam, neque intensam, neque remissam, neque in catechumenis, neque in penitentibus sine remissione peccatorum agnoscunt, nullam peccato mortifero coacerbant; sed attritionem supernaturali hos, et illos ad Baptismi, Penitentiaque Sacramenta recipienda praviè disponi satis, statuunt. Et hinc suam sententiam adversa securiorem credunt: quia ea doctrina tutior est, quæ magis à peccato recedit; ab hæresi autem, quæ in præfatis Baji propositionibus continetur, magis distat attritio sine ulla charitate culpæ associabili, quam ipsi propugnant, quam attritio cum vera charitate peccato unibili, quæ à Concina defensatur. Fautentur tamen perdocti Patres, contritionem perfectam, subindeque perfectam quoque dilectionem securiorem attritionem esse dispositionem, ex devotione, aut supererogatione, non verò ex præcepto, aut necessitate in Penitentia receptione praviè adhibendam: inita autem attritionem inter, et amorem charitatis, qui cum peccato sit, comparatione, illam præ hoc tutiorem existimant, quia attritio magis, quam amor iste à Baji erroribus, quos Ecclesia proscripsit, longe est. Quinimo in hoc sensu asserere audent, opinionem suam esse incomparabiliter tutiorem adversa, quia illa distat magis incomparabiliter, quam ista à culpa hæreses bajana, ut patentissimum est. Pro quid in hoc contra doctrinam catholicam? Quid contra regnum Christi? Quid contra charitatem? Quænam igitur ex his sententijs, si tamen aliqua, contra omnes catholicos, et Christi regni eversiva dicenda est? Nonne censoria hujusmodi, si ea uti liceret, opinioni, quæ non parum accedit ad errores ab Ecclesia damnatos, magis quam doctrinæ, quæ nullam omnino cum illis habet similitudinem, congruere? Ast horrenda absurda, Concina teste, ex hæc Salmanticensium doctrina necessario inferuntur, quæ hic discutere equum est.

14. (19.) „PRIMUM ABSURDUM. Principio hæc doctrina est contra omnes Theologos catholicos, nempe excepto. Nemo unus hæcenus dixit, opinionem attritionis formidolose esse TUTIOREM opposita, quæ postulat attritionem ex amore charitatis inchoatæ conceptam.“ Verumtamen omnes Theologi catholici, nullo excepto, docent opinionem quamlibet quo à peccato remotiorem, eo securiorem esse: opinio autem attritionis formidolose à culpa hæresis bajana magis remota est, quam sententia attritionis ex amore charitatis inchoatæ conceptæ; hæc enim charitas, licet inchoata, charitas vera, ac sine remissione peccatorum esset, proindeque in homine existenti in peccato gravi, et in æternæ damnationis reatu inveniretur; hujusmodi autem charitas purum, putumque Bajanismum sapere videtur, ut ex fulminatis thesibus constat. Unde ex hac parte opinio attritionis formidolose tutior opposita est,

(18) Cap. 1. 5. 2. n. 2.

(19) Cap. 10. §. 2.

tecia ductus et novit, et palam testatus est inquit: (46) „Peccavi tradens sanguinem iustum:“ At numquid Judas, et Pharaon, dum hæc dicebant, Deum ex charitate amabant? Nullo prorsus modo: et ideo neque prodigios, etsi in Deum percasse, confessus sit, eum amabiliter tunc, id est prævie ad reconciliationem dilexisse, censeretur. Imo eum concupiscentia amore id temporis affectum fuisse, potius dixerim, quoniam non solum egestatem, famem, imminetentque ei mortem declinare, sed etiam abundantius, lautiusque in paterna domo, ac mensa esse cupiebat, atque idcirco dicebat: „Quanti mercenarii in domo patris mei abundant panibus; ego autem hic fame“ pereo. Deum quidem vocavit patrem peccator ille: patris autem, nomen quantumvis suave, ac dulce, amabilis dilectionis indicium non semper est; peccatores enim licet Deum ita non diligant, plerumque dicunt: „Pater noster, qui es in caelo sancti“ ficetur nomen tuum, &c. Nec illi incassum, quod charitate careant, patris nomenclationem, Deo affantes, sed valde utiliter usurpant, ut constat ex proscriptioe thesis 50. quæsnelliana. Quibus addiderim, Deum quæ creatorem, dici patrem rerum omnium: (47) „Numquid non ipse est pater tuus, qui possedit te, et fecit, et creavit te? ... (48) Quis est pater tuus? Vel quis genuit stillas roris? Vides D. Thomam. (49) Unde peccatores etsi non gratia, creatione tamen filij Dei sunt: et idcirco Deum recte vocant patrem. Denique in capite primo Malachiz non reperiuntur verba hæc quæ affert Concina: „Si ergo pater vester sum, tibi est amor meus? sed ista: „si ergo pater ego sum, tibi est honor meus?“ quæ satis diversa sunt. Ast prodigo omnino tribuendus erat amor, secus namque ornatissima ipsius imago inopportune in hac concertatione exhiberetur: et ideo potestate, quæ pictoribus, atque poetis data est, *Honor sit amori*, verbulum *vester* superaddidit, et ego prætermittitur. Verum licentiam illam usque adeo distendere non debuit pictor noster, ut divinam Scripturam, quæ sua sensa stabiliret, ita alteraret, quæ

„Nec tanta in metro venia conceditur uti.“

Et mirari subit, quod Drowenus supradictum Malachiz testimonium, quod tamen fideliter, et absque ulla mutatione refert, (50) pro stabiliendo prodigi amore proferat, cui nil prorsus favet: quoniam non de amore, sed de honore loquitur Propheta. Quid autem cum honore amor? Numquid honorare est amare, aut is solummodo, qui Deum amat, ipsum honorat? si id sentis, Quæsnello consentis inquit: 56. „Charitas sola, Deum honorat.“

(46) Matth. 27. 4.

(47) Deut. 32. 6.

(48) Jo. 18. 28.

(49) 1. p. q. 11. 2. 5. 6.

(50) l. 6. 4. 2. 1. 5. 1.

CAPUT. XXVIII.

Præcipuum P. Concinae argumentum enervatur.

1. Venerabilis Pontifex Innocentius Undecimus hanc thesim proscriptit: „Non est illicitum in Sacramentis conferendis sequi opinionem probabillem de valore Sacramenti, relicta tutiore, nisi id veteri lex, conventio, aut periculum gravi, vis damni incurrendi. Hinc sententia probabilis tantum utendum non est in collatione Baptismi, Ordinis Sacerdotalis, aut Episcopalis.“ Cum autem opinio prævie exigens attritionem cum amore charitatis ad Sacramentum Penitentiz suscipiendum tutior dicatur, quam ea, quæ solam attritionem petit, præ hac illam amplecti omnes tenemur.

2. Momentum hocce, quod solutu difficile admodum censetur, Concinae, ac Initialistarum omnium Achilles est. At numquid inter strenuos attritionis vindices unus saltem Paris non erit, qui in Achille isto fere invulnerabili, ac invincibili Adver-

satorum sensu, locum vulneri aptum inveniat, ipsumque confodiat? Imo et adsunt plurimi, qui doctrinae suæ luce, opportunisque responsis, eam exacura, atque indeclinabili sagitta, illum transverberant, et exanimant. Id Concina diffitebitur obfirmate, ac buccis crepantibus clamabit, Attritionarios in re hæc pauperimos, unicam dumtaxat rationem, et tamque aperte falsam, et commentitiam habere, qua sententiam suam à proscriptioe liberare credant: (1) „Tam evidens est, inquit, opinionem formidolosæ attritionis contineri in prima propositione Innocentii undecimi, quam evidens, loxæ attritionis contineri in prima propositione Innocentii undecimi, quam evidens est, unicam rationem, qua Adversarii conantur, eam ab illa damnatione eripere fesse“ „manifeste falsam, et arbitrarium commentum.“ Mirabile dictu! Igitur Attritionarii, id est, viri catholici opinionem evidenter damnatam propugnant; idque haud quidem bona, sed improba fide, siquidem est etiam evidens, rationem unicam, cui innituntur, et manifeste falsam, et arbitrario ab ipsis confictam esse. Proh Deus immortalis! Quousque perveritum est injuriandi caeteros? Quousque libido conviciandi?

3. Verumtamen licet hæc, et stomachosiora adhuc alia decreverit, et velut tot oracula quasi ex tripode edat Theologorum arbitri, habemus firmiorem apostolicum sermonem, Summorum videlicet Pontificum oppositum assertentium, cui bene facimus attendentes. Benedicimus XIII. apud Concinam ipsum ait: (2) „Il sentimento oggi commune è, che il dolore, o contrizione perfetta è buona, ma non necessaria per la confessione, bastando il dolore imperfetto, cioè l'attrizione o pura già spiegata di sopra, o al più quella che è congiunta con qualche principio di amor benevolo verso Dio; il che rimane finora indeciso dalla Santa Sede.“ Id est: „Sententia communis est hodie, quod dolor, vel contritio perfecta est bona, sed non necessaria ad confessionem; cum ad eam sufficiat dolor imperfectus, id est attritio, sive pura jam supra explicata, sive ad summum cum aliquo principio amoris benevoli.“ Duo hic docet Pontifex Maximus, nimirum et attritionem sufficere, et à Sancta Sede minime definitum adhuc fuisse, an sufficiat attritio pura, vel an secum principium aliquod amoris benevoli habere debeat. Ac propterea indecisa adhuc est præsens controversia. Benedicimus XIV. hæc similiter, ut supra visum est, inquit: „Nihil hacenus à Sede Apostolica de hac questione decisum, sed libertatem cuique datam ex præfatis opinionibus eam eligendi, et docendi, quam maluerit... Adhuc quippe sub iudice lis est, adhuc impune pro una, et altera sententia dimicatur.“ Hæc Supremi Ecclesie Pastores, non obscuris, aut ambiguis, sed clavis, conspicuisque sermonibus, post damnationem supra allatam propositionis, concorditer asserunt.

4. Nunc ergo, oro te benigne Lector, quousque magis credendum, Concinae videlicet amenti, opinionem attritionis formidolosæ esse evidenter damnatam, an potius Summis Pontificibus asserentibus, questionem hanc ab Apostolica Sede adhuc non esse decissam? Verum stulta est, jure inquit, hujuscemodi interrogatio: quid namque unus Concina, nec mille Concinae cum Jesu Christi Vicarijs? Dic ergo, amabo te, indulgentie hi unquam, opinionem evidenter damnatam libere propugnari, aut pro ea dimicari impune? Dicere audent, sub iudice esse adhuc litem, si jam decisa foret? Qua fronte assererent, ad confessionem sufficere attritionem sive puram, sive amoris conjunctam, pro sententiarum varietate, et ex his liberum cuique esse, eam eligere, ac docere, quam maluerit, si sententia formidolosæ attritionis ab Innocentio XI. jam esset proscripta? In hoc profecto aut falli, aut fallere viderentur, quicqueteroqui infalibiles iudices vocantur, ac pastoralis suo muneris in re gravissima, et ad commissarum sibi ovium salutem spectante enormiter deesse. Cum autem id vel cogitare, impium sit omnino, firmiter potius, controversiam hanc indecisam adhuc manere, credendum est, ac propterea Concinae assertionem evidenter falsam, arbitrarium commentum, Summorum Pontificibus injuriam admodum esse; evidenterque itidem constare auctoritate utriusque Benedicendi, attritionis servilis opinionem sub innocentiana damnatione non contineri.

(1) Cap. 10. §. 1.

(2) Cap. 2. §. 3. num. 2.

sed qui imperfectæ necessitatem, imo et possibilitatem inficias iverit, adversus Christi regnum nil molitur inepte. Salmanticenses autem neminem ab exercitio perfectæ charitatis avertunt, sed ad id potius omnes alliciunt, dum hanc ipsam charitatem, et contritionem attritione præstantiores, ac tutiores dicunt. Et quamquam attritionem amoris initiali præferant, neque idcirco ab hoc amore exterrere ullum cœseri debent; sicut Concina ipse dilectionem perfectam eidem initiali amoris similiter præfert, quin ob id neminem ab hujuscæ amoris exercitatione avertere, aut abstergere credat, cum ad eam contra ceteros omnes, impensissime curet. Denique regni Christi suprema lex est ista: „Diliges Deum, nempè perfectum, qui gratia, charitateque exoriatur, et idcirco ipsum regnum Christi intra nos constituat, vel Deum faciat in cordibus nostris habitare, Salmanticenses efflagitant; Concina verò infimam dilectionem, nimirum inchoatam, quæ ut ipse asserit, non tollit maculam, et reatum peccati, ac propterea neque Diabolum expellit à nobis, neque Christi regnum in nobis ipsis statuit: quæ nam igitur doctrina, siqua tamen, dicenda potius est regno Christi adversa, illiusque eversiva? Id alij judicent.

17. „QUARTUM ABSURDUM. Omnes communiter Theologi catholici docent, saltem in articulo mortis necessarium esse actum contritionis ex amore Dei. Omnes communiter docent, ut minus, tunc urgere charitatis præceptum, et id definitum ab Ecclesia est: quia in illo tremendo extreme lætæ momento, quod tutius est, exequi debemus. Si incomparabiliter tutior est attritioconcepta ex solo timore gehennæ, quam contritio concepta ex amore Dei, ex charitateDei huic attritioni formidolosæ incomparabiliter tutiori adhaerendum firmiter erit, tamquam tabulæ incomparabiliter securiori, et tutiori, rejecta charitate, quæ destruitSacramentum Christi quæ Bajanos facit Christianos. En in quæ absurda monstrata, et errorum portenta, conjiciat invectum à Salmanticensibus paradoxon. „Itane verò? Peregrina usque adeo, atque exotica Salmaticensium doctrina est, ut portenta edat, monstrata pariat? Sic à via veritatis exorbitat, ut in errores inducere, sic ab itinere sapientie deflectit, ut in absurda homines conjicere valeat? Verumtamen absurdissimam, et erroriferam doctrinam hanc, seu monstriparam, ac portentiparam opinionem istam enodare interest in præsentiarum et illud dumtaxat, quod de articulo mortis hic dicitur, nunc omitram, ac subsequenti capitulo discutiam.

18. Itaque, Charitas destruit Sacramentum Christi: „sed quænam charitas? Id edisserere debuere Concina, ne Salmanticensibus injuriam adduceret apud homines præsertim, qui eos nec à limine salutarunt. Igitur Sacramentum Penitentiae mortuorum Sacramentum dicitur, et est à Domino institutum, et mortuis hominibus, id est peccatoribus, primam gratiam, qua vivificentur, tribuat. Porro Salmanticensium sensus est, quod charitas semper gratiam vivificantem, seu sanctificantem secum habet: et exinde rectè inferunt, quod si charitas aliqua adinstar dispositionis præviz necessario præcederet Sacramenti susceptionem, tunc etiam peccatorem justificaret, qui idcirco non jam mortuus, sed vivus Sacramentum susciperet. De charitate hujusmodi, dumtaxat, non verò de charitate absolute inquirunt, quod oppositionem habeat cum Sacramenti institutione; nam illa admissa, Sacramentum Penitentiae non esset Sacramentum mortuorum, nec primam gratiam unquam produceret. Id verò nedum Salmanticenses, sed et Attritionarij ceteri, necnon omnes, qui charitatem semper justificare sentiunt, concorditer asserunt. Optimum Consilium est, quod penitentes Sacramentum suscipiant Deum super omnia amantes: verum hoc esse necessarium, concedere non possunt, qui charitatem potissime minime agnoscunt, et Sacramentum pro impiorum justificatione potissime credunt institutum.

19. Deinde „Charitas Christianos facit Bajanos: „quænam autem charitas? Id similiter ab eodem enucleandum erat. Vera ergo charitas, quæ asseritur in homine illo posse consistere, qui in peccato mortali, atque in reatu æternæ damnationis invenitur, et bajana est, et defensores suos facit Bajanos, ut pater ex Baji propositione 67: charitas autem inchoata à Concina, et Initialistis alijs, asserta, vera esset charitas; imo ejusdem perfectionis essentialis, ac quævis alia charitas etsi præstantissima, quia ex eodem Concina ejusdem utraque foret naturæ; et tamen in homine, qui ul-

pa, et reatu illo laboraret, reperiretur: quocirca charitas hujusmodi, nisi decretum Alexandri VII. obsideret, et bajana, et Initialistis constituere Bajanos dici posset. Salmanticenses verò pro eximia sua erga Sanctam Sedem, à qua decretum illud emanavit, reverentia, ab hac censura abstinere; et ideo neque charitatem hanc bajanam, neque propagatores ejus dicunt absolute Bajanos: sed ajunt, et innegabile id videtur, Initialistarum opinionem cum Bajanismò, aliisque erroribus ab Ecclesia damnatis quamdam habere similitudinem. Utinam hanc animi modestiam, moderationem, ac reverentiam erga Sanctam Sedem omnes imitaremur. Et observandum, quod Salmanticensibus propositio hæc injuria adscribitur: „Charitas Christianos facit Bajanos: „si quidem nec de charitate perfecta, quam propositio significat, nec de imperfecta et initialistica, quæ Bajanismum sapere videtur, tale unquam protulerunt; sicut neque hanc, quæ illis similiter adjudicatur. „Charitas destruit Sacramentum Christi: „pessime enim, si hæc absolute dicerent, de charitate sentirent.

20. Præterea „incomparabiliter tutior est attritio concepta ex solo timore gehennæ, quam contritio concepta ex amore Dei: „sed ex quæ charitate, ex quo amore? Etenim charitas (et idem de amore) distinguenda est duplex: alia nimirum initialistica, seu solis Initialistis nota, quæ cum peccato mortali esse posset: alia attritionistica, seu Attritionistis, et Christianis omnibus agnita, quæ cum lethali culpa omnimodam habet insociabilitatem, et diffunditur in cordibus nostris per Spiritum Sanctum, qui datus est nobis. Itaque attritio metu nata incomparabiliter tutior est, quam attritio, seu contritio imperfecta, quæ charitate initialistica excidit, quia res qualibet eo magis tuta est, quo amplius à peccato recedit; ab hæresis autem culpa, sive à Bajanismò, Quænellismò, aliisque erroribus ab Ecclesia proscriptis magis incomparabiliter distat attritio illa prior, quam posterior. Ceterum attritio ipsa meticulousa nullatenus tutior attritione est, quæ ex charitate attritionistica progreditur; imo ista omnimodis tuta, ac securâ, quamvis præviz non necessaria judicanda est: et sic eam revera censent Salmanticenses, qui ita mentem suam aperiant.

21. (25) „Accedens, inquirunt, ad Sacramentum Penitentiae cum sola attritione, securissime procedit, securitate intensiva, et ex necessitate adhibenda; quia asserit dolorem sufficientem pro Sacramento mortuorum, et primæ gratiæ justificationis, juxta Sacramenti naturam, et Christi Domini institutionem, ut supra firmavimus. Sed si adhibeat contritionem, tutissime etiam procedit, quia contritio æquivaleret attritioni, et consequitur augmentum gratiæ; quin etiam procedit tutius extensive adhibendo actum attritione perfectiorem, cujus sufficientiam omnes, nemine reclamante fatentur: sed hæc securitas extensive major non est essentialis, aut debita, sed ex addita redundantia, ac voluntaria supererogatione supra debitum ex institutione Christi. Propter hæc concedimus convenientiam supererogandi contritionem in Sacramento Penitentiae, sed firmiter negamus necessitatem. Itaque adhibere contritionem in Sacramento ex devotione, et supererogatione, ad idque in hoc sensu penitentes inducere, tutum, et sanctum censemus: illam autem adhibere ex falso (ut revera est) dictamine, quod sit de necessitate Sacramenti, nec tutum, nec sanctum, audentes dicere; sed id relinquimus determinationi Apostolicæ sedis, eidem omnino obediens.

22. Sic nimirum mentem suam explant, quam amplius etiam dilucidant allata supra exempla etenim gratia sanctificans, perfecta charitas, manifestatio venialium omnium, et intentio actualis optime, ac tutissime ornant penitentem, et eas ex devotione, et supererogatione adhibere, securum, ac sanctum est; ast asserere, hæc omnia necessaria, et ex Christi Institutione præviz ad Sacramentum desiderari, est periculo-

K k

sum, imo etronem, Nihil autem socius contritio secunda admodum, et attritione præparatio est præparatio, et ideo qui ad secundam post generale naufragium tabulam contritionis accedit, optime accedit et à peccati morte certocius liberatur. Ast contritionem veram peccato unire, et necessariam præviæ ad Sacramentum dicere, tutum nullatenus existimant præfati Patres ob doctrinæ hujus cum bajanis, aliisque erroribus affinitatem. Hæc Salmanticensium sententia, hæc doctrina, quæ partim omnium, partim insignium Theologorum, partim ipsiusmet Concina est. Ubi ergo errores, ubi absurda, ubi monstra, ubi portenta, quæ terroloquus ipse Concina eisdem affinxit? Evanescere penitus; imo nunquam existerent, sed quia nos omnes:

(26) „Nigra albis passim confundimus, albaque nigris.“

23. Sed eundem iterum arguantem, iterum declamantem auscultare præstat: (27)
 „Si doctrina, inquit, formidolosæ attritionis est longe tutior, ergo omnes Theologi, omnes Concionatores clamare deberent: Christiani, cavete à charitate Christi etiam imperfecta. Longe magis cavetote ab amore Dei ferventiori, et ferventissimo: cavete quæso, ab hac divina charitate, dum acceditis ad Sacramentum Penitentia: cavete, inquam, cavete ab hac divina charitate, quia charitas ista destruit, exterminat Sacramentum Penitentia. Cavete, quia si charitate flagrantis ad tribunal Penitentia acceditis, hæretici Bajanistæ estis. Accedite solum perterritæ pœnarum gehennæ timore, et amore concupiscentiæ propria beatitudinis succensi. Ceterum amor Dei super omnia hostiliter pugnat cum Sacramento Penitentia, illudque exterminat. In Sacramentis recipiendis tutiora ex definitione Ecclesiæ sequi debetis. Longe tutius est, si accedatis ad Sacramentum Penitentia solo timore servilli percussis, quam si adeatis divina charitate flagrantis. Blasphemias istæ sunt legitima, nisi me omnia fallunt; et necessaria consecraria doctrina Salmanticensium.“ Papa! Papa! Quid audio? Usque adeo abominabilis, atque execranda est Salmanticensium doctrina, ut legitime, ac necessario blasphemias enitatur? Ipsæ blasphemias, quas omnes perhorrescunt, non saltem spurias, sed legitimas, ac necessarias fecerit illius sanæ? Quomodo ergo Concina ipse hos blasphemiarum auctores, et satores, uti candidus eorum amicus laudare audeat, et laudare nimis? Quomodo eorum merita, acumen, profunditatem et auctoritatem extollit, amplificat? Quomodo illos, ut ait, veluti splendorem, et ornamentum Thomisticæ Scholæ veneratur? Dic sodes quæso, blasphemiarumne opifices Scholam Thomisticam ornare, et collustrare poterunt? Sed hinc suspicio exortitur, ipsum haud ex animo, sed moris potius, ac dicis gratia istiusmodi laudes eisdem conferre; ait enim satyricus: (28)

„At pater ut gnati, sic nos debemus amici,
 „Si quod sit vitium, non fastidire...
 „Et jactantior hic paulo est: concinnus amicis
 „Postulat, ut videatur; at est truculentior, atque
 „Plus equo liber.“

24. Sedulo tamen momentum hocce excutere nunc est. Ac in primis Salmanticenses aliam charitatem non agnoscunt, nisi eam, quam attritionisticam modo dixi; illam vero, quam initialisticam nuacupavi, respuunt omnino. Hæc, quæ à solis Initialisticis agnoscitur, imperfecta semper, utpote peccati socia, foret: illa autem, quæ à cunctis Catholicis admittitur, licet imperfecta quantum ad intensionem dici interdum valeat, absolute tamen perfecta semper est, quoniam oritur à gratia, et diffunditur in cordibus per Spiritum Sanctum, quidam est nobis. Perfecta isthæ charitas ex Salmanticensium doctrina origo veræ contritionis est, qui etiam fatentur, ipsam tutissimam, omnique attritione securiorem esse dispositionem: et ideo dum attritionem vo-

(26) Abadij Carm. 10.

(27) In Comp. ubi supra §. 6. n. 1.

(28) Horat. 1. Satyr. 3.

cant contritionem, aut charitate tutiorem, loquuntur de charitate initialistica, ac contritione, quæ ex illa oriretur, quas minus tutas, quod Bajanismo, aliisque erroribus assimilantur, ipsi existimant; non vero de attritionistica, quæ omni periculo vacat. Unde ex hac doctrina nemo potest dicere: „cavetote ab amore Dei ferventiori, et ferventissimo: cavete ab hac divina charitate: amor Dei super omnia longe à vobis sit.“ ista namque locutiones, sicut et totum argumentum, charitatem attritionisticam, seu gratia exortam significant, quam ipsi attritione tutiorem conferunt: atque idcirco non cum ea, sed cum initialistica, seu peccati socia conferunt attritionem, dum ipsam appellant securiorem. Præterquamquod Attritionista æque liber, et intrepidus, ac rigidus iste Salmantinomastix fortasse diceret: charitas initialistica non est charitas vera, non est charitas Christi, non est charitas divina, sed est charitas impossibilis, charitas chimarica: et sic integrum corrueret argumentum.

25. Deinde si hunc arguendi modum Logices statuta ferant, ipse quoque ita arguam: juxta Concina dolor de peccatis ex amore initiali conceptus tutior est, quam dolor ex timore gehennæ prognatus: Ergo omnes Theologi, omnes Concionatores clamare debent: Christiani cavete à dolore de peccatis qui ex metu oritur; cavetote ab ipso timore gehennæ. Consecratio isthæ, quæ à Concina doctrina, si recte ille arguit, legitime, et necessario profluit, vera blasphemias est, siquidem reprobat dolorem, et timorem, quos Deus ipse in penitentibus excitat, et insuper contraria est præcepto illi Domini: (29) „Time te eum, qui potest et animam, et corpus perdere in gehennam.“ Item contritio attritione securior est: Ergo clamandum: cavete ab attritione: sed qui ita clamaret, blasphemaret utique quia attritio donum divinum, ac Spiritus Sancti impulsus est; et ideo dissuaderi ipsius exercitium nequit, absque manifesta ejusdem Spiritus Sancti injuria. Insuper perfecta charitas, eodem Concina teste, charitate inchoata, et initiali longe tutior est: Ergo Concionatores, et Theologi clamare etiam debent: Christiani, cavete à charitate inchoata, et initiali. Hanc autem consecrationem, quamquam illius arguendi formulæ omnino conformem, nullatenus concedere ipse valet, cum charitatem inchoatam promoveat efficiam, ac in ejus necessitate suadenda totus sit. Clamate præterea Theologi, et Concionatores tenerentur: intentio formalis virtuali securior est: cavete itaque à virtuali intentione. Confessio peccati mortalis, et venialis tutior est, quam solius mortalis manifestatio: cavete igitur à solius mortiferæ culpæ confessione. Recipere Sacramentum Penitentia in statu gratiæ melius, ac securius est, quam ad ipsum sine gratia accedere: cavete ergo ne ad illud sine gratia accedatis. Consecrationes hujusmodi, et id genus aliæ innumeræ, quæ nullo negotio eformari queunt, nemini probari debent, alioquin res, quamquam non optimas, undequaque bonas damnate videretur; et id nefas est: unde nec legitime, ac necessariæ censeri illæ debent, quæ adversus Salmanticenses deducit superciliosus eorum censor.

26. In veritatem quoque argutationem præfata multifaric delinquere, mihi contemptam est. Contritionem, ac subinde charitatem in Sacramenti receptione, ex devotione, et supererogati ne adhibere, tutum, ac sanctum censent memorati Patres; eas tamen necessarias præviæ dicere non audent, quia contritio, et charitas sine remissione peccatorum Bajanismi speciem continere videntur, quamquam bajanæ absolute non dicantur propter decretum Alexandri VII. et alia Oracula Pontificia. Quapropter ex Salmanticensium mente Concionatores recte clamabant: Christiani dum Sacramentum Penitentia suscipitis, charitatem adhibete, hoc enim tutum, et sanctum est: sed cavete, ne charitatem peccato mortali unitam, vel visibilem dicatis ad Sacramentum recipiendum præviæ esse necessariam; id namque vos, haud quidem Bajanistas, sed Bajanistis tantillum similes constitueret. Hinc perspicue deducitur, à Salmanticensium

K k §

(29) Matt. 10. 28.

mente, ac propterea à veritate esse alienissimum, dicere veluti ex eorum sententia rē cavetote ab amore Dei ferventiori, et ferventissimo. 2. Cavete ab hac divina charitate, dum acceditis ad Sacramentum Pœnitentiæ. 3. Charitas ista destruit, exterminat Sacramentum Pœnitentiæ. 4. Si charitate flagrantis ab tribunal Pœnitentiæ acceditis, hæretici Bajanistæ estis. 5. Accedite solum perterrefacti pœnarum gehennæ timore, et amore concupiscentiæ propriæ beatitudinis succensi. 6. Amor Dei super omnia longe à vobis sit. 7. Exulet ab animabus vestris. 8. Iste amor Dei super omnia hostiliter pugnat cum Sacramento Pœnitentiæ. 9. Illudque exterminat. 10. Longe tutius est, si accedatis ad Sacramentum Pœnitentiæ solo timore servili percussi, quàm si adeatis divina charitate flagrantis. Tam multipliciter et Salmanticensium menti, et veritati obsistit argumentum: fecunda, atque legitima harum omnium falsitatum parens est argutio illa conciniana. Verum; o Laconismum Spartiata dignum! Sed nec ipsa forsitan Lacedæmonia civem habuit unquam, qui tot falsitates argutatione una concluderet.

27. Attamen ut quid ipse sentiam, demum aperiam, quare Christianos omnes ab amore initiali non deterream? Amor isthic quod peccati contubernium juxta ejus fautores non abhorreat, alijs impossibilis, alijs chimericus visus est: occur igitur amorem hunc hominibus non dissuadebo, et ad perfectum amorem charitatis eos trahere non curabo? Dicam ergo audacter: Cavete à dilectione conciniana, quæ chimerica existimatur, et peccati sociæ foret; illamque dilectionem inquirete, quæ est culpæ hostis, gratiæ comes, et æterno præmio digna. Clamabo iterum intrepidè: cavetote à charitate Initialistica, et attritionistica exoptate: hoc est, cavetote à charitate, quæ à solis Initialisticis cognoscitur, ac Deum in vobis habitare minime faceret; et à Deo ipso charitatem illam poscite, quæ agnoscitur ab omnibus et diffunditur in cordibus nostris per Spiritum Sanctum in eis habitantem: huic studete, huic incumbite, huic acquirendæ, exercendæque omnem vestram operam, curam, navitatem, ac sollicitudinem impendite. Si enim Deum amare Initialisticè, seu inchoatè contendatis, fieri poterit, ut nunquam vere illum diligatis, nec primum præceptum observetis nec regnum cœlestè mereamini; quia Initialisticus amor iste vel impossibilis, juxta Attritionarios, vel criminum sôdalis, ac propterea neursquam gloriæ meritorium juxta ejus præcones est. Dimittite ergo incertum, et tenete certum: relinquite impossibile; et assumite possibilem: abjicite non meritorium, et exercete meritorium: deserite chimericum, et habete verum, ac justificantem amorem, qui vos à culpa liberet, et sempiterna gloria dignos constituat.

28. Omnia hæc haud quidem studio partium, sed amore veritatis dixi; quamvis enim Salmanticenses, ut par est, venerer, atque idcirco dum injuria vapulant, defensione eos, æquum existimaverim, in eorum tamen verba minime juravi; et idem illorum doctrinam deserere, cum opus est, non recuso. In hac ipsa controversia nonnulla tradunt, quæ mihi non probantur: docent namque ad valorem Sacramenti sufficere et attritionem inefficacem, quæ peccandi voluntatem non excludit, et attritionem naturalem, si supernaturalem modum aliquem habeat, quo elevetur, et, ut inquit ipsi, supernaturalizetur. Hæc autem doctrina parum conformis videtur cum Tridentino de attritione necessaria ad Pœnitentiam dicenti. „ Si voluntatem peccandi excludat: tum Innocentio XI. hanc propositionem damnanti: 57. „ Probabile est, sufficere attritionem naturalem, modo honestam:“ quæ loqui videtur de ipsa substantia attritionis, et hæc idcirco nedum quoad modum, sed etiam quoad substantiam supernaturalem sit oportet. Nec facile percipitur, quod dispositiones remotæ, uti fidei actus, ac sp̄i supernaturales omnino sint, et attritio, quæ ultima est, ex illorum sententia, in pœnitentibus ad gratiam preparatio, non quoad substantiam, sed tantum quoad modum supernaturalis esse debeat. Id utique, quod nec ritum, nec verum mihi est, ac si quid aliud à veritate devians in eis comperiat; improbari penitus debet, sed peccate, et christiane, hoc est, sine injurijs, sine dicerijs, Auctores cum et-

raverint, impugnandi sunt, sed minime calumniandi, quia ut ait Cicero: (30) „ Omnis animadversio, et castigatio, contumelia vacare debet.“ Error utique profligandus, charitas vero semper custodienda, ab his præsertim, qui charitatis ipsius assertores, et vindices haberi amant. Insuper qui in alios acius invehantur, ac censoria virgula sæpius animadvertunt, eorum mentem, seu doctrinam optime perscrutam habeant, oportet, ne forte eveniat, quod de alijs Tullius ipse dixit, videlicet: (31) „ Sæpe aut eos ladunt, quos non debent; aut eos, quos non expedit: si imprudentes, negligentiæ est; si scientes, temeritatis.“ Et mirandum certe, quod adversus Salmanticenses, Attritionariosque ceteros, quoniam amorem charitatis supremæ legis impletivum in peccatoribus ante gratiæ infusionem non admittunt, adeo terribiliter inronare is præsertim audeat, qui similem amorem, cum de Attritionistis ipsis non agitur, admittere detredat, ut patet ex dictis capite XXVI n. 18. sic namque fieri potest, ut emissa in illos universa contumeliarum fulmina in ipsum recidant fulminantem.

29. Conspexisti jam, pie Lector, Salmanticensium impugnationem felle plenam à P. Concina adornatam, quam quidem, si eum legeris, longe adhuc amariorem, et acerbioiorem reperies. Ipsijs eruditionem, et sanioris doctrinæ promovendæ studium suspicio; atvero Catholicos auctores impugnandi rationem non item. In concertatione peene omni Adversarij ejus errant, desipiunt, delirant, et eos idcirco perpetuis insultat injurijs, ludibrijs, facetijs, scommatibus, conviciolis; ipse autem semper vincere credit, semper triumphare, et ego potius, eum multoties, cum eodem Tullio dixerim: (32) „ Cum irrisione audientium imitari militem gloriorum.“ Scili sui acerbicatem, quam omnibus nullatenus placitum ire, ille persensit, et expertus est, plurifariam defendere nititur in suo prologo galeato, et admodum erudito.

30. Testatur sæpe, se non homines, sed eorum errores jocis, et calumnijs petere: ut agerrime plerumque discernes, an doctrinam, vel doctorem magis feriant aculeata ipsius, et amarulenta verba. Profecto dum Attritionarios vocat, malæ fidei homines, sophistas, fallaces, deceptores, &c. de ipsismet potius, quàm de illorum erroribus agere videtur. Deinde opinamenta Catholicorum à Santa Sede nondum proscripita nemini licet, injurijs, et probris denigrare: id enim Summi Pontificis mox laudandi severe prohibent. Pro se itidem Dei ipsius profert exemplum, qui per Prophetas suos, et Apostolos minaciter, ac terribiliter nobis plerumque affatur. Ceterum quidquid omnia, quæ Deus facit, mihi licita sunt? Numquid possum, sicut ille, hominibus bona, salutem, vitam adimere? Deus insuper hominum vitia, ac peccata arguit, et puni; secus autem eorum errores, si culpa vacanti: porro Catholicorum Auctorem errores inculpabiles dici uplurimum debent, cum et Concina ipse illorum intentionem non semel excuset, et sanam fateatur: ideoque tanta acrimonia, et mordacitate ipsorum errores, si tamen errores sunt, quos ita appellat, insequi, ac punire non debuerat. Laudat quoque Christum Dominiuum, qui Scribas, et Phariseos publice, et acerbissime sæpius reprehendebat: verum illi impijsimi erant, et perversissimi; secus tamen Auctores, quos ipse impugnant. Præterea Christus, quæ homo Deus, plura in mundo gessit, quæ nos homines tantum nec debemus, nec possumus imitari. In id genus objurgationibus divina usus est potestate, qua inimicos suos mortali in eum odio furentes, ac ardentissimo vindictæ desiderio debacchantes invisibiliter religabat, ne ei quidquam noceret: quæ autem hac peregit potestate, imitari nequimus. Sane si Concina ipse supremos Ecclesiæ pastores publice redargueret, eos nimirum vocitans hypocritas, duces cecos, sepulera dealbata, alijsque opprobrijs deturpans, quibus Dominus adversus Synagogæ Principes est usus, nemo, ut arbitror, patienter id ferre posset, neque ei accideret impune. Denique Sanctorum Patrum exemplum adducit, qui stilo acri, et vehementi sæpe uti sunt: attamen non omnia sancta quæ Sancti fecerunt, et ideo neque in cunctis Imitandi. A convicijs, maledictis, injurijsque ceteris

(30) De officiis l. 1.

(31) Ibidem l. 1.

(32) Ibidem l. 2.

communiter abstinerunt; siqui autem humanitus eisdem indulgere, in hoc minime laudandi. Ipsemet Concina de S. Hieronymo loquens ait: (33) „Fateor et ipse, in eo, in quo excessit, imitandum non esse. Nam quandoque in ipsas personas invecutus est, potissimum contra Rufinum:“ Verumtamen quia Augustinum, et Thomam, duo scilicet Ecclesie lumina, imo duo fulmina belli, quod adversus errores Ecclesie ipsa perpetuo gerit, pro se etiam laudat, videndum superest, an stilo, diderij, et contumelios undequaque referto, uti est concinians, cum Adversarijs conflixerint: idque non meis, sed Ecclesie ipsius Supremi Pastoris verbis decidendum est.

31. Igitur Benedictus XIV. Romanorum Pontificum, siquis alius, Sapientissimus in Bulla incipiente: „Solicita, ac provida:“ die 9. Julij 1753. emanata, in qua leges optimas pro librorum examine, et proscriptione condidit, quomodo Sancti Doctorum illi Adversatores suos confutaverint, et nostros nos omnes impugnare debeamus, perspicue tradit. Integra Bulla hic erat exscribenda, sed ne plus a quo caput istud protrahatur, quamdam ipsius partem solum exceperam, sublongam quidem, sed evellentem prociis omnia, que pro stylo suo insultante, et caustico Concina concocerat.

32. „In ea, inquit, quam superius laudavimus, Prædecessoris nostri Clementis Patris VIII. Instructione, Tit. de correctione libror. §. 2. sapientissime cautum legitur, ut qua fama proximorum, et præsertim Ecclesiasticorum, et Principum, detrahunt, bonisque moribus, et christiana disciplina sunt contraria, expungantur. Et Paulo postea Facetas etiam, aut diceria, in perniciem, aut præiudicium fama, et existimationis aliorum jactata, repudiatur... Qui veritatis studium, et purioris doctrinæ zelum, quo suarum scriptionum mordacitatem excusent, obtendere solent, il primam intelligant, non minorem habendam veritatis, quam evangelicæ mansuetudinæ, et christianæ charitatis rationem. Caritas autem de corde puro, patiens est, benigna est, non irritatur, non æmulatur, non agit perperam, utque addit Augustinus lib. contra Litteras Petilianæ capite 29. n. 31. sine superbia de veritate præsumit, sine scissura pro veritate certat. Hac magnus ille non veritatis minus, quam charitatis Doctor, et scriptor, et opere præmonstravit. Nam in suis adversus Manichæos, Pelagianos, Donatistas, aliosque tam sibi, quam Ecclesie adversantes, assiduis conflictationibus, id semper diligentissime cavet, ne quempiam eorum injurijs, aut convicijs laderet, atque exasperaret. Qui secus scribendo, vel disputando fecerit, is profecto nec veritatem sibi præcipue cordi esse, nec charitatem sociari se ostendit... Quomobrem firmiter, ratumque sit omnibus, qui adversus aliorum sententias, scribunt, ac disputant id, quod graviter, ac sapienter à Ven. Servo Dei Prædecessore nostro Innocentio Papa XI. præscriptum est in Decreto edito die 2. Martij anni 1679. Tandem, inquit, ut ab injurijs contentionibus Doctores, seu Scholastici, aut alij quicumque in posterum abstant, ut paci, et charitati consulatur, idem Sanctissimus in virtute sancte obedientie eis præcipit, ut tam in libris imprimendis, ac manuscriptis, quam in libris, ac prædicationibus, cavent ab omni censura, et nota, necnon à quibuscumque convicijs contra eas propositiones que adducunt inter Catholicos controversantur, donec à Sancta Sede recepta sint, et super eis iudicium præferatur. Cohibetur itaque ea Scriptorum licentia qua, ut aiebat Augustinus lib. 12. Conf. Cap. 25. n. 34. Sententiam tuam amantes, non quia vera est, sed quia sua est, aliorum opiniones non modo improbant, sed illiberaliter etiam notant, atque traducunt. Non ferat omnino, privatas sententias, veluti certa, ac definita Ecclesie dogmata, à quopiam in libris obruditi opposita vero erroris insinulari, quo turba in Ecclesia excitantur, dissidia inter Doctores aut seruntur, aut foventur, et christianæ charitatis vincula persæpe obrumpuntur. Angelicus Scholarum Princeps, Ecclesieque Doctor S. Thomas Aquinas, dum tot conscripsit nunquam satis laudata volumina, varias necessario offendit Philosophorum, Theologorumque opiniones, quas veritate impellente, refellere debuit. Ceteras vero tanti Doctoris laudes id mirabiliter cumulat, quod Adversa-

(33) In præfatione 1. tom. c. 6. n. 2.

riorum neminem parvipendere, vellicare, aut traducere visus sit, sed omnes officiose, ac perhumaniter demereri; nam si quid durius, ambiguum, obscurumve eorum dictis subesset, id leniter, benigneque interpretando, emollicbat, atque explicabat. Si autem Religionis, ac Fidei causa postulabat, ut eorum sententiam exploraret, ac refutaret, tanta id præstabat modestia, ut non minorem ab iis dissecando, quam catholicam veritatem asserendo, laudem mereretur. Hæcenus Pontifex Summus, qui deinceps tam Thomistas, quam non Thomistas hortatur omnes, ut hæc Doctoris Angelici in scribendo moderationem, honestissimamque cum Adversarijs agendi, disputandique rationem, sibi ad æmulandum proponant.

33. Nunc autem recole, obsecro, Concina loca omnia, que hucusque produxi, aut opera illius, si vis, et vacas, tantisper evolve; stylique perpende nasum; ac illic agnosces, ipsum non semel propriam sententiam veluti inconcussa dogmata, alienam vero tamquam erroneam, ac evidenter damnatam obrudere; necnon ejus orationem perpetuis convicijs, et injurijs aspersam, qua opiniones à Sancta Sede nondum proscripitas insecatur, à pontificijs, et æquissimis hisce regulis quam maxime dissidere. Cognosces itidem, eundem Concinam neutquam fuisse imitatum Augustini, et Thomæ modestiam, moderationemque, ac propterea inmerito sanctissimos, et mitissimos Doctores istos laudare pro petulantia, ac mordaci dicendi ratione. Intelliges tandem, momenta omnia, que versute æque, ac eleganter pro mordacitate sua tuenda in Præfatione instar prologi galeati ipse collegit, in prædicta Bulla apertissime reprobari, in qua omnibus, et omnino interdicitur maledicentia. Ad me quod attinet, pontificijs jussis studiosius obedire, Sanctorum illorum exemplum ad unguem sectari, neminemque propterea modo ullo conviciari, aut laderi, summopere concupisco. Quocirca si orationem aliquam in hac diatriba offenderis, que aut obedientie Pontificum statutis jure debita, aut modestia, moderationis, christianæque charitatis, quas Sancti illi tantopere coluerunt, confinis transgredi videatur, eidem album calculum ne adjicias, sed illam potius statim deleas, oro. Imo si unum dumtaxat verbum repereris, quod aut probrosius, aut insultans, aut convicians, aut incivile, aut illiberaliter credatur, illud non tam à me dictum, quam elapsum reate deprecor, sive non ex animo, sed magis invita, ut ajunt, Minerva, prolatum, et à conciniana acrimonia extortum; abolendum tamen illud etiam est. Ac ita fore spero, quod

(34) „Et mihi dulces
„Ignoscent, si quid peccavero stultus, amici.“

(34) Horat. 1. Satyr. 3.

CAPUT. XXIX.

*Periculosa Initialistarum doctrina expenditur,
et refutatur.*

1. **M**irabere, Lector, et multum mirabere, Anti-Attritionarios, qui tamquam rutilioris, ac rigoris præcones passim traducuntur, laxæ, ac periculose doctrinæ hic insinulari. Verumtamen an jure, vel injuria id fiat, dicenda propalam detegent. Attritionarij itaque quò amoris cum gratia insolubile nexum, et cum peccato astruant omnimodam insociabilitatem, momentum istud proferunt, et urgent. Si amor charitatis, et super omnia sine gratia quiret, et cum lethali noxa in homine aliquo consistere, fieri etiam posset, quod homo ille piaculo simul, ac Dei dilectione affectus lucis usuram amitteret: et cum capitali scelere conspurcatus occumberet, supplicijs æternis incunctanter addiceretur. Quis autem crediderit, pijsimum

communiter abstinerunt; siqui autem humanitus eisdem indulgere, in hoc minime laudandi. Ipsemet Concina de S. Hieronymo loquens ait: (33) „Fateor et ipse, in eo, in quo excessit, imitandum non esse. Nam quandoque in ipsas personas invecutus est, potissimum contra Rufinum:“ Verumtamen quia Augustinum, et Thomam, duo scilicet Ecclesie lumina, imo duo fulmina belli, quod adversus errores Ecclesie ipsa perpetuo gerit, pro se etiam laudat, videndum superest, an stilo, diderij, et contumelios undequaque referto, uti est concinians, cum Adversarijs conflixerint: idque non meis, sed Ecclesie ipsius Supremi Pastoris verbis decidendum est.

31. Igitur Benedictus XIV. Romanorum Pontificum, siquis alius, Sapientissimus in Bulla incipiente: „Solicita, ac provida:“ die 9. Julij 1753. emanata, in qua leges optimas pro librorum examine, et proscriptione condidit, quomodo Sancti Doctorum illi Adversatores suos confutaverint, et nostros nos omnes impugnare debeamus, perspicue tradit. Integra Bulla hic erat exscribenda, sed ne plus aquo caput istud protrahatur, quamdam ipsius partem solum exceperam, sublongam quidem, sed evellentem prociis omnia, que pro stylo suo insultante, et caustico Concina concocerat.

32. „In ea, inquit, quam superius laudavimus, Prædecessoris nostri Clementis Patris VIII. Instructione, Tit. de correctione libror. §. 2. sapientissime cautum legitur, ut qua fama proximorum, et præsertim Ecclesiasticorum, et Principum, detrahunt, bonisque moribus, et christiana disciplina sunt contraria, expungantur. Et Paulo postea Facetas etiam, aut diceria, in perniciem, aut præiudicium fama, et existimationis aliorum iactata, repudiatur... Qui veritatis studium, et purioris doctrinæ zelum, quo suarum scriptionum mordacitatem excusent, obtendere solent, il primū intelligant, non minorem habendam veritatis, quam evangelicæ mansuetudinæ, et christianæ charitatis rationem. Caritas autem de corde puro, patiens est, benigna est, non irritatur, non æmulatur, non agit perperam, utque addit Augustinus lib. contra Litteras Petilianæ capite 29. n. 31. sine superbia de veritate præsumit, sine scissura pro veritate certat. Hac magnus ille non veritatis minus, quam charitatis Doctor, et scriptor, et opere præmonstravit. Nam in suis adversus Manichæos, Pelagianos, Donatistas, aliosque tam sibi, quam Ecclesie adversantes, assiduis conflictationibus, id semper diligentissime cavet, ne quempiam eorum injurijs, aut convicijs laderet, atque exasperaret. Qui secus scribendo, vel disputando fecerit, is profecto nec veritatem sibi præcipue cordi esse, nec charitatem sociari se ostendit... Quomobrem firmiter, ratumque sit omnibus, qui adversus aliorum sententias, scribunt, ac disputant id, quod graviter, ac sapienter à Ven. Servo Dei Prædecessore nostro Innocentio Papa XI. præscriptum est in Decreto edito die 2. Martij anni 1679. Tandem, inquit, ut ab injurijs contentionibus Doctores, seu Scholastici, aut alij quicumque in posterum abstant, ut paci, et charitati consulatur, idem Sanctissimus in virtute sancte obedientie eis præcipit, ut tam in libris imprimendis, ac manuscriptis, quam in libris, ac prædicationibus, cavent ab omni censura, et nota, necnon à quibuscumque convicijs contra eas propositiones que adducunt inter Catholicos controversantur, donec à Sancta Sede recepta sint, et super eis iudicium præferatur. Cohibetur itaque ea Scriptorum licentia qua, ut aiebat Augustinus lib. 12. Conf. Cap. 25. n. 34. Sententiam tuam amantes, non quia vera est, sed quia sua est, aliorum opiniones non modo improbant, sed illiberaliter etiam notant, atque traducunt. Non ferat omnino, privatas sententias, veluti certa, ac definita Ecclesie dogmata, à quopiam in libris obruditi opposita vero erroris insinulari, quo turba in Ecclesia excitantur, dissidia inter Doctores aut seruntur, aut foventur, et christianæ charitatis vincula persæpe obrumpuntur. Angelicus Scholarum Princeps, Ecclesieque Doctor S. Thomas Aquinas, dum tot conscripsit nunquam satis laudata volumina, varias necessario offendit Philosophorum, Theologorumque opiniones, quas veritate impellente, refellere debuit. Ceteras vero tanti Doctoris laudes id mirabiliter cumulat, quod Adversa-

(33) In præfatione 1. tom. c. 6. n. 2.

riorum neminem parvipendere, vellicare, aut traducere visus sit, sed omnes officiose, ac perhumaniter demereri; nam si quid durius, ambiguum, obscurumve eorum dictis subesset, id leniter, benigneque interpretando, emollicbat, atque explicabat. Si autem Religionis, ac Fidei causa postulabat, ut eorum sententiam exploraret, ac refutaret, tanta id præstabat modestia, ut non minorem ab iis dissecando, quam catholicam veritatem asserendo, laudem mereretur. Hæcenus Pontifex Summus, qui deinceps tam Thomistas, quam non Thomistas hortatur omnes, ut hæc Doctoris Angelici in scribendo moderationem, honestissimamque cum Adversarijs agendi, disputandique rationem, sibi ad æmulandum proponant.

33. Nunc autem recole, obsecro, Concina loca omnia, que hucusque produxi, aut opera illius, si vis, et vacas, tantisper evolve; stylique perpende nasum; ac illic agnosces, ipsum non semel propriam sententiam veluti inconcussa dogmata, alienam vero tamquam erroneam, ac evidenter damnatam obrudere; necnon ejus orationem perpetuis convicijs, et injurijs aspersam, qua opiniones à Sancta Sede nondum proscripserat insecutur, à pontificijs, et æquissimis hisce regulis quam maxime dissidere. Cognosces itidem, eundem Concina neutquam fuisse imitatum Augustini, et Thomæ modestiam, moderationemque, ac propterea inmerito sanctissimos, et mitissimos Doctores istos laudare pro petulantia, ac mordaci dicendi ratione. Intelliges tandem, momenta omnia, que versute aque, ac eleganter pro mordacitate sua tuenda in Præfatione instar proligi galeati ipse collegit, in prædicta Bulla apertissime reprobari, in qua omnibus, et omnino interdicitur maledicentia. Ad me quod attinet, pontificijs iustis studiosius obedire, Sanctorum illorum exemplum ad unguem sectari, neminemque propterea modo ullo conviciari, aut laderi, summopere concupisco. Quocirca si orationem aliquam in hac diatriba offenderis, que aut obedientie Pontificum statutis jure debita, aut modestia, moderationis, christianæque charitatis, quas Sancti illi tantopere coluerunt, confinis transgredi videatur, eidem album calculum ne adjicias, sed illam potius statim deleas, oro. Imo si unum dumtaxat verbum repereris, quod aut probrosum, aut insultans, aut convicians, aut incivile, aut illiberale credatur, illud non tam à me dictum, quam elapsum reate deprecor, sive non ex animo, sed magis invita, ut ajunt, Minerva, prolatum, et à conciniana acrimonia extortum; abolendum tamen illud etiam est. Ac ita fore spero, quod

(34) „Et mihi dulces
„Ignoscent, si quid peccavero stultus, amici.“

(34) Horat. 1. Satyr. 3.

CAPUT. XXIX.

*Periculosa Initialistarum doctrina expenditur,
et refutatur.*

1. **M**irabere, Lector, et multum mirabere, Anti-Attritionarios, qui tamquam rutilioris, ac rigoris præcones passim traducuntur, laxæ, ac periculose doctrinæ hic insinulari. Verumtamen an jure, vel injuria id fiat, dicenda propalam detegent. Attritionarij itaque quò amoris cum gratia insolubile nexum, et cum peccato astruant omnimodam insociabilitatem, momentum istud proferunt, et urgent. Si amor charitatis, et super omnia sine gratia quiret, et cum lethali noxa in homine aliquo consistere, fieri etiam posset, quod homo ille piaculo simul, ac Dei dilectione affectus lucis usuram amitteret: et cum capitali scelere conspurcatus occumberet, supplicijs æternis incunctanter addiceretur. Quis autem crediderit, pijsimum

rationum momenta, quæ ipsi Initialistæ in favorem probabiliorismi proferre solent, oportunt hæc quoque adduci poterant: ea enim sicut Probabiliorismo unice, religio Probabilissimo, quod hic periculosa, ille verò tota salutis via sit, invicte probant inhaerendum ita etiam sufficientiam amoris initialis pro extremo agone, simili, imò potiori causa deserendam; et necessitatem perfectæ dilectionis, contritionisque perfectæ propugnandam, optimè convincerent; sed silentio ea involvere, ne multus, et prope infinitus sim, æquum duxi.

16. Verumtamen quæ in suæ responsionis tutamentum Initialistæ exhibent, aüsulta-re, necesse est, ne contra inauditam partem sententiam hæc ferri exoptulent. Dicunt ergo, Ecclesiam, et pro catechumens, qui sine Baptismo, et pro penitentibus, qui sine Penitentia Sacramento decedunt, orare, atque ita fieri Concilia aliqua jusisse; cum autem pro damnato non sit orandum, illos salutem suam obtinere posse, ajunt: et cum Sacramento non suscipiant, amore initiali cum Sacramenti voto eos in hora mortis justificari, contendunt. Atverò quomodo hinc crui initialis amor valeat, nullatenus percipio; siquidem, deficiente Sacramentorum auxilio, remissionis gratiam nemo vinciscitur, nisi perfectè diligit, et conteratur, Tridentinum quippe, cujus verba capite primo dedi, haud quidem amorem initialem, sed contritionem charitate perfectam hominem Deo reconciliare, priusquam Sacramentum actu suscipiatur, dicit. Quapropter catechumeni ante fluminis baptismum, baptismo fluminis, quod in perfectâ dilectione, et contritione est, unice justificari possunt: respicientes item peccatores jam baptizati, si Sacramentum Penitentia suscipere actu nequeant, per contritionem charitate perfectam Deo reconciliandi. Igitur cum et penitentes, et catechumeni sic justificari ante obitum valeant, salvari quoque possunt absque dubio, et idcirco Ecclesia pro eis Deum merito orat, ut si in Purgatorio existant, inde illos eripiat. Ast eorum justificatio, haud initiali quidem, sed perfectam potius dilectionem, et contritionem eos è vita migrantes habuisse, indicat.

17. Dicunt etiam, votum Sacramenti, dum prave hoc non spernitur, sed necessitate excluditur, eundem effectum, ac Sacramentum ipsum, hoc est remissionem peccatorum operari; idque ex Augustino probare adhibunt dicente: (11) „Tunc impletur invisibiliter, cum ministerium Baptismi non contemptus Religionis, sed articulus necessitatis, et non contemptus exclusit ardenti desiderio inflammetur, remissionis gratia moriens donabitur. Verumtamenvero Sacramenti votum solummodo remissionem operatur, dum contritioni charitate perfectæ adjungitur. Contritionem hanc Deus non supplet, licet ministerium visibile, seu Sacramentum ipsum quandoque suppleat: et hoc insinuat S. Doctor inquitens: (12) „Complente Deo... quod non ex voluntate defuisset.“ Deus itaque que supplere dicendus est, id quod articulus necessitatis excludit, uti est receptio ipsa Sacramenti, cum deest minister, qui illud conferat: secus vero id, quod ex penitentis voluntate deficit: opus autem contritionis charitate perfectæ, si abest, non necessitate, sed voluntate, quæ illud poterat adhibere, abest: et idcirco à Deo non suppletur. Quibus addiderim, Deum supplere quidem multoties id, quod in justificatione exterius est, nempe Sacramentis ministerium, non autem interiorem animi preparationem: unde nec attritionem juxta Attritionistas, nec initiali dilectionem juxta Initialistas supplet unquam, quia utraque ad internam spectat dispositionem: et ideo neque sine attritione secundum illos, neque sine dilectione secundum istos tempore ullo justificatur impius adultus. Nihil ergo secus contritio charitatis dono perfectâ preparatio interior est ad justificationem extra Sacramentum necessaria: et ideo dum Sacramentum necessitate excluditur, à Deo minime suppletur, ob idque si illa deficit, justificatio etiam deficit.

18. Hæc insuper ex D. Bernardi libro meditationum capite nono (tertium laudat) verba producit Frater meus: (13) „Si forte peccator vere poeniteat, sed incurante necessitatis articulo, ad Confessionem pervenire non possit, confederare credere debemus, quod Summus Sacerdos complet in eo, quod mortalis non potuit.“ Vult autem ipse

(11) L. 4. de Bapt. contra Donat. cap. 22.

(12) Ibi cap. 25.

(13) La flor del Moral tom. 1. tr. 6. cap. 4. 5. 6. n. 3.

quod verba hæc de imperfecta poenitentia intelligantur, ea nimirum, quæ remissa contritione, ac initiali constat amore: nam cum perfectâ dilectio, et contritio perfectâ Sacramenti voto adjunctæ semper impium justificent, inepte id in mortis articulo eisdem specialius attribueretur: ac propterea his deficientibus, modo illæ adsint, peccator decedens justus fiet. Ceterum venia fratris et natu, et litteris majoris asseveraverim, Melliflui Doctoris testimonium haud recte ad contritionem remissam, et initiali detorqueri, ita nimirum, quod actus hujusmodi, qui ad salutem obtinendam ex sese non sufficient, decedentem impium ex ejus mente justificent, Sacerdote Summo complente id, quod ipsis deficit: non enim defectum hunc, sed confessionem à Deo completi, aut suppleri docet, quam peccator poenitens in hora vitæ supræma exoptat quidem, et non facit, quia Sacerdos, qui eam excipiat, non adest. Hanc ejus esse sententiam, et allata, et quæ contextu addit, verba patefaciunt, nempe: „Et jam apud Deum factum constat, quod homo quidem verè voluit, sed non valuit adimplere: quia confessionem non contempserit excludit, sed impeditur necessitas.“ Integram peccatorum confessionem adhibere tenetur in articulo mortis peccator poenitens, ut justus fiat; sed si eam vult, et non potest facere, indulget Dominus, ut absque illa justificetur, quia ut inquit S. Augustinus: (14) „Quidvis, et non potes, factum Deus computat:“ at si confiteri valet, et non confitetur, nequaquam gratiam obtinet: unde similiter cum perfectam dilectionem, ac contritionem perfectam habere tum etiam adigatur, et valeat, si eas non habet, minime justificabitur. Exinde fit, quod peccatoris justificatio in postremo agone peracta specialius valeat attribui dilectioni, et contritioni perfectis, idcirco quod istæ, etsi semper justificent, specialem tunc habent, si Sacerdos absit, justificandi rationem, nimirum absque onere confessionis efficiendæ; aliis enim temporibus justificant revera impium, hæc tamen ligatus manet, peccata sua sacerdoti postmodum confiteri; quod si non præstiterit, peccat iteram, et gratiam, quam adeptus fuerat, deperdit. Et brevis: peccator jamjam decessurus, dilectionem, contritionem, et confessionem perficere jubetur; sed si abfuerit sacerdos, illum contritio, et dilectio, Deo id misericorditer volente, justificat ut si in confessione.

19. Frater tamen addit: „Confessio contritionem perficit:“ (verba sunt Catechismi Romani) confessione itaque deficiente, Sacerdos Summus perficit similiter contritionem, charitatemque hominis, qui in articulo mortis constitutus confiteri peccata sua exoptat, et non potest; ut ita verum sit Summum Sacerdotem mortalis vices supplere, sive eundem præbere effectum, quem Sacerdos humanus, audita confessione, Sacramentali imperit absolute: ac propterea contritio, et dilectio, etsi initiales, imperfectæ, seu non justificantes sint, Sacerdotis Summi beneficio ita perficiuntur, ut morientem impium justificent. Attamen Sacerdos Summus, ut mox dixi, supplet quidem, dum moribundus recte alloquin ad gratiam disponitur, quod articulus necessitatis excludit, nempe ministerium sacerdotale, seu Sacerdotis absolutionem; et ideo licet ista deficiat, moribundus in tuto erit: atverò quod ex voluntate deesse potest, uti est actus contritionis charitate perfectus, et ad justificationem extra Sacramentum desideratus, nullatenus suppletur à Deo, et ideo actu hoc deficiente, non satis ad gratiam aptatur homo ille: imò legis divinæ transgressor efficitur, contritionem perfectam eidem tunc, ut opinor, præcipientis, et idcirco indignus magis Dei gratia constituitur. Præterea confessio contritionem perficit, quoniam homini, qui contritione imperfecta, hoc est attritione percitus constituit sacramentaliter peccata sua, gratiam, charitatem, ac poenitentiam præbet, quibus perfectam efficit contritionem; et ideo hac confessione deficiente, gratiam, et dona cetera non obtinebit poenitens, nisi confessionis loco contritionem habeat perfectam.

20. Docet ipse etiam, argumenti casum, nempe quod peccator amans Deum initialiter et super omnia moriatur, et damnatur, quamquam absolute possibilem, impossibilem revera esse, attenta suavitate, et benignitate Divinæ Providentiæ, quæ neutiquam permitteret, hominem, qui Dei auxilio adjutus ipsum amat super omnia, quamvis non ea

(14) In Psalm. 57. n. 4.

dicere, amore initiali, et imperfecto: hunc igitur, et non alterum jubere ac propterea perfectum amorem nobis præceptum esse, non est censendum: sicut quia lex ipsa dilectione remissa astatim custoditur, dilectionem intensam præcipere, minime existimatur. Vide caput XII. n. 7.

13. In hac etiam parte saniores Ethicæ tradunt Probabilistæ: siquidem præceptum dilectionis omnes in extrema hora ligare communiter docent; et amor, quem pro illius custodia exigunt, perfectus est, quia amorem initialem ipsi ut plurimum non agnoscunt. Hæc illorum sententia Dei verbo apprime consonat, quod non initialem quidem, sed perfectum amorem nobis injungere videtur; quoniam actus præceptus, seu (5) „Fis „nis præcepti est charitas de corde puro et conscientia bona, et fide non ficta:“ initialis autem amor utpote ab nomine noxa infecto progrediens, non de corde puro, sed impuro, non de conscientia bona, sed mala, necnon de fide ficta, seu mortua foret. Deinde ipsa lex nobis præcipit, Deum amare ex toto corde, ex tota anima, ex totis viribus: hoc autem, non imperfectum, sed perfectum amorem sonare videtur. Præterea (6) „Vos amici mei estis, ait Dominus, si feceritis, quæ ego præcipio vobis:“ potissimum Dei præceptum illud est: „Diliges Dominum Deum tuum:“ et qui ipsum custodit, alia non frangit, quia plenitudo legis est dilectio: actus itaque quo illud adimplemus, Dei ipsius amicitiam secum in nobis habet, et ideo perfectus amor est, non initialis, hic enim cum Dei inimicitia, seu peccato jungitur. Insuper (7) „Qui „autem servat verbum ejus, vere in hoc charitas Dei perfecta est:“ in eo igitur, qui verbum Dei præcipuum, nempe dilectionis mandatum servat, charitas quamvis non semper intense, gratia saltem consortio perfecta invenitur: neutro autem ex his modo perfecta charitas in amante initialiter esset, quia initialis amor remissus foret, et non gratia, sed peccati haberet societatem, vel eam non refugeret, et ideo ad servandum verbum Dei illud, idoneus non videret. Ad hoc, virtutum opera, quæ nobis injunguntur, homines justificandi, ac in æternam vitam perducendi vi solummodo potiuntur, cum Dei gratia, et charitate informata sunt: cum autem initialis amor, utpote dispositio antecedens, gratia, et charitatis consortio caret, illiusmodi vi orbatus quoque foret omnino, ac propterea nec in mortis articulo hominem salvum faceret. (8) „Præcepta legis, ait D. Thomas, non qualitercumque observata in vitam „æternam inducunt; sed solum secundum quod opera, quæ præcipiuntur, charitate in- „formata sunt, secundum quod cadunt sub intentione legislatoris: et hoc modo pla- „num est, quod sine gratia servari nonpossunt:“ Amor itaque à Deo jussus, quo prima lex impletur, si juxta ipsius Dei intentionem fiat, gratia, et charitate informatur, ac propterea justificans est: unde si horum donorum informatione careat, uti initialis careret, nec ex intentione Dei, neque justificans diceretur. Ipsa justificatio peccatoris opus Dei est, juxta illud: (9) „Credenti in eum, qui justificat impiam:“ Deus in nobis ad id cooperantibus justificationem efficit: et ideo nullum opus justificandi vim habebit, nisi fiat secundum intentionem ipsius Dei justificantis; si autem hoc passio fiat, charitatis, et gratia habet informationem: ac propterea amor justificans non initialis, et imperfectus, sed perfectus, hoc est, gratia, et charitate informatus esse debet. Ipsemet Doctor Angelicus inquit: (10) „Ad multa tenetur ho- „mo, ad quæ non potest sine gratia reparante, sicut ad diligendum Deum, et pro- „ximum, et similiter ad credendam articulos fidei; sed tamen hoc potest cum auxi- „lio gratia: quod quidem auxilium, quibuscumque divinitus datur, misericorditer da- „tur; quibus autem non datur, ex justitia non datur in poenam præcedentis, aut sal- „tem originalis peccati, ut Augustinus dicit. Igitur ad actum credendi, qui in- „formis esse valet, sufficit auxilium gratia: sed ad actum diligendi, qui nobis injungitur, gratia ipsa reparans, seu sanctificans opus est: et ideo dilectio jussa nunquam est informis, sicut foret initialis, sed reparante, seu sanctificante gratia semper debet in-

(5) 1. Tim. 1. 5.

(7) 1. Epist. ead. 1. 5.

(8) Rom. 4. 5.

(6) Joan. 14. 24.

(8) 1. Sent. d. 28. q. 1. 2. 3. ad. 1.

(10) 2. 2. q. 2. 2. f. ad. 1.

formari. Et hoc cum alijs ejusdem Præceptoris Angelici doctrinis capite XIV. productis mire congruit. Profecto si initialis amor sufficeret ad primam legem custodiendam, operandamque decedentium sine Sacramento justificationem, impius, qui in vita sua Deum nunquam dilexit, modo eum moriens, initialiter amaret, justus fieret, et salvus: ac propterea æternam vitam, quin prius illam meruisset obtineret; nam amor initialis, utpote ad gratiam prævius, et peccati socius meritorius non esset: aut agerent Theologi prope universi, quod adultus sine præcedenti merito vita ea potiuntur. Leges istæ capite XVIII. à n. 7. dicta sunt. Unde colligere ex his omnibus est, quod initialis amor non est, amor, qui à Deo nobis præcipitur, non est ante juxta intentionem Dei, non est amor, qui morientem justificare valet: et ideo periculosum valde videtur eum cuiquam pro mortis articulo consulere, vel asserere, justificare tunc impium posse. Fortasse momenta, quæ adduxit, id assertum non evincunt; dubitare tamen faciunt, utrum amor ille satis sit, ad implendam primam legem, quæ tum præsertim viget, et ad justificandum, salvandumque peccatorem morientem: hoc autem sufficere debet, ut homo in ultima hora constitutus suam salutem amori illi non committat; nemo enim ex temporis, nisi imprudens, ac temerarius sit, (qui idcirco damnari merebitur) dubia utitur medela: præcipue cum certa, ac securâ adsint remedia, neque perfectus amor, atque contritio perfecta. Denique ea omnia, quæ amoris peccato utilis possibiliter improbant, et ne actum agam prætere, ostendunt quoque dilectionem, quam in vita, et in morte à nobis exigit. Deus, et quæ peccatorem, deficiente Sacramento, qui justificare, non initialem, sed perfectam esse.

14. Hinc quoque deducere planum est, attritum etiam hominem morti proximum, etsi peccata sua Sacerdoti confiteatur, amorem perfectum, necnon perfectam contritionem efficere ultra teneri, haud quidem quia Sacramentum Pœnitentiæ id tunc prævidere exigit, vel attritio sufficiens dispositio non sit, sed quia justificari debet ante mortem; justificatio verò actus eos secum affert concomitanter: tum etiam, quoniam præcepta amoris, et contritionis per id tempus præcipue ligant: tum insuper, quia fieri potest, quod ille non sit Christianus, quod Minister similiter non sit baptizatus, sive quod licet baptizatus, sacerdotio, aut intentione absolvendi careat. Hisce casibus licet pœnitens peccata sua confiteatur vere attritus, gratiam non obtineret, quoniam Pœnitentiæ Sacramentum, cujus consortio, ac virtute justificandi vim habet attritio, omnino deficeret, et ideo ut saluti suæ diligentissime, ut æquum est, consulere conprobetur, remedia alia certa penitus, ac securâ, uti sunt perfecta contritio, et dilectio perfecta, in hora illa tenetur amplecti. Si igitur ad vitandum discrimen hoc, quod remotissimum valet censei, id præstare debet attritus homo; Initialista quoque ea ipsa remedia amplectari satius erit adstrictus fieri namque similiter poterit, quod opinio de sufficientia amoris initialis in articulo mortis cum veritate pugnet; quod amor isthic impossibilis sit, ut ajunt Attritionarij; vel quod tunc, quamquam possibilis, deficiente Sacramento, non justificet, sicut non justificat, juxta ejus assertores, extra necessitatis articulum, aut demum, quod præcepta charitatis, et pœnitentiæ eo tempore vigeant, et non initialem, sed perfectum amorem, et contritionem perfectam jubeant. Casibus istis pariter, si hujusmodi operationes perfectas non adhibeat, certissime peribit. Quinimo homo justus in postrema hora eas similiter tenetur exercere: tum quia præcepta illa tum, ut reor, ligant potissimum, et certum esse quit, ut Attritionistæ existimant, quod non imperfectas, sed perfectas operationes injungant: tum itidem, quis de sua justitia certus, ac securus esse nequit, et idonee æternæ damnationis discretioni se committat, remedia certa, et tuta, uti sunt perfectus amor, et contritio perfecta, adhibenda ab eo sunt, et si in peccatis sit, remittentur ei.

15. Exhibita hucusque fundamur, nec tutum, nec certum esse Adversantium responsum supradictum, satis indicant, et ideo nullatenus eidem adherendum; siquidem doctrinam quæ nec certa, nec tuta apparet, moribundis præscribere, meretricem sapere videtur: tuncque enim præcipue tutior est pars eligenda, ac propterea securam salutis nanciscendæ viam relinquere, et incertam, ac dubiam ingredi, quando aberratio quavis æternam damnationem irremediabiliter valet inferre, summa erit demerita. Plura insuper

Dominum, cuius misericordiz non est numerus, et bonitatis infinitus est thesaurus, hominem qui eum benevole, et ex charitate amat, aeternaliter damnaturum? Quis dicere audebit, Patrem misericordiarum, ac Deum totius consolationis, qui perditissimos, et sceleratissimos mortalium, a quibus gravissimis lacessitur iniurijs, adpenitentiam plerumque vocat, virum illum, qui de flagitijs suis dolet intime, atque eum nedum iudicem timet, sed patrem etiam amat super omnia, desertum, sempiternisq; incendijs traditum ire? Quis sibi persuaserit, eum, qui Dominum suum amabilius diligens occumbit, neutiquam accepturum coronam vitæ, quam repromisit Deus diligentibus se? Incredibilis omnino, ac Deo ipsi injuria res hæc videtur: et ideo dilectionem Dei super omnia absque gratia, et cum peccato esse nequire, asserendum ab omnibus, illi dicantur.

2. Initialistæ vero, hominem illum salutem aeternam consecuturum asserunt, quia amor initialis cum voto, et ardenti desiderio suscipiendi Sacramentum Penitentiz, satis est, inquirunt, ut attritus homo jamjam animam agens, Sacerdote, qui eum absolvat, deficiente, iustificetur, et salvus fiat. Sic Natalis Alexander, juvenis, Drowenus, Lupus, Bertus, alique ejusmodi, hoc est, egregij nominis Theologi, quibus novissime subscripsit Magister Franciscus Belza, quem magni semper feci, non solum ob doctrinæ laudem, puriorisque Theologiæ promovendæ ardorem, verumetiam quia frater meus charissimus fuit; et idcirco haud quidem sine animi sensu in Adversantium agmine illum conspicio, raro enim diversa sentire videbamur, sed unus, et idem opinandi modus utriusque ut plurimum erat, ita ut nunc dicere possem:

- (1) „ Hæc in re scilicet una
 „ Multum dissimiles, ad cetera pene gemelli,
 „ Fraternalis animis, quidquid negat alter, et alter:
 „ Annuimus pariter.“

Verumtamen cum amor fraternus veritatis amori cedere debeat, in controversia hæc nedum ab illo digredi, sed et cum eo pro veritate congruere, non ambigam, ut mox patebit.

3. Supradicta Initialistarum responsio periculosa admodum videtur, et homines ut aeterna morte mullentur, committere; siquidem amor initialis Sacramenti societate destitutus, anceps nimis, et incerta ad justificationem dispositio est: incertam autem, et ancipitem preparationem hominibus pro articulo mortis uti sufficientem prescribere, nedum periculosum, sed impium quoque, ac temerarium est; in illa quippe terribili, et super omnia formidanda hora omnimodis quispiam salutem suam debet consulere, ac missis hominum opinionationibus, quæ eum, si pereat, minime liberabunt, ea media, aut remedia seligere, quæ ad illam obtinendam certa sint, atque secunda. Hujusmodi autem amor initialis cum peccato unibilis nequiquam est; quia Theologi innumeri, nimirum Attritionarij omnes eum reantur impossibilem; et hoc satis est, ut de ejus securitate, ac sufficientia, non solum illi, sed Initialistæ etiam pro illa præsertim hora, dubitare deberent: isti namque propterea quod attritionis sufficientiam concorditer inficiuntur, attritionem ipsam nec certam, nec tutam ad Sacramentum esse sine amore dispositionem dicunt: cum ergo Attritionistæ initialis amoris non solum sufficientiam, sed et possibilitatem vicissim negitent, cum nec certum, nec tutam ad salutem independendam remedium Initialistæ ipsi noscant, oportet, ut argumento suo renuntient. Si attritio, cujus possibilitatem, et existentiam omnes norunt, insufficientis, ut illi existimant, et minime secunda extra mortis articulum dicenda est dispositio, æquomodo in illo secunda, et sufficiens erit dilectio initialis, quam dimidia saltem Theologorum pars, nimirum integra Attritionistarum manus, impossibilem dicit? Attritio juxta ipsos Initialistas numquam sufficit in Sacramento ad justificationem, et sufficit hora mortis initialis amor sine Sacramento? Numquid amor iste præstantior,

(1) Horat. l. 1. Epist. 10. ad Fuscum Aristium.

atque potentior est attritione una cum Sacramento? Meminerit, qui hoc dicere ausit, Sacramentum agere virtute passionis Christi.

4. Fatentur Adversarij, initialem suam amorem extra necessitatis casum non sufficere sine Sacramento ad justificationem, et sufficit nihilominus absque illo in mortis articulo? Quis tunc illi præbet sufficientiam, quam ex se non habet? Sacramentum abest, mors imminet: a quo ergo sufficiens, et potens redditur? A presentia mortis? A Sacramenti absentia? Attritio suapte natura ad gratiam dispositio est, quamquam remota, et insufficientis; hoc omnes confitentur, et merito, quia idipsum docet Tridentinum: attritioni tamen Sacramentum Penitentiz, in quo meritum, et virtus passionis Christi operantur, sufficientiam, propinquitatemque, ut Initialistæ contendunt, tribuere non potest: et initialis amor, qui data ejus possibilitate, de qua disceptatur adhuc, insufficientis pariter, ac remota dispositio ex se foret, absque Sacramenti auxilio, et consortio proxima, et sufficiens fiet in hora mortis? Quid tunc occurrit virtute, et merito Christi potentius? Quid Sacramento efficacius? Vis illa, quæcumque sit, si remotam, et insufficientem, imo si dubiam, et incertam preparationem efficit certam, sufficientem, et proximam, attritioni satius, quæ certissima, ac indubitata est dispositio, proximitatem, sufficientiamque donabit; atque idcirco attritio in articulo mortis, etiamsi Sacramentum desit, proxima ad gratiam, ac sufficiens erit preparatio: cum autem id asseri nequeat, neque vim aliquam, quæ amori initiali in præparatio hora sufficientiam præbeat, esse crediderim: et ideo amor ipse minime tum certa, et secunda mihi est dispositio.

5. Justificationis nostræ opus in morte, non quidem facilius, sed difficilior longe censendum est: fatentur quippe omnes majore tunc diligentia, ac sollicitudine unumquemque suæ salutis satagere obstringi, quia majus ejus id temporis amittendæ discrimen, fortiores inimicorum insidiz, aberrationes sine remedio; in vita namque si quis a via salutis exorbitet, ad eam iterum redire valet; atvero semitam illam, qui moriens perdidit, numquam inveniet: et ideo nec latum unguem ab ea discedendum, atque his doctrinis inharendum unice, quæ pericula cuncta submoveant. Saluberrimum autem consilium istud, quod prudentiæ statutis congruentissimum est, evertere videtur memorata Adversatorum responsio, siquidem amor initialis sine Sacramento re accepto gratiam non confert extra mortis, aut necessitatis articulum; quapropter si in hora vitæ ultima absque Sacramenti consortio salutem homini præbet, facilius in morte, quam in vita justificatio erit; proptereaque minori cura, minori studio, minori labore homo morti proximus, quam sanus, et ab ea distans Dei gratiam obtinebit. Quis autem hoc verum dixerit? Quis tutum crediderit? Nec ipsos Initialistas, si doctrinam suam attentius inspiciant, omnimodam in ea securitatem, quæ in supremo spiritu cunctis est quam maxime necessaria, comperturos arbitror.

6. Anti-Attritionarius, qui ipsa decessionis suæ hora, propria, ac gregalium suorum doctrinæ fretus, initialiter Deum amare conaretur, in ancipiti suam salutem collocaret, negligenter enim certiora, ac tutiora media alia, quæ nobis suppetunt ad justificationem, et peccatores omnes, deficiente Sacramento, adhibere debent, uti sunt amor perfectus, et perfecta contritio. Operationes istæ in omnium sententia certissimæ, ac tutissimæ ad gratiam dispositiones sunt, quia gratiæ ipsius semper habent consortium: ast initialis amor non ita, quia cum peccato esse posset, et ideo ambiguum valde, vel saltem præfatis aëlibus incertius esset remedium: ob idque Anti-Attritionarius ille, sicut et quisvis alius penitens morti propinquus, anorem illum, necnon suam, suorumque collegarum doctrinam negligens, amorem perfectum, et perfectam contritionem habere studeat, si salvus fieri vult: quod si secus fecerit, in extremam se projicit discrimen, agit enim aperte contra prudentissimam, ac tutissimam regulam illam Patrum: „Tene certum, relinque incertum:“ quæ tunc potissimum viget, et urget, estque ab omnibus servanda.

7. Enimvero neque amorem perfectum, neque perfectam contritionem ad salutem desiderari, Adversantium indigitat responsum; quæ quæ namque ad illam obtinendam ne-

perfectiōne, ac intensiōne, quæ ad justificatiōnem desiderantur, et Sacramentum insuper recipere ardentem optat, supremum diem obire, quin prius ulteriora suscipiat auxilia, quibus dilectionem perfectam, et cum gratia sanctificante inseparabiliter connexam eliciat, quia „ Facienti, quod est in se viribus gratiæ Deus non denegat ulteriorem gratiam.“

21. Ast aridire hoc cunctis nequaquam potest, quoniam licet non solvere, sed declinare videtur; quis enim ambigere umquam valebit, hominem, qui amore perfectus, seu cum gratia indivulsi connexo ornatus decedat, et justificatiōnem habere, et præmium obtentum ire cælestis? Quandoquidem peccata gratia pelluntur, et gloriam perfectus meretur amor. Haud itaque de huiusmodi, sed de eo, qui noxa adhuc contaminatus, imperfecte, seu initialiter ante justificatiōnem Deum amaret super omnia, res est, san scilicet, si tunc obiret, damnaretur? Possibile id esse absolute Initialistæ ipsi ut plurimum inficiantur, et maxime sicut et Attritionarij perhorrescunt, et ideo casus huius quominus possibilitatem fateantur, amorem initialem, cum Sacramenti voto morientem justificare impium, illi commentum sunt: quorum partes cum suis Augustinensibus amplecti prius, ac postmodum deserere, dum amorem perfectum, et cum gratia inseparabiliter connexam ad mortis impij justificatiōnem efflagitat, memoratus videtur Frater meus.

22. Atverò prævius amor ita perfectus, ut cum sanctificanti gratia necatur individuum, impossibilis mihi est, et in peccatore moriente minime, ut reor, valet repetiri; tum quia amor adeo perfectus, iuxta Initialistas ipsos, exortiri debet à gratia, et charitate, ac propterea neque prævius est, sed concomitans, neque in homine illo, utpote culpa mortali infesto, esse potest: tum etiam quoniam opera nostra extra Sacramentum, et ante justificatiōnem facta nequiquam cum gratia nequuntur infallibiliter, sicut capite XX. asserui. Perfecto si prævius amor ea quit perfectiōne donari, ut cum gratia nexum habeat insolubilem, de alijs item dispositionibus prævijs idipsum poterit affirmari, ac de attritione præpimis, quæ certior amore illo ad gratiam est præparatio; attritio namque disponit in omnium sententia, amor verò ille in opinione dantaxat Initialistarum: quocirca attritio ita poterit intendi, ac perfici, ut cum gratia, sicut dicitur de amore, connexionem habeat infallibilem; ac propterea non semper remota extra Sacramentum, sed aliquando proxima etiam erit dispositio; etenim præparatio, quæ cum forma unitur inseparabiliter, proxima est, et non remota: cum verò Theologi, et unionem infallibilem cum gratia, et præparandi proxime officium extra Sacramentum attritioni iure denegent, amori prævio similiter abjudicent, æquum erit.

23. Insuper initialis amor nedum in articulo mortis, sed ante ipsum quoque quovis vitæ nostræ momento homini mortali scelere consperso inesse quæ, iuxta ejus defensores, à quibus in hoc non discordat Frater meus: unde si homo initialiter Deum amans, attenta suavitate, et benignitate Divinæ Providentiæ, mori et damnari non potest, amor initialis præsentissimum adversus temporalem, et æternam mortem erit remedium; atque ob id peccator non solum dum graviter agrotat, sed etiam dum sanus est, licet magnis criminibus sordescat, modo initialiter Deum amet, vel saltem dum ita eum diligit, ab utraque illa morte immunis, ac liber erit. Hoc autem dicere, periculosum videtur, et vitæ liberius indulgendi, etque obfirmatius adharendi, ansam hominibus præbere. Sedenim mihi persuasum est, hominem flagitio aliquo conspurcatum, et temporali, et æterna vita, quocumque tempore, quin suavis, ac benignæ providentiæ jura lædantur, privari à Deo juste posse. Deinde si is, qui imperfecte, seu initialiter Deum amat, mori non potest, usque dum nova gratia recipiat auxilia, quibus amorem suum ita perficiat, ut cum gratia indivulsi connectatur, neque ille, qui contritionem imperfectam, nempe attritionem habet, mori valebit, usque dum ulteriora percipiat de manu Dei subsidia, quibus suam similiter ita perficiat, contritionem, ut cum gratia connexionem illam habeat, siquidem „ facienti quod est in se viribus gratiæ Deus non denegat ulteriorem gratiam.“ atque idcirco attritio cum Sacramenti voto, æque ac initialis amor, adversus temporalem, et æternam mortem medicamentum erit efficax, ita nimirum, ut homo attritus; seu dum attritione percitur, hæud aliter quam initialiter amans, nec mori, nec damnari possit. Id vero valde quoque est periculosum, parem enim, aut ampliolem peccandi locum hominibus aperiret.

Nec vim attritioni quisquam hæcenus dedit, ut nos à temporali morte liberet; nec quemquam ab æterna eripiet sine Sacramento adu suscepto.

24. Incommoda huiusmodi, quæ levia, meo iudicio, non sunt, fraterna edit doctrina, quam idcirco nedum deserere; sed oppugnare etiam, necessum habui. Momentum autem, cui innititur, grave admodum non videtur; quandoquidem neque attritio hominem, neque amantem initialiter facere existimo in articulo mortis quod est in se viribus gratiæ; hisce enim uterque et perfectam contritionem, et dilectionem perfectam efficere tunc valet, et tenetur: neque id eis in hora postrema impossibile censendum; Deus quippe, qui opera illa adultis omnibus tum injungit, numquam impossibilia præcipit, sed perfecta, ut dixi capite XXII. n. 14. Vide Angelici Magistri verba supra n. 13. allata.

25. Suam nihilominus assertum duplici ipsius D. Thomæ fulcire conatur documentis; in quorum primo de puero, qui in silvis, vel inter bruta adnutrisset agens inquit (15) „ Si enim aliquis taliter nutritus, ductum naturalis rationis sequeretur in appetitu boni, et fuga mali, certissime est tenendum, quod ei Deus, vel per internam inspirationem revelaret ea, quæ sunt ad credendum necessaria, vel aliquid fidei prædicatorem ad eum dirigeret, sicut missit Petrum ad Cornelium.“ In altero de fide explicita in Christum disserens, quam omnibus necessariam dicit, hæc ait (16) „ Si aliquis instructorem non haberet, Deus ei revelaret, nisi ex sua culpa remaneret.“ Similiter ergo peccator in articulo mortis positus, si initialiter Deum amet, ulteriorem gratiam, qua perfecte eum diligit, recipiet, subindeque non damnabitur.

26. Attamen suam inter, atque Angelici Præceptoris doctrinam magnum extare discrimen, vir eruditus non vidit, quod Angelicus ipse innuit verbis illis: „ nisi ex sua culpa remaneret.“ Id quoque eo ipso loco tradit, ex quo prius desumitur testimonium, siquidem ante laudata verba inquit: „ Ad divinam providentiam pertinet, ut cuilibet provideat de necessarijs ad salutem, dummodo ex parte ejus non impediat.“ Itaque providentiæ divina homini cuius necessaria ad salutem providebit, nisi ex sua culpa remaneat, aut ex parte ejus impediatur, sicut impediret creberrime culpis nostris; peccatum enim et susceptis divinæ gratiæ donis nos privat, et indignos efficit suscipiendis. Porro puer in silvis enutritus, qui ductum naturalis rationis in appetitu boni, ac fuga mali examussim sequeretur, inculpate prorsus ea, quæ omnes scire, et credere tenetur, ignoraret; nec peccatum haberet, quo gratia, et instructiōne ad credendum necessarijs indignus redderetur, nam cum peccatum contra rationem sit, culpa vacat omni, qui naturalis rationis ductum ita insequitur: unde providentiæ divina de ejus instructiōne curaret, ac propterea vel ei revelaret interius, quæ credenda sunt, vel præceptorem aliquem, à quo de his instructeretur, ipsi præberet, sicut Cornelio, qui evangelicam legem innoxie item nesciebat, magisterium Petri, eum doceret, providit. At vero peccator, qui in articulo mortis amare initialiter Deum adniteretur, sponte, ac libere peccando, seipsum exiit Dei gratiæ, et amicitia, necnon charitate, penitentia, ceterisque donis, ac virtutibus gratiam ipsam comitantibus, quibus id temporis non solum perfecte conteri, et amare, sed gloriam insuper condigne sibi mereri, ac nascisci poterat. Unde quia omnia hæc voluntarie perdidit, et leges idcirco perfectæ dilectionis, ac contritionis perfectæ tunc maxime vigentes non servat, cruciamentis inferni jure merito, ac proinde sine præiudicio suavitatis, et benignitatis divinæ providentiæ, quæ præstantissima bona illa eidem jam olim vel contulerat, vel saltem obtulerat in Sacramentis, addidit æternam valet. Idipsum homini attrito, qui sine perfecta contritione, ac dilectione migrat ex hac vita eveniet quidem; imo et christianis omnibus, qui damnantur, contingit infelicissime, nam memorata dona, quæ eisdem antea, ut salutem æternam consequerentur, aut præbuit Deus,

M m

(15) Q. 14. de verit. 2. 11. ad. 1.

(16) 3. Sent. d. 15. q. 2. a. 2. quæstionc. 1. sol.

aut obtulit, et ipsi vel spreverunt, vel amiserunt, in ultima hora non habent, et ideo tum neque perfecte conteruntur, neque amant perfecte, et ideo misere percunt. Credi tamen potest, divinam misericordiam, quæ infinita est, aliquibus peccatoribus, quamquam non omnibus in articulo mortis gratiam conferre, qua perfecte conterantur, et diligant, ac propterea salvi fiant; eam namque ex duobus latronibus in Golgotha crucifixis uni dedit, et non alteri. Neque ii, quibus gratia tunc denegatur, conqueri ob id juste valent, siquidem ut de divino auxilio dixit D. Thomas: „ Illud „ auxilium quibuscumque divinitus datur, misericorditer datur; quibus autem non datur, ex justitia non datur, in penam precedentis, aut saltem originalis peccati.“

27. Sedenim antequam à Fratre meo discedam, dissimulare non debeo, immunem prosum ab eo vicio ipsum non esse, quod sæpius in hoc Opere Initialistis aliis obijcitur, quædam videlicet stabilendi, dum Attritionistas exagitant, quæ parum secura videntur. Timorem inferni probum certe fatetur, ac supernaturalem; sed non nulla docet, quæ pravum potius evincunt. Astruit in primis (17) quod timor est actus malus, quando jungitur voluntati peccandi, si impune liceret; et hanc, imo et amorem peccati secundum se inspicere secum, ex eo, (18) timor habet, quia nec isti opponitur, ait, nec illam excludit positive: unde colligere cuique fas est, timorem non esse bonum, et supernaturalem, sed malum, ac proinde naturalem: hoc autem simile satis est huic asserto ab Alexandro VIII. proscripto: 14. „ Timor gehennæ non est „ supernaturalis.“ Præterea voluntatis peccandi consortium si timorem inficit, inficit quoque attritionem ex illo prognatam; quod ipse ultro concedit iniquiens: (19) „ Attritio, quæ fundatur in hoc timore, mala est, et vitiosa: „ ut ergo bona sit attritio, voluntatem peccandi positive excludere debet; et ut eam ita pellat, indiget, ipso iudice, (20) amore benevolentis erga Deum: hinc porro facile quis deduceret, attritionem sine isto amore non bonam, sed malam esse, ac vitiosam: id vero ab eodem Pontifice damnatum est in hac thesi: 15. „ Attritio, quæ ex gehennæ, et penarum metu concipitur, sine dilectione benevolentis Dei propter se, non est bonus motus, ac supernaturalis.“ Sic nimis ardor Attritionismi profligandi in falsa dogmata vergit, sicut zelus intemperans Nestorianismi convellendi olim peperit Eutychanismum. Quocirca Initialistæ judicanti, pravam doctrinam ab Attritionistis tradi, haud injuria reponendum: (21) „ In quo iudicatis alterum, teipsum condemnas, eadem enim agis, quæ „ iudicatis.“ Verum de hac Initialistarum disserendi ratione iterum agam capitulo sequenti. Interim constituendum firmiter est, quod attritio, ac propterea timor itidem, cum quo illa semper invenitur, etiam absente amore benevolenti, actus boni sunt; atque ideo secum nihil habent voluntatem peccandi, et amorem peccati secundum se, alioquin horum societate, ex ejus sententia, polluerentur, ac mali fierent. Quin et conficiendum ulterius, attritionem, et timorem præviæ adhibere, satis esse ad Sacramentum: hoc namque ob id potissimum ab eo pernegatur, quod existimet, actus eos, dum amor benevolens abest, secum voluntatem peccandi, et peccati amorem habere, ab ipsisque maculari.

(17) Tr. 20. cap. 4. num. 19.

(18) Ibi num. 2.

(19) Tr. 6. cap. 4. §. 4. num. 6. 7.

(20) Ibi num. 7.

(21) Rom. 2. 1.

DIRECCIÓN GENERAL



R. P. Renati Hyacinti Drown argutationes quædam perpenduntur, quæ parum tutæ videntur.

1. Initialistarum sententiam censura ulla perstringere, Pontificia oracula interdicunt: ipsi tamen, ut eam constabillant, momenta quædam afferre solent, quæ illibata prorsus nequam apparent; imo Bajanismum, Quesnellismum, aliosque errores nonnihil ipsa redolere, supra jam ostensum est. Ii profecto, qui clariore inter eos nomine potiuntur, à nævo hujusmodi immunes omnino non sunt; ob idque eorum sententia quamvis non proscripta, suspecta satis mihi visa est: qui namque tutum crediderim sensum illud, quod periculoso innititur fundamento? Qui securum placitum, quod celebrioris ejus patroni similibus doctrinæ proscriptæ opinamenti fulciunt? Ut autem innoxiam esse, et absque ulla temeritate suspensionem meam ostenderem, nobiliores Initialistas ipsos erat percutendum; sed quoniam proluxa nimis, ac plurimi negotij res ista foret, et periculosa Initialistarum asserta aliqua jam supra notata sunt, unum Drownem Doctorem Sorbonicum eorum omnium facile principem examinandum nunc elegi qui quidem controversiam hanc uberriam eruditionis copia lucubravit, et universa, quæ Initialistico systemati propitia ratus est, ita congressit ut contra Attritionistas armamentarium quiddam omni telorum, seu argumentorum genere refertum eo consilio instruxisse censi valeat, ut dum Initialista quisque in arenam cum eis congressurus descendere velit, arma omnia, quæ ad id exoptaverit, in illo inveniat parata: quocirca auctores, qui post illum pro amore Initiali dimicant, plura et præcipua momenta inde sumpsisse non ambigo. Ceterum nonnulla ipsiusmet argumenta haud obscure produunt, quod mox dicebam, nempe Initialistarum opinionem Interdictis armis propugnari, idque expendendum est in præsentiarum.

2. Verantamen doctrina Ecclesie, cui ille refragari videtur, in antecessum exhibenda est. Tridentina Synodus hæc de inferni timore, ac de attritione, quæ ex illo nascitur, statuit: (1) „ Si quis dixerit, gehennæ metum, per quem ad misericordiam „ Dei, de peccatis dolendo confugimus, vel à peccando abstinemus, peccatum esse, „ aut peccatores peiores facere, anathema sit... (2) Siquis dixerit... illam (contritio- „ nem imperfectam, seu attritionem) esse dolorem coactum, et non liberum; ac vo- „ luntarium: anathema sit.“ Et nedum liberi, ac non coacti, sed etiam boni, atque supernaturales motus sunt metus gehennæ, et attritio, siquidem Alexander VIII. has theses confixit: 14. „ Timor gehennæ non est supernaturalis.“ 15. „ Attritio, quæ „ ex gehennæ, et penarum metu concipitur sine dilectione benevolentis Dei propter „ se, non est bonus motus, ac supernaturalis.“ Amor concupiscentiæ ad spem attingens, quo peccator actus malum odit, bonum amat, Deo inservit, ejusque gloriam obtinere nititur, improbandus non est, quia ipsemet has quoque diris devovit: 10. „ Intentio, quæ quis detestatur malum, et prosequitur bonum, mere ut celestem obti- „ neat gloriam, non est recta, nec Deo placens. 13. Quisquis etiam æternæ mercedis „ intuitu Deo famulatur, charitate si caruerit, vicio non caret, quoties, intuitu licet „ beatitudinis, operatur.“ Charitas perfecta cum mortali culpa nondum remissa numquam consistit, quoniam S. Pius V. istam similiter reprobavit: 31. „ Charitas per- „ fecta, et sincera, quæ est ex corde puro, et conscientia bona, et fide non ficta, tam „ in Carechumenis, quam in penitentibus potest esse sine remissione peccatorum.“ Sacerdotes Christi non solum à reatu, seu obligatione ad penam, sed etiam à peccatis ipsis verè absolvunt, et liberant peccatores penitentes, dum eisdem Penitentia Sacramentum administrant, nam idem Pontifex Sanctissimus has itidem condemnavit: 54:

M m 5

(1) Sess. 6. can. 8.

(2) Sess. 14. can. 5.

aut obtulit, et ipsi vel spreverunt, vel amiserunt, in ultima hora non habent, et ideo tum neque perfecte conteruntur, neque amant perfecte, et ideo misere peccant. Credi tamen potest, divinam misericordiam, quæ infinita est, aliquibus peccatoribus, quamquam non omnibus in articulo mortis gratiam conferre, qua perfecte conterantur, et diligant, ac propterea salvi fiant; eam namque ex duobus latronibus in Golgotha crucifixis uni dedit, et non alteri. Neque ii, quibus gratia tunc denegatur, conqueri ob id juste valent, siquidem ut de divino auxilio dixit D. Thomas: „ Illud „ auxilium quibuscumque divinitus datur, misericorditer datur; quibus autem non datur, ex justitia non datur, in penam precedentis, aut saltem originalis peccati.“

27. Sedenim antequam à Fratre meo discedam, dissimulare non debeo, immunem prosum ab eo vicio ipsum non esse, quod sæpius in hoc Opere Initialistis aliis obijcitur, quædam videlicet stabilendi, dum Attritionistas exagitant, quæ parum secura videntur. Timorem inferni probum certe fatetur, ac supernaturalem; sed non nulla docet, quæ pravum potius evincunt. Astruit in primis (17) quod timor est actus malus, quando jungitur voluntati peccandi, si impune liceret; et hanc, imo et amorem peccati secundum se inspicere secum, ex eo, (18) timor habet, quia nec isti opponitur, ait, nec illam excludit positive: unde colligere cuique fas est, timorem non esse bonum, et supernaturalem, sed malum, ac proinde naturalem: hoc autem simile satis est huic asserto ab Alexandro VIII. proscripto: 14. „ Timor gehennæ non est „ supernaturalis.“ Præterea voluntatis peccandi consortium si timorem inficit, inficit quoque attritionem ex illo prognatam; quod ipse ultro concedit iniquiens: (19) „ Attritio, quæ fundatur in hoc timore, mala est, et vitiosa: „ ut ergo bona sit attritio, voluntatem peccandi positive excludere debet; et ut eam ita pellat, indiget, ipso iudice, (20) amore benevolentis erga Deum: hinc porro facile quis deduceret, attritionem sine isto amore non bonam, sed malam esse, ac vitiosam: id vero ab eodem Pontifice damnatum est in hac thesi: 15. „ Attritio, quæ ex gehennæ, et penarum metu concipitur, sine dilectione benevolentis Dei propter se, non est bonus motus, ac supernaturalis.“ Sic nimis ardor Attritionismi profligandi in falsa dogmata vergit, sicut zelus intemperans Nestorianismi convellendi olim peperit Eutychanismum. Quocirca Initialistæ judicanti, pravam doctrinam ab Attritionistis tradi, haud injuria reponendum: (21) „ In quo iudicis alterum, reipsum condemnas, eadem enim agis, quæ „ iudicis.“ Verum de hac Initialistarum disserendi ratione iterum agam capitulo sequenti. Interim constituendum firmiter est, quod attritio, ac propterea timor itidem, cum quo illa semper invenitur, etiam absente amore benevolenti, actus boni sunt; atque ideo secum nihil habent voluntatem peccandi, et amorem peccati secundum se, alioquin horum societate, ex ejus sententia, polluerentur, ac mali fierent. Quin et conficiendum ulterius, attritionem, et timorem prævie adhibere, satis esse ad Sacramentum: hoc namque ob id potissimum ab eo pernegatur, quod existimet, actus eos, dum amor benevolenti abest, secum voluntatem peccandi, et peccati amorem habere, ab ipsisque maculari.

(17) Tr. 20. cap. 4. num. 29.

(18) Ibi num. 2.

(21) Rom. 2. 1.

(19) Tr. 6. cap. 4. §. 4. num. 6. 7.

(20) Ibi num. 7.



R. P. Renati Hyacinti Drown argutationes quædam perpenduntur, quæ parum tutæ videntur.

1. Initialistarum sententiam censura ulla perstringere, Pontificia oracula interdicunt: ipsi tamen, ut eam constabillant, momenta quædam afferre solent, quæ illibata prorsus nequam apparent; imo Bajanismum, Quesnellismum, aliosque errores nonnihil ipsa redolere, supra jam ostensum est. Il profecto, qui clariore inter eos nomine potiuntur, à novo hujusmodi immunes omnino non sunt; ob idque eorum sententia quamvis non proscripta, suspecta satis mihi visa est: qui namque tutum crediderim sensum illud, quod periculoso innititur fundamento? Qui securum placitum, quod celebriores ejus patroni similibus doctrinæ proscriptæ opinamenti fulciunt? Ut autem innoxiam esse, et absque ulla temeritate suspensionem meam ostenderem, nobiliores Initialistas ipsos erat percutendum; sed quoniam proluxa nimis, ac plurimi negotij res ista foret, et periculosa Initialistarum asserta aliqua jam supra notata sunt, unum Drownem Doctorem Sorbonicum eorum omnium facile principem examinandum nunc elegi qui quidem controversiam hanc uberrius eruditionis copia lucubravit, et universa, quæ Initialistico systemati propitia ratus est, ita congressit ut contra Attritionistas armamentarium quiddam omni telorum, seu argumentorum genere refertum eo consilio instruxisse censi valeat, ut dum Initialista quisque in arenam cum eis congressurus descendere velit, arma omnia, quæ ad id exoptaverit, in illo inveniat parata: quocirca auctores, qui post illum pro amore Initiali dimicant, plura et præcipua momenta inde sumpsisse non ambigo. Ceterum nonnulla ipsiusmet argumenta haud obscure produunt, quod mox dicebam, nempe Initialistarum opinionem interdictis armis propugnari, idque expendendum est in præsentiarum.

2. Verantamen doctrina Ecclesie, cui ille refragari videtur, in antecessum exhibenda est. Tridentina Synodus hæc de inferni timore, ac de attritione, quæ ex illo nascitur, statuit: (1) „ Si quis dixerit, gehennæ metum, per quem ad misericordiam „ Dei, de peccatis dolendo confugimus, vel à peccando abstinemus, peccatum esse, „ aut peccatores peiores facere, anathema sit... (2) Siquis dixerit... illam (contritio- „ nem imperfectam, seu attritionem) esse dolorem coactum, et non liberum; ac vo- „ luntarium: anathema sit.“ Et nedum liberi, ac non coacti, sed etiam boni, atque supernaturales motus sunt metus gehennæ, et attritio, siquidem Alexander VIII. has theses confixit: 14. „ Timor gehennæ non est supernaturalis.“ 15. „ Attritio, quæ „ ex gehennæ, et penarum metu concipitur sine dilectione benevolentis Dei propter „ se, non est bonus motus, ac supernaturalis.“ Amor concupiscentiæ ad spem attingens, quo peccator actus malum odit, bonum amat, Deo inservit, ejusque gloriam obtinere nititur, improbandus non est, quia ipsemet has quoque diris devovit: 10. „ In- „ tentio, qua quis detestatur malum, et prosequitur bonum, mere ut celestem obti- „ neat gloriam, non est recta, nec Deo placens. 13. Quisquis etiam æternæ mercedis „ intuitu Deo famulatur, charitate si caruerit, vicio non caret, quoties, intuitu licet „ beatitudinis, operatur.“ Charitas perfecta cum mortali culpa nondum remissa numquam consistit, quoniam S. Pius V. istam similiter reprobavit: 31. „ Charitas per- „ fecta, et sincera, quæ est ex corde puro, et conscientia bona, et fide non ficta, tam „ in Carechumenis, quam in penitentibus potest esse sine remissione peccatorum.“ Sacerdotes Christi non solum à reatu, seu obligatione ad penam, sed etiam à peccatis ipsis verè absolvunt, et liberant peccatores penitentes, dum eisdem Penitentia Sacramentum administrant, nam idem Pontifex Sanctissimus has itidem condemnavit: 54:

M m 5

(1) Sess. 6. can. 8.

(2) Sess. 14. can. 5.

peccatum fugit, ac detestatur, malum intus amorem habet adeoque converti nisi amore mutato non poterit. Hic aperte innuit, quod, deficiente charitatis amore, de quo agit, homo nequit ob gehennæ metum de peccatis dolere, nisi peccando, quia tunc æstuat prædominante creaturæ amore, qui malus est. Innuit etiam, hujusmodi metum, et dolorem pravos esse, quia malum creaturæ amorem sibi adjunctum haberent, et ut ipse ait: (29) „Malum est, quod adjunctum habet peccatum: quia ratione asserit, timorem mundi, seu humanum natura sua esse vitiosum: unde ex ejus doctrina concludendum, præfatum dolorem, ac metum, necnon fugam, et detestationem peccati motus tunc esse natura sua vitiosos. Negat insuper, conversionem imperfectam, seu non justificantem, de qua similiter disserit, fieri posse gehennæ metu, et absque amore: Tridentinum vero, docet timorem gehennæ non esse peccatum, et per eum nos (quin amorem memoret) de peccatis dolendo ad misericordiam Dei confugere, vel à peccando abstinere. Innuit ipse demum, quod in corde hominis necesse esse existat vel amor bonus Creatoris, vel amor malus creaturæ, quia sine aliquo amore esse illud nequit, et inter amores istos alter amor medius non est. Hoc autem erroneum censet, quia in nobis, deficiente Dei amore, plerumque reperitur creaturæ amor, qui bonus sit. Unde repudiata est propositio ista à S. Pio V. 38: „Omnis amor creaturæ rationalis, aut vitiosa est cupiditas, qua mundus diligitur, quæ à Joanne præhibetur, aut laudabilis illa charitas, qua per Spiritum Sanctum in corde diffusa, Deus amatur. Hæc ab Alexandro VIII. 7. „Omnis humana actio deliberata est Dei dilectio, vel mundi si Dei, charitas Patris est: si mundi, concupiscentia carnis, hoc est mala: Et hæc à Clemente XI. 45. „Amore Dei in corde peccatorum non amplius regnante, necesse est, ut in eo carnalis regnet cupiditas, omnesque actiones ejus corruptat.“

20. Virum impium nunquam disponi satis ad justificationem, astruere quoque videtur inquis: (30) „Quandiu homo in morte spirituali jacet, putari non potest ad gratiam reconciliationis obtinendam dispositus. Qui sub anathemate est, et penis æternis obnoxius, proculdubio ad peccatorum veniam obtinendam nondum est satis dispositus. Peccator adultus usque dum sanctificantem gratiam suscipiat, in morte spirituali jacet, ac sub anathemate, et penis æternis obnoxius est: ab his enim omnibus gratiæ ipsius ope, et consortio dumtaxat liberatur: igitur ante gratiæ receptionem ad eam suscipiendam dispositus satis non est; gratia enim seipsam præcedere nequit. Cum autem gratia ista adultis non conferatur, nisi ad illam recipiendam satis ipsi parentur, ut arguens etiam supponit, fieret inde, quod peccator adultus nunquam gratiam susciperet, nunquam justificaretur. Hoc autem hæreticum est, tollit enim à medio adultorum justificationem, et etiam Penitentia Sacramentum, quod ad eam efficiendam institutum est. Incongrue vero hæc dixit, ut necessitatem astrueret amoris initialis hic namque, quod gratiæ præter, nec mortem spirituales, nec anathema, nec penis æternæ reatum auferret, ac propterea nec adultum satis ad reconciliationis gratiam, et peccatorum veniam obtinendam disponderet.

21. Eandem iterum doctrinam tradit ita arguens: (31) „Qui inimicus justitiæ est, caret dispositione necessaria ad veniam obtinendam: sed qui penæ timore non peccat, inimicus justitiæ est, nec aliter ex Augustino potest esse amicus, nisi ejus amore non peccando: Ergo, &c. Tandiu homo est à beneficio reconciliationis arcendus, quandiu injustus est, impius, et filius Diaboli: atqui juxta S. Augustinum, homo antequam eligat, et diligat Deum, est injustus, et impius, nec aliter quam dilectione, et charitate filii Dei à filiis Diaboli discernatur: Ergo, &c. Homo quandiu peccato subest, inimicus est justitiæ, injustus, impius, et filius Diaboli: caret itaque dispositione necessaria ad veniam obtinendam, et à beneficio reconciliationis arcendus est. Quando ergo dispositionem illam habebit? Quando justificabitur? Numquam certe, quia gratiam ante gratiam habere nequit; et dum gratia ca-

(29) Cap. 3. art. 2. §. 1. R. 1.

(30) C. 4. art. 2. §. 1. prob. 1.

(31) ibi prob. 3. S. Augustinus n. 4. et 7.

ret, est justitiæ inimicus, ac propterea injustus, impius, et filius Diaboli: (32) „Quisquis, ait, peccati mortalis est reus, hoc ipso inimicus est Dei, donec ei reconciliatus fuerit.“

22. Hoc etiam argumentum profert: (33) „Qui nihil est coram Deo, et cui opera, et omnia, quæ facit, quantumlibet excellentia videantur, ad justitiam nihil prosunt, non potest dici ad illam obtinendam sufficienter dispositus: atqui ex Apostolo homo, qui charitatem non habet, coram Deo nihil est, nec ei prodesse quidquam possunt opera omnia quæcumque facit. Ergo qui præter gehennæ metum ad Sacramentum Penitentia nihil affert, coram Deo nihil est, nihil prodest ei timor suus, atque adeo justificari non potest. Verumtamen certum est, quod timor, et alia opera supernaturalia, quæ ante charitatem fiunt, prosunt astatim peccatori: siquidem eum ad gratiam disponunt, et à peccato continent multoties. Apostolus autem loquitur de profectu meritorio, qui operibus illis deest quidem; sed amor initialis etiam deficeret, quoniam ab homine in peccato mortali existentem efficeretur. Quapropter si arguens loquitur de profectu dispositivo, falsa loquitur: quia opera supernaturalia, quæ charitatem præcedunt, vere disponunt. Si affatur de profectu meritorio, inepte affatur, et necessitatem amoris initialis non vincit: quandoquidem, si opera illa sufficienter non disponunt, quia meritoria non sunt, nec initialis amor sufficienter disponderet, quoniam nec ipse meritorius foret.

23. Sed arguit adhuc: (34) „Si quando debet fructus penitentia, esse bonus, tum sane præcipue cum ad Sacramentum reconciliationis acceditur: atqui ex S. Doctore (Augustino) fructus nequit esse bonus, qui de charitatis radice non surgit: Ergo qui Deum amare saltem non incipiunt, dignos penitentia fructus facere, etiam in Sacramento non possunt: Igitur adus fidei, et spei, qui charitati præeunt, ac propterea de charitatis radice non surgunt, boni non sunt. Ceterum doctrina isthæc, quæ tuta admodum censi nequit, satis impugnata est capite nono. In eo, et in aliis etiam hujus dissertationis capitibus momenta plura reperies, quæ congrue in isto producti iterum possent, et ne adum agatur, præmittuntur. Alia similiter, ne in immensum protrahatur caput istud, ejusdem Auctoris loca lubens prætereo, quæ si accurate excutiantur, correctionis egeret, etiam invenientur.

24. Memoratas argutationes omnes teu legitimum Scripturæ, ac SS. Patrum factum ille dividit: attamen cum in argutationibus ipsis doctrina aut erronea, aut errori nimis propinqua passim offendatur, hoc satis, superque fuerit, ut facile quisque conjiciat, eas à vero, et genuino Scripturæ, ac Patrum sensu toto celo aberrare, quin opus sit, eorumdem testimonia hic adducere, et explanare. Præterquamquod documenta ipsa prope cuncta, quæ affert, jam superioribus capitibus exposuit, vel ex his, quæ in illis statuit, nullo negotio exponi possunt. Unum dumtaxat nunc proferam Angelici Præceptoris locum, quia in eo negat expressissime, ait Drowenus, quemlibet charitatis actum sine Sacramento in re suscepto ad justificationem sufficere. Ecce illum:

25. (35) „Ex quo aliquis peccatum incurrit, charitas, fides, et misericordia non liberant hominem à peccato sine penitentia.“ Et addit Drowen: (36) „Unde sic argumentor: De penitentia, ut est Sacramentum, hic agere S. Thomam, titulus ipse articuli aperte declarat: (utrum hoc Sacramentum sit de necessitate salutis.) Atqui ex ejus sententia charitas aliqua est, sicut fides, et misericordia, quæ non liberant hominem à peccato sine Sacramento: Ergo ex ejus mente perperam dicitur, quemlibet charitatis actum sine Sacramento in re suscepto ad justificationem sufficere. Ceterum bona argumentatoris pace dixerim, eum haud recte nunc explicare communem Magistrum: hic enim non loquitur de Sacramento in re dumtaxat, suscepto, sed de eo in re, vel in voto accepto: agit namque de hoc Sacramento, ut nobis ad salutem

N n §

(32) art. 2. §. 2. ad. 9.

(34) ibi prob. 3. S. Augustinus n. 2.

(33) ibi §. 1. prob. 1.

(35) 3. p. q. 84. 2. §. ad. 1.

(36) art. 3. §. 2. prob. 3. n. 4.

pro eorum dispositione prava de qua res est. Dein femina illa extra Sacramentum justificata fuit; nunc autem de justificatione Sacramenti ipsius auxilio efficienda disceptatur. Quapropter exemplum istud congruum valde non est. Fateor tamen, quod penitentes à timore transire debeant ad dilectionem, sicut mulier illa: verum dilectio ista haud antecedens est, sed concomitans, sicut fuit dilectio peccatricis, neque enim Evangelium, et Augustinus asserunt, eam à timore ad dilectionem transisse aut justificationem; neque id fieri poterat, idcirco quod ejus dilectio, utpote adeo perfecta justificationem antevertere, aut sine remissione peccatorum esse nequivit. Merito itaque Concilium Tridentinum de pravis penitentium dispositionibus pertractans, non feminae hujus amorem, sed timorem Ninivitarum memorat, (11) in hoc aperte insinuans, non amorem, sed timorem ad dispositiones illas attinere. Ad hæc, testimonium, quod obijcitur, depromptum est ex Sermone 7. de tempore, qui Augustino abjudicatur, et inter suppositivos collocatur à Monachis Maurinis in Appendice n. 117; et ideo B. Præsuli attribui illud absolute, non debuit.

9. Post auctoritates D. Thomæ hanc efficit argumentationem: (12) „Penitentia est mentis reordinatio in conversione ad Deum, et aversione à peccato consistens; atqui reordinatio hæc, ex S. Thomæ, sine charitate fieri nequit: idem enim ex ipso est, charitatem habere, ac gratiam: atqui sine gratia reordinatio hæc esse non potest: ergo nec sine charitate.“ Ut ergo impius pravi appetat ad Sacramentum, (de hac enim dispositione agitur) reordinare, et convertere in Deum mentem suam debet per gratiam, et charitatem: cum vero ista à culpa ipsum liberent, absolutiorem, et vivificationem nunquam in Sacramento accipiet.

10. Post D. Thomam S. Bonaventuram adducit iniquentem: (13) „Sacramenti nemo recipit effectum, nisi charitatem habeat saltem in principio confessionis, vel in medio, vel infine: multi habent in fine, qui tamen non habent in principio: et alii se credunt habere in principio, et in fine, qui fortassis non habent: et alii non habent, nec credunt se habere: primi non incurrunnt offensam, sed acquirunt gratiam: secundi evadunt offensam, quamvis non acquirant gratiam: tertii vero non acquirunt gratiam, sed iram.“ Et addit Drowenus: (14) „Sane dispositio non est ad reconciliationem in Sacramento obtinendam sufficiens, quæ iram Dei accendit, nedum gratiam adducat: atqui ex S. Bonaventura preparatio qualibet charitate destituta iram Dei concitat, non conciliat gratiam: Ergo, &c.“ Supernaturales itaque actus fidei, spei, timoris, et doloris, qui in viris impiis ante charitatem fiunt, eosque ad gratiam disponunt, iram Dei concitant, ac proinde vera sunt peccata: quid namque Dei iram provocat, nisi peccatum? Horrendum quidem, ne darius loquar, asserunt istud est: quandoquidem Deus ipse id generis actus in nobis cooperantibus efficit: ceu auctor potissimus: numquid autem Deus quidquam in nobis sub hac ratione facit, quo ejus ira in nos concitatur? Numquid peccatum perpetrat? Numquid nos dum ad gratiam, et veniam disponit, iracundia sua, atque indignatione dignos constituit? Intolerabile etiam est, quod improbam doctrinam hanc affligere ausit Doctori Sanctissimo: equidem hic solum docet, penitentes, qui non habent, et credunt, se non habere charitatem in principio confessionis, nec in medio, nec in fine, non gratiam, sed iram invenire: hoc autem verum est, quia confessio sacramentalis rite peracta gratiam nobis affert, et charitatem, et ideo, qui non habet, et credit, se non habere charitatem in principio, nec in medio, nec in fine confessionis, credit etiam, prave se fuisse confessum; confessio autem prava gratiam non acquirit, et Dei iram meretur. Id vero quid cum charitate initiali, et pravi disponente? Nonne potius de charitate concomitante, quam ipsa sacramentalis confessio nobis præbet, eum loqui censendum est? Hoc ipsum etiam innuit astruens, satis esse, quod penitens charitatem habeat in fine confessionis, quamvis eam non habuerit in principio, etenim in

(11) Sess. 14. cap. 4.

(12) 4. Sent. d. 17. p. 1. a. 2. q. 4.

(13) Prob. 4. S. Thomæ. n. 2.

(14) ubi supra S. Bonaventura.

sine absolvitur, charitas confertur, et dilectio concomitans efficitur. Insuper eo ipso loco, quem, Drowenus laudat, ejus opinionem destruit S. Doctor: ibi enim quaerit: „An confiteri teneamur ex charitate?“ et respondet, quod neque charitatem, neque dispositionem re ad charitatem sufficientem, sed attritionem habere debet is, qui ad Penitentiam Sacramentum accedit: „Dico, quod ad Sacramentum Penitentiae non est necessitas, quod accedat habens charitatem, vel dispositionem ad charitatem sufficientem esse, quod accedat veritatem, sed sufficit secundum probabiliter. Hæc autem dispositio attritio est... Concedo ergo, quod non est necessarium, nec obligatur quis, confiteri ex charitate.“ Drowenus autem vult, quod charitatem teneatur habere, qui accedit ad Penitentiam Sacramentum. Præterea aut de charitate perfecta, aut de initiali S. Doctor affatur in hac questione: si primum, inopportune ipsius verba hæc producuntur: si secundum ad charitatem initialem, dum ad Sacramentum accedimus, non tenemur, quia necesse non est, quod quis accedat habens charitatem. Videsis Cap. X. n. 13. et Cap. XXXIII. n. 6.

11. Dilectionis pravi necessitatem sic tamen ostendere nititur: (15) „Quæ isthæc philosophandi est ratio, ut fidei, et spei actum aliquem omnino ad justificationem præmitti oportere affirmetur, interimque ab hoc tantæ molis negotio charitas velut minima necessaria excludatur? Charitas, inquam, quæ est virtus excellentissima.“ Ceterum visne, quod hæc excellentissima virtus præmitti debeat ad justificationem, sicut actus fidei, ac spei? Sane hoc nemo dicit. Dein charitas ab hoc negotio non excluditur; sed ipsum potius complete, et perficere asseveratur: ob idque non inter pravis dispositiones culpæ unitas, quæ minore idcirco, sed inter concomitantes, quæ utpote gratiæ comites, majore perfectione elucet, collocatur. Nec isthæc contemnenda est philosophandi ratio: quandoquidem optima Philosophia charitatem ipsam, quod virtutum sit excellentissima, segregare penitus debet à peccato mortali, sicut separat justitiam ab iniquitate, lucem à tenebris, Christum à Belial. „Charitas, pergit ille, ita, Scriptura judice, nec cessaria, ut qui ea caruerit, in morte manere, necesse sit: charitas, sine qua ne martyrium quidem, Apostolo confirmante, prodesse potest, charitas, cui soli Christus peccatricis mulieris justificationem attribuit: charitas, quæ ceterarum est forma virtutum; et sine qua non potest ulla esse vera virtus, ut S. Thomas consentaneus Sanctis Doctoribus, præsertim verò Augustino, discrete docet: charitas, quæ sola operit multitudinem peccatorum, quæ sola contra peccatum, et ejus perpetrandi voluntatem, directè pugnat.“ Verum charitas ista perfecta utique formata, et justificans est. Aut ergo hæc omnia incongrue in hac controversia dicuntur, aut deducendum ex illis, charitatem perfectam pravi esse necessariam ad recipiendum Penitentiam Sacramentum.

12. De amore concupiscentiæ hæc habet: (16) „Amore concupiscentiæ homo Deum non quia in se bonum, sed quia sibi bonum quaerit: quo fit, ut præpostè ordine semetipsum pro fine ultimo habeat, et Deo tamquam medio uti velit.“ Ordo hic præposterus grave peccatum est: unde concupiscentiæ amor, si hominem uti finem ultimum aspedat lethalis etiam erit culpa: ac propterea exitalia quoque erunt crimina actus omnes, quos impius amore illo perditus efficit, ut se, ad gratiam appetat, hoc est, actus fidei, spei, timoris, et doloris. Imò actus, quo quis Deo perfrui desiderat, scelus item erit, quoniam ad concupiscentiæ spêdat amorem: (17) „Hoc quod aliquis, ait D. Thomas, velit frui Deo, pertinet ad amorem, quo Deus amatur amore concupiscentiæ.“ Videsis cap. II. num. 14. et 15.

13. Hæc sunt argumenta præcipua, quæ præstituti Ecclesiæ decretis parum consentanea valent censi. Nonnulla insuper alia in eo reperio, quæ suspecta item cuius esse possunt, et hic etiam exhibere præstat. Ait ergo: (18) „Ille peccandi voluntatem ex integro non amisit, qui à malo penitus non recessit, et eo ipso peccat, quod peccare vellet, si posset impune, qui vellet, nulla esse metuenda supplicia, ut audacter commit-

(15) Art. 1. §. 1. prob. 1.

(17) 2. 2. q. 26. a. 1. ad. 1.

(16) ibi obediō.

(18) Art. 1. §. 1. arg. 1. S. Gregorius.

tere posset illicita: atqui teste S. Gregorio, ira affectus est homo, qui de peccatis ex gehennæ tantum, et penarum metu affligitur: Ergo &c. Ille itaque, qui de peccatis ex gehennæ tantum, et penarum metu affligitur, re ipsa peccat in corde suo: metus ergo iste pravus est. Deinde etsi metu ab externo opere peccati absterneat, intrinsecus tamen opus ipsum amat, quia peccare vellet, et illicita perpetrare, si posset impune: hoc autem peccare intrinsecus est, et Quesnellianum revertere assertum illud: 62 „ Qui à malo non abstinere nisi timore pœnæ, illud committit in corde suo, et jam est reus coram Deo.“

14. Ait præterea: (19) „Attritio hæc peccandi voluntatem pœnitens auferre non potest, quæ mixta est ex voluntario, et involuntario; quæ includit repugnantiam ad illud, quod agitur; quæ non simpliciter voluntatem retrahit à peccato; quæ manum, non animum cohibet; quæ potest peccandi voluntatem annexam habere; quæ licet cum actuali peccandi voluntate semper conjuncta non sit, radicem tamen perversæ voluntatis non auferat: atqui ex Sanctis Thoma, et Bonaventura attritionis servilis hæc vitia sunt: Ergo &c.“ Si servilis attritio tot scaturit vitia: quomodo bona erit? Quomodo supernaturalis? Dein attritio mixta est ex voluntario, et involuntario: concedit itidem, (20) eam esse extortam, coactam, et non liberam vitio timentis, haud vitio suo: Satisne erit distinctiuncula isthæc, ad effugiendum anathema, quod Tridentinum in eum pronuntiat, qui dixerit, attritionem esse dolorem coactum, et non liberum, ac voluntarium? Profecto de attritione, non quidem in abstracto, ut ajunt Scholastici, quod pacto nullibi consistit, sed ut in ipso timente, et attrito homine est, affatur Concilium, ac propterea in eo ipso liberam ita esse, et voluntariam, ut nec ipsius vitio sit coacta, et extorta indicare videtur. Idem Concilium definit, gehennæ metum peccatum non esse, nec peccatores peiores facere: ob idque inter Catholicos, nemo, ut arbitror, dicere audebit, metum illud revera peccatum esse, et peccatores peiores facere, haud vitio suo, sed metuentis vitio. De attritione etiam declarat, non facere hominem hypocritam, et magis peccatorem: atque idcirco Catholici asserere similiter non audent, attritionem constituere hominem hypocritam, et magis peccatorem, non vitio suo, sed attriti hominis vitio. Cum ergo etiam statuatur, attritionem esse liberam, et voluntariam, ac proinde non extortam, et coactam, et quomodo dicitur eam esse coactam extortam, et non liberam, quamquam non vitio suo, sed vitio timentis? Drowenus ipse innuit, quod macula hujusmodi, si tamen existant, attritionis ipsius macule sunt, ait enim, quod „attritionis servilis hæc vitia sunt:“ et ideo si mixta, coacta, et non libera est, suo id vitio habet. Ait insuper: (21) „Timorem mundi, seu humanum natura sua esse vitiosum, malum enim est, quod adjunctum habet peccatum:“ quocirca si recensita in argumento vitia sibi adjuncta habet attritio, natura sua mala erit, ac vitiosa: hoc autem dogma est Lutheranum, eodem dicente: (22) „Lutheri hallucinatio fuit, attritionem secundum se, et ab intrinseco malam esse, sive proprio vitio includere flagitii voluntatem.“ Præterea argumentum istud ad alteram accedit Quesnelli propositionem agentem: 61. „Timor non nisi manum cohibet, cor autem tandem peccato addicitur quandiu ab amore justitiæ non ducitur.“ Denique verum est, quod homo attritus habet voluntatem peccandi in habitu, et in radice, hoc est in peccato habituali, aut in habitu vitioso, aut in consuetudine prava, aut in concupiscentia, sive fomite, quæ ipsum ad actuale peccatum inclinant, et attritione non excluduntur, nec amore initiali excluderentur: at verò cum supernaturaliter timet, actu non habet voluntatem peccandi, quia si illam tunc haberet, timor ejus esset pravus, ob idque nec supernaturalis foret, nec dispositio ad gratiam. Et hæc est doctrina quam loco à Droweno hic laudato tradidit S. Bonaventura, cujus verba retuli cap. VIII. num. 19.

15. Attamen opponenda sunt verba illa D. Thomæ: (23) „Quæ per metum aguntur, mixta sunt ex voluntario et involuntario... In eo, qui per metum aliquid agit, manet repugnantia voluntatis ad id quod agitur, secundum quod in se consideratur

(19) ibi S. Bonaventura.

(21) Cap. 3. art. 1. §. 1. R. 1.

(23) 1. 2. q. 6. 2. 6. c. et 7. ad 1.

(20) art. 1. §. 2. ad 6.

(22) laudata resp. ad 6.

... Timidus agit contra id, quod etiam nunc secundum se vult. Dispositio itaque ad gratiam metu exorta, quæ attritio est, mixta est ex voluntario, et involuntario: ac propterea homo attritus habet et repugnantiam ad preparationem ipsam, quam metu agit, et voluntatem, seu desiderium peccati secundum se inspecti, contra quod agit.

16. Sed respondendum, hanc D. Thomæ assertionem metus omnes non comprehendere, ut docent Nostri Salmanticenses Scholastici, (24) et eorum abbreviator Paulus à Conceptione: (25) et ideo neque omnis metus causat involuntarium; neque omnia, quæ propter metum fiunt, mixta sunt ex voluntario, et involuntario. Cum in operibus, quæ ex metu proficiscuntur, malum nullum reperitur, quod vere malum sit, tunc opera ipsa omnino sunt voluntaria, absque ulla involuntarii permixtione: imo quo major metus est, eo magis voluntaria sunt. Id videre est in homine, qui ut à sicarii insidiis necem minitantis sese eripiat, domum ingreditur, januam claudit, socios quatit: et in ægro, qui ut à morte liberetur, Medicum vocat, cubitum it, aut quid simile præstat: hæc enim opera etsi ex gravissimo mortis metu egrediuntur, quod nullum in eis malum sit, plenissime sunt voluntaria. Cum autem attritio sit supernaturalis, ac ita bona, ut nullum in ea malum appareat, quod vere malum dici possit, ideo licet ex inferni timore proficiat, mixta non est ex voluntario, et involuntario, sed omnimodis voluntaria, ac libera. Quapropter et repugnantiam voluntatis ad preparationem, quæ gratia præst, et voluntatem actualem peccandi, si actualia peccata istæ sint, arcere pœnitentia attritio ipsa debet, alioquin earum causa fieret aliquo modo involuntaria: et insuper si eas non propulsaret, vir impius charitatem non habens certe delinqueret, dum supernaturaliter infernum metuit, de peccatis dolet, aut attritionem ipsam efficit: quod refragari videtur, nedum Tridentino, sed Scripturæ, ac Patribus, concorditer clamantibus, timore, quo attritio gignitur, peccatum expelli. Verum si de his ampliore notitia desideras, legis præter laudatos, N. Philipum à SS. Trinitate, Joannem à S. Thoma, Gonet, Gotti, Ferrer, aliosque Thomistas de voluntario, et involuntario disertes. Infra quoque ostendam, probabile esse, quod ea, quæ ex supernaturali metu fiunt, non sunt mixta ex voluntario, et involuntario, sicut illa, quæ fiunt ex metu naturali.

17. Obijci quoque possunt hæc alia S. Thomæ verba actus recensentis, qui justificationi intersunt: (26) „Quintus actus, est motus charitatis, quo alicui peccatum displicet secundum se ipsum.“ Igitur priusquam charitatis motus adsit, attritio homini non displicet peccatum secundum se, eritque idcirco in eo voluntas saltem conditionata illud committendi, si impune liceret.

18. Respondeo, in peccato secundum se, et oppositionem cum summa, ac ineffabili Dei bonitate, et reatum, seu obligationem ad penam posse considerari; displicentia illius in priori acceptione charitatis est, in posteriori timoris, seu attritionis: unde addit Angelicus Magister: (27) „Peccatum prius incipit homini displicere, maxime peccatori, propter supplicia, quæ respicit timor servilis, quam propter Dei offensam, vel peccati turpitudinem, (ut hæc opponitur ipsius Dei bonitati) quod pertinet ad charitatem.“ Ut autem peccatum quodlibet, ac propterea peccandi conditionata voluntas, si criminosa est, expellatur, sufficit displicentia propter supplicia, quam efficit timor servilis; aliàs iste peccatum non excluderet.

19. Enodatis duabus B. Thomæ auctoritatibus à Droweno productis, ad reliqua argumenta istius periculosa redeundum est. Ait ergo: (28) „Certum itaque sit; et consuetum, cor hominis sine amore absolute esse non posse... Restat igitur, ut dicamus hominem, qui solo gehennæ metu de peccato dolet, prædominante creaturæ amore astuare: cum enim bonum inter creatum, et increatum nil medium sit; et bonum increatum non amet. Quid superest nisi ut amet creatum? Unde sic subsumo: atqui amor creaturæ prædominans malus est: Ergo qui solo gehennæ metu

N n

(24) tr. 10. notation. in art. 6. D. Thomæ.

(26) 1. p. q. 85. 2. 5. c.

(25) tr. 9. disp. 3. dub. 1.

(27) ibi ad 1.

(28) art. 1. §. 1. arg. 1.

1. In peccato duo sunt, actus, et reatus: transeunt autem actus, nihil manet, nisi reatus, sive obligatio ad penam. Unde in Sacramento Baptismi, aut Sacerdotis absolutione proprie reatus peccati dimitatur tollitur, et ministerio Sacerdotum solum liberat à reatu. 55. Peccator penitens non vivificatur ministerio Sacerdotis absolutionis, sed à solo Deo, qui penitentiam suggerens, et inspirans vivificat eum, et resuscitat: ministerio autem Sacerdotis solum reatus tollitur.⁽¹⁾

3. Hæc est doctrina Ecclesie, cui Drowenus religiose assentitur: ipsius tamen adversus Attritionistas arguens, oblivisci interdum videtur: non autem argumenta cuncta, quæ istiusmodi præferunt oblivionem, sed præcipua solummodo transcribam, prout in egregio ejusdem Opere de Re Sacramentaria inscripto inveniuntur. Ait itaque: (3) Ab illo peccandi voluntas penitus exclusa non est, qui vult fieri quod vetatur, si subtrahas quod timetur, qui inimicus justitiæ est, qui non peccare metuit, sed ardet; qui opus legis invitatus facit; qui legis, quam vellet non esse, non est amicus, sed potius inimicus; qui immundus est cogitatione, ac voluntate; qui non ex corde facit, quod bonum facit, in quo latenter vivit peccandi voluntas, qui in ipsa voluntate reus est, qua mallet omnino bonum non facere, si secundum eam, que cupit, et metuit, permitteretur impune. Atqui ex S. Augustino conveniunt hæc omnia in hominem, qui habet attritionem ex solo gehennæ metu conceptam: Ergo attritio hæc peccandi non excludit penitus voluntatem.⁽²⁾ Igitur homo attritus, seu attritionem ex solo gehennæ metu oram habens, metum ipsum, et dolorem de peccatis, qui opus legis, seu à lege jussum sunt, et in quibus attritio ipsa consistit, invitatus, et non ex corde, sed coactus facit, quod improbat Tridentinum. Præterea homo ille infernum metuens legi illi divinæ obedit: (4) „Timeat eum, qui potest, et animam, et corpus perdere in gehennam.“ Quomodo ergo inimicus legis vocatur? Numquidam custas legis ejus est inimicus? Servat item idem ipse præcepta divina credendi, sperandi, dolendi et ut jussa Dei alla exequatur, quorum custodia statum gratiæ requirit, gratiam ipsam quartæ, et ad eam obtinendam aptatur ipsismet fidei, spei, timoris, et doloris operibus. Num vero hæc exequentem legis dixeris inimicum? Nonne opera ista, si id præciteris reprobares? Insuper doctrina ista similis videtur his Quesnelli documentis: 61. „Timor non nisi manum cohibet, cor autem tandiu peccato addicitur, quamdiu ab amore justitiæ non ducitur.“ 62. „Qui à malo non absterget nisi timore pœnæ, illud committit in corde suo, et jam est reus coram Deo.“ Augustinus autem, ne doctrinæ proscriptæ auctor dicatur, non de timore supernaturali, sed de naturali formidine, aut de metu serviliter servili exponendus est, ut asserui cap. XXI.

4. Inter Scripturæ loca, quæ pro amoris necessitate laudat, ista reperio, quæ de perfecta dilectione sunt competissimæ: (5) Luc. 7. 47. „Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Joan. 14. 23. Si quis diligit me, sermonem meum servabit, et Pater meus diligit eum, et ad eum veniemus, et mansionem apud eum faciemus. 1. Petri 4. 8: Charitas operis multitudinem peccatorum. 1. Joan. 4. 16. Deus charitas est, et qui manet in charitate, in Deo manet, et Deus in eo.“ De prævis ad Sacramentum Penitentis dispositionibus in præsens disceptatur: igitur charitas perfecta, de qua testimonia ista loquuntur, prævis est ad ipsam suscipiendum præparatio, alioquin inopportune illa producuntur: porro perfecta ista charitas vel impium justificat ante receptionem Sacramenti, vel secus? Si non justificat, existit charitas perfecta absque remissione peccatorum. Si justificat, impius non vivificatur, et liberatur à peccatis beneficio Sacramenti, et absolutionis sacerdotalis: utrumque autem damnatum est.

5. Complura similiter Sanctorum Patrum adducit documenta, quæ de perfecta charitate signanter affantur: et post testimonia Augustini inquit: (6) „Hæc ad reconciliationem obtinendam non sufficit præparatio, per quam, si sola fuerit, homo magis

(1) lib. 6. q. 4. cap. 4. art. 1. §. 1. arg. 1.
(2) Art. 2. §. 1. prob. 1.

(3) Matth. 10. 28.
(4) ibi prob. 1. S. Augustinus. n. 1.

reus fit: sed qui solo timore pœnæ, non amore justitiæ reconciliati cum Deo peccant, hoc ipso ex S. Augustino rei tenentur, potius quam penitentes: Ergo, &c.⁽⁷⁾ Pœnæ itaque timor, idemque de attritione dicendum erit, si amor justitiæ desit, motus pravus est, nam homo per eum reus, aut magis reus fit: et nemo reus, aut magis reus efficitur, nisi ob prava opera. Asc consuetudinem istud hæreticum est: et hic iterum accedere videtur Drowen ad propositionem 62. Quesnelli supra relatam.

6. Hæc etiam ait: (7) „Qui petit, per penitentiam Sacramentum Deo reconciliari, petit transferri à sinistra ad dextram: sed ex eodem, nemo transferatur à sinistra ad dextram, nisi qui Dei per gratiam Spiritus Sancti amator est: Ergo, &c. Hinc fit tantummodo, peccatorem penitentem gratiam flagitare, qua de sinistra ad dextram transferatur, quod verum omnino est: sed quomodo ex hoc erui valeat initialis amor, nescio prorsus, cum absque eo quisvis gratiam illam poscere valeat. Ceterum cum argumentum istud fiat, ad comprobendam necessitatem adhibendi amorem ante Sacramenti receptionem, exinde concludendum est, quod penitens Deum tunc amare debeat per gratiam Spiritus Sancti, qua transferatur ad dextram à sinistra: gratia autem isthæ perfecta est, atque justificans, nam qui ea caret, in sinistra jacet, et in peccatis suis; et ideo penitens ex vi argumenti non jam peccato irretitus, sed ab eo solutus, et gratia ornatus accedet ad Sacramentum, quod idcirco nec vivificabit, nec liberabit eum à peccato.

7. Subdit quoque: (8) „Nemo potest justificari, nisi qui ex servo peccati fit servus justitiæ: Liberati à peccato, inquit Apostolus Rom. 6. 18. servi facti estis justitiæ: ut qui, ait Augustinus, justitiæ non serviliter, sed liberaliter serviendum est, id est, charitate potius, quam timore: Ergo &c.“ Cum vero de prævis ad justificationem Sacramenti ope peragendam dispositionibus disceptatur, colligendum ex isto momento est, quod penitens antequam Sacramentum recipiat, servus justitiæ fieri, proptereaque à peccatis suis liberari debeat, nam justitiæ servus à peccato liber est, juxta Apostoli verba. Quo sensu solus justus dicitur liber, hoc est culpæ exors et ideo ipse unus servit liberaliter justitiæ. Imo ut ea, quæ serviliter fiunt, liberaliter faciamus, charitas quidem exigitur, at non initialis, et novæ univèrsalis, sed justificans, et gratiæ consors, ea nimirum, quæ diffunditur in cordibus nostris per Spiritum Sanctum, qui datus est nobis. (9) „Solus justus, inquit Augustinus ipse, est liber: omnis enim, qui facit peccatum, servus peccati est. Joan. 8. 34. Quidquid enim difficile est in præcepto, leve est amanti. Nec ob aliud recte intelligitur dictum, omnis meum leve est, nisi quia dat Spiritum Sanctum, per quem diffunditur charitas in cordibus nostris, ut amando liberaliter faciamus, quod timendo qui facit, serviliter facit.“ Hæc igitur charitas necessaria est, ut quis liber fiat, ac servus justitiæ, eique liberaliter inserviat, et ut de timore ad amorem transeat, sive ut faciat amando, quæ timendo fiunt: et cum charitas ista sit gratiæ comes, nemini ante justificationem, nec ante Sacramentum injungi valet sine errore.

8. Fœminæ peccatricis exemplum penitentibus proponit his verbis: (10) „Quibus eadem implenda condicio est, quam mulier peccatrix, ut absolveretur, implevit, non debent sine amore ad Sacramentum accedere; atqui ex S. Augustino qui penitentiam in Ecclesia accipiunt, et agunt, hanc debent conditionem implere: Vos modo, inquit, debetis amare Deum, et à timore jam ad dilectionem transire, quia de legitima in Evangelio de peccatrice illa: cui multum dimititur, multum diligit: Ecce, go, &c.“ Dilectionis perfectæ necessitatem ad Sacramentum Penitentis suscipiendum hic iterato inculcat dilectio quippe fœminæ illius perfecta fuit, atque justificans, seu peccatorum expultrix juxta illud: „Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum.“ Ceterum hujuscemodi dilectionem nec ipse audeat penitentibus injungere

(7) Ibi. num. 1.

(8) Ibi. num. 8.

(9) Serm. 161. 2. 18. de verbis Apost. num. 9. et Enarr. in Psalm. 67. num. 18.

(10) Ubi supra num. 2.

indepensandam necessarium est: constat autem, ad id satis esse nedum in re, sed etiam in voto receptam; cum plures una contritione, aut amore charitatis, qui in illa est, gratiam, et gloriam obtineant, quin Sacramentum reapse accipiant. In quolibet autem actu charitatis Sacramentum præcedens, includitur votum suscipiendi Sacramentum ipsum, sicut includitur in quovis contritionis actu juxta Tridentinum; (37) etenim actus charitatis non esset amor Dei super omnia, si propositum secum non haberet, Dei ipsius jussa servandi, quorum unum peccatori injungit, accedere ad Sacramentum. Eapropter quilibet sive charitatis, sive contritionis actus impium justificat sine Sacramento re accepto. Fides autem, et misericordia insociabiles cum peccato non sunt, sicut charitas et poenitentia, quæ contritionis, et dilectionis sunt principium: et idcirco misericordia, et fides liberare hominem à peccato nequeunt sine actuali receptione Sacramenti.

26. Hæc itidem, ut novitatis vitium Attritionistarum doctrinæ objiciat, verba ipse profert: (38) „ Constat ex prædictis, omnes pene Theologos à seculo duodecimo ad „ decimum sextum in hac fuisse opinione, contritionem perfectam ad Sacramentum „ Poenitentiae afferendam: Ergo dubium esse non potest, quia attritionem ex solo timore, aut turpitudinis peccati intuitu natam insufficientem judicaverint. „ Exiit tamen aequè confiterent, quod attritionem initiali amore ornatam consensit quoque insufficientem. Præterea etsi contritionem perfectam ad Sacramentum Poenitentiae afferendam præscriperint, at charitatem veram, aut veram charitatis dilectionem ante receptionem gratiæ necessariam esse, minime dixerunt: vel id saltem Droweno ipse non asserit: et in quo itaque illorum auctoritas eidem suffragatur? Quin et eorum opinio, ipso Droweno iudice, falsa est, et (39) „ Tum institutioni Sacramenti Poenitentiae, „ tum auctoritati clavium, tum, antiquis Patribus, tum denique Tridentini Concilii „ menti, ac principis adversatur: quorsum ergo argumenti verba profertur? et Animum errantium, et falsa docentium auctoritate Attritionista arguendi, et convincendi sunt? Nonne isti similem auctoritatem jure merito rejicient?

27. Deinde omnes pene Theologos, qui per quatuor sæcula florere in re gravissima ad Sacramentum Poenitentiae, et salutem nostram spectant, opinionem falsam, et Institutioni Sacramenti ipsius, necnon auctoritati clavium, antiquis Patribus, Tridentini menti, ac principis adversam tenuerunt: Itane vero? At inconsiderate admodum, ut teor, et uno Attritionista exagitandi studio, hæc ab illo dicta sunt: exinde enim heterodoxus conficere audebit, universam fere Ecclesiam id temporis similiter errasse; nam Theologi doctrinæ Ecclesie custodes sunt, præcones, et vindices: ille ergo cum in Droweno legerit, omnes pene Theologos quatuor sæculorum opinionem falsam, et enormiter errantem docuisse, eidem et tunc Ecclesiam adhæsisse obfirmatè propugnabit, ob idque firmius in hæresi persistet, siquidem nec Theologorum doctrinæ acquiescet, nec Ecclesie infallibilitatem credet, quod hanc, et illos, Droweni assertionem armatus, in deceptione eo temporis fuisse arbitretur, et contendat. Dolendum sane est, quod is, qui scite de Re Sacramentaria contra perduelles hæreticos scripsit, illorum pertinaciam loveat, atque iisdem occasionem præbeat, ob rem sacramentariam ipsam Theologos, et Ecclesiam insultandi, eisque exprobandi id genus errorem. Sed ob Ecclesie ipsius, ac Theologorum ejus honorem, cui parum consultur in hac parte, superaddendum est, sapientissimum Gonet contra asserere, Theologos antiquos propemodum omnes attritionis sufficientiam tradidisse: (40) „ Ita docuere olim, ait, omnes sequenti magna probitatis, et doctrinæ laude vixit, nempe Joannis Jerson testimonio astantis: „ Dixit Dominus Guilielmus Parisiensis, et alii communiter, quod attritio, quæ „ alias non est sufficiens, fit sufficiens virtute Sacramenti. „ Profecto si hæc sententia, quæ ab attritionistica non differt, communis fuit inter antiquos, ille fuisse Attritionista, eisque idcirco Contritionistarum error immerito adjudicatur. In hoc ipso opte-

(37) Sess. 14. cap. 4.

(38) cap. 2. art. 1. §. 2. ad. 4.

(39) art. 1. §. 1. arg. 1.

(40) in Comp. 1. p. tr. 3. c. 4. §. 4.

re præcorum nonnulli producantur, qui satis perspicue attritionem prævic sufficere, docuerunt, ac præsertim D. Thomas, S. Bonaventura et B. Antoninus, qui præstantissimi sui ævi Doctores excitare, doctrinis variis et peregrinis nullatenus adduci: et ideo simile vero est, quod non solum ipsi, sed et alii plures eandem sufficientiam tradiderint. Vide etiam quæ dixi cap. XXIII. n. 7.

28. Nihilotamen in injuriandis, conviciandisque Attritionistis perpetuus est noster bonus Doctor Sorbonicus: eorum doctrina est, ipso iudice, dogma novitium, ac novum prorsus commentum nudius tertius natum, quod (41) „ non ex divino eloquio, non ex Patrum sententiis, non ex decretis Conciliorum, nondenique ex ratione; sed ex hominum novitatis amantium conspiratione (magnam sibi arrogavit „ auctoritatem. „ Nullum ipsi, eodem etiam teste, pro se afferunt Scripturæ, aut Patrum testimonium, sed (42) „ tantum vanas, et imbelles ostendunt ratiunculas, et cavillationes potius, quam ratiocinationes, quæ majori facilitate refutantur, quam opponuntur. „ Verùm hæc similiter majori facilitate dicuntur, quam probantur. Certe in Attritionistarum libris, imo in hoc ipso nullius momenti opusculo, complura documenta Scripturæ Sacræ, Summorum Pontificum, Concilii Tridentini, et SS. Patrum pro attritionis servilis, seu poenitentiae ex gehennæ metu peragendæ sufficientia producantur. Adsunt præterea innumera eorundem testimonia, quæ amoris veræ charitatis, et peccati mortalis respiciunt societatem: horum autem insociabilitate semel stabilita, sufficientia attritionis satis comprobatur. Atvero in Droweno, sicut et in aliis Initialistis, assertiones comperies non paucas, quæ propositionibus ab Ecclesia damnatis valde assimilantur: quin et eadem ipsa momenta contra attritionis sufficientiam illi expendunt, quibus utuntur hæretici, dum ostendere conantur, attritionem ipsam, et gehennæ timorem pravos esse motus. Nec r. de asseritur, Attritionismum novitium esse dogma, et commentum novum; nam præter superius dicta sæpe ipse tradidit in Operibus Venerabilis Palafoxii et Romæ declaratum est, in Operibus illis nihil reperiri contra fidem, vel bonos mores, nec contineri doctrinam aliquam novam, et peregrinam. Vide cap. X. num. 16.

29. Recensui hucusque, candide Lector, periculosa Droweni argumenta, ut hæc, et similes aliorum Initialistarum argutias superius impugnatas mente conspicies, et accurate discuties, perspicue noscere valeas, eorum systema his inani fundamentibus, quæ falsitati, ac errori vicina satis videntur. Nec mirum valde erit, quod exinde, sicut ego suspicor, tu quoque suspicere ausis, ab ipsorum sententia, etiam non damnata, procul abesse veritatem; quia, ut inquit B. Gregorius Magnus: (43) „ Veritas fulcitur, si non quarit auxilio falsitatis. „ Et hoc ut minimum tibi monimento sit oportet, ut nedum vulgares, sed insigniores item Initialistas, et hos præsertim cum magna cautela evolvas; nisi enim eos caute legeris, evenire poterit, ut doctrinam aliquam ab Ecclesia repudiatam sensim ebibas, quod tibi, et cuique maximore cavendum est.

30. Sed pro ampliori enodatione argumenti n. 15. addudi, disquirendum adhuc superest: num supernaturalis timor inferni involuntarium causet? Drowenus, et alii Initialiste id asserunt proculdubio, siquidem attritionem servilem, quod ex timore illo concipitur, non plene voluntariam, sed mixtam ex voluntario, et in voluntario dicunt, eamque idcirco, quamquam dolor supernaturalis de peccatis sit, voluntatem peccandi, si impune liceret, secum habere docent. Ipse vero probabilius existimo, timorem illum non inferre involuntarium, sicut inducit illud interdum metus naturalis. Cujus discriminis ea potest esse ratio, quod posterior, et non prior involuntarius sit persape. Naturalis metus dum involuntarium causat, involuntarius et ipse est: ac propterea nil mirum, quod involuntarium edat, res enim quavis aliam sibi similem effert ut plurimum. Id liquet in metu divitis, qui ne perimatur à fure pecuniam minaciter deponente, illam eidem tradit: ubi involuntarius necis metus opus efficit quodammodo involuntarium, scilicet pecunie traditionem.

(41) Cap. 4. in prin.

(42) art. 1. §. 1. arg. 1.

(43) lib. 11. Moral. c. 15.

At supernaturalis metus gehennæ, utpote donum Dei, et impulsus Spiritus Sancti, qui neminem cogit ad bene operandum, non involuntarius, sed voluntarius est: et ideo adus, qui ex eo proficiunt, nempe attritio, ejusque comites, quos sæpenumero recensui, voluntarii quoque sunt, et non mixti ex voluntario, ac involuntario. Deinde supernaturalis timor inferni, sicut et quodlibet opus supernaturale, fit in nobis auxilio gratiæ efficacis; quapropter si involuntarius foret, gratia efficacis adum in nobis operaretur involuntarium, et non plene liberum: id autem Calvinianum, et Jansenianum sapit venenum, nam Calvinus, et Jansenius inevitabilem necessitatem à gratia illa nobis imponi dogmatizarunt. Enimvero neque necessitatem, neque coactionem, ac propterea neque involuntarium, quod vel utramque, vel alterutram infert, ab auxiliis divinis nobis provenire, perspicuum est. (44) „Deus, ait D. Thomas, causat in nobis nostra opera secundum modum nostrum, qui est, ut voluntarie, et non coacte agamus. Non igitur divino auxilio aliquis cogitur ad recte agendum. . . Auxilium non excludit à nobis adum voluntatis, sed ipsius præcipue in nobis facit: unde et Apostolus dicit ad Philip. 2. 13. *Deus est, qui operatur in vobis velle, et perficere prout bona voluntas.* Coactio autem excludit in nobis adum voluntatis, coactè enim agimus, cujus contrarium volumus. Non ergo Deus suo auxilio nos cogit ad recte agendum. Homo itaque dum gratiæ auxilio munitus infernum supernaturaliter formidat, non coactè, sed voluntarie timet.

31. Amplius tamen novetis, supernaturalem inferni timorem esse voluntarium, si eum conferas cum naturali, et involuntario divitis metu supramemorato: iste ab agente exteriore, et infenso incutitur; ille à Deo ipso est, qui non infenso, sed misericorditer movet intus animam ad penitentiam: iste injuste illatus; ille iustissime indudus: iste incommodus; ille commodissimus: iste nocens; ille innocentissimus: iste ingratus, gravis, molestus; ille gratissimus, utilissimus, prestantissimus: iste injuria magna est timentis, ille maxima Dei gratia, ac inestimabile beneficium; iste non desideratur, non queritur, non poscitur, sed invite ab alio accipitur, et repugnanter toleratur; ille cordiculus exoptatur, sponte eligitur, anxim petitur, et cum obtinetur à Deo, æquo, ac libenti animo recipitur, et cum gratiarum actione possidetur.

32. Hæc affatim produnt, quod supernaturalis timor inferni, non involuntarius, sicut metus divitis, sed voluntarius est penitenti: et idcirco, quæ ex illo manant, voluntaria prorsus, et non mixta sunt, nullamque proinde secum habent peccandi voluntatem, qua fiant modo ullo involuntaria; siquidem traditio pecunie à divite facta, quod à metu involuntario generetur, mixta dicitur, seu involuntarii aliquid involvens. Præterea voluntati nostræ amplius metus ipse adversatur, quam opera ex metu prognata; et ideo hæc multoties libera censentur, quamvis ille liber non sit: memorata enim pecunie traditio libera absolute, seu simpliciter, ut Schola loquitur, Judicatur, etsi metus, ex quo nascitur non sit liber: quocirca si gehennæ metus involuntarius, seu contra voluntatem non est, nec opera, quæ ex eo procedunt contra voluntatem, vel involuntaria dici poterunt. Ceterum id amplius ostendendum est.

33. Operibus hæc, nempe attritione, amore concupiscentiæ, culparum odio, proposito melioris vitæ, aliisque ejusdem attritionis sociis, qui inferni metu in peccatore exoriuntur, hic ad Christum trahitur, et convertitur: conversio autem ista non ingratæ, et extortæ, sed voluntariæ, et sponte peragitur, ut optime declarat S. Augustinus super illud: (45) „Nemo potest venire ad me, nisi Pater, qui misit me traxerit eum:“ inquit: (46) „Non dixit, *duxerit, sed traxerit.* Ista violentia cordi fit, non carni. Quid ergo miraris? Crede, et venis. Ama, et traheris. Ne arbitreris istam asperam, molestamque violentiam: dulcis est, suavis est. Ipsa suavitas te trahit. Nonne ovis trahitur, cum esuriens herba monstratur? Er puto, quia non corpore impellitur, sed desiderio colligatur. Sic et tu veni ad Christum. . . (47) „Si trahimur ad Christum, ergo invito credimus. . . Noli, te cogitare invitum trahi: tra-

(44) lib. 3. Contra Gent. c. 148.

(45) Serm. 237. de verbis Joan. al. 2. de verbis Apost. n. 2.

(46) Joan. 6. 44.

(47) Tract. 26. in Joann.

„hinc animus et amore. . . Quomodo voluntate credo, si trahor? Ego dico, parum est voluntate, etiam voluptate traheris. . . Ramum videm ostendis ovi, et trahis illum. Noces puero demonstrantur, et trahitur; et quo currit, trahitur, amando trahitur, sine læsione corporis trahitur, cordis vinculo trahitur.“ Ita nimirum peccator trahitur ad Christum, ita trahitur ad penitentiam. Trahitur utique credendo, sperando, culpam detestando: trahitur dolore non peccandi, proposito non peccandi, servandique divina mandata: trahitur amore concupiscentiæ, de quo affatur Augustinus, ut pueri, et ovis ostendant exempla: trahitur spe, ac desiderio æternæ beatitudinis assequenda: atque idcirco hæc ipsa opera, quibus trahitur voluntaria omnino sunt, quin in eis, vel cum eis maneat aliquid involuntarium, nec prava peccandi voluntas ulla, quæ illud causet: trahitur namque voluntarie, et suaviter: non aspera, sed suavi violentia; non coactione, sed voluntate; non repugnantia, sed voluntate: non corporis læsione, sed cordis vinculo, desiderio, et amore. Trahitur demum sicut puer, cum ei nuces demonstrantur, sicut ovis esuriens, cum herba ipsi ostenditur, in quorum traditione nil est invitum, nil violentum, nil involuntarium. Merito itaque ait ipse: (48) „Cognoscit, solum Deum esse Dominum suum, cui uniti summa libertate servitur.“ Ubi summa libertas, nihil est involuntarium: memora ta autem opera peccator jam respiciens, nedum ut justus fiat, sed etiam ut Deo famuletur exerceat, in quibus proinde nil involuntarium, sed summa erit libertas.

34. Sapientia Dei nos omnes, ad id quod vult, efficaciter, et infallibiliter movet, et trahit, sed absque ulla violentia, absque coactione ulla: unde dicitur: (49) „Attingit ergo à fine usque ad finem fortiter, et disponit omnia suaviter:“ quod ita exponit D. Thomas: (50) „Omnia disponit suaviter, quia omnibus dat formas, et virtutes inclinantes in id, ad quod ipse movet, ut in illud tendant non coactè, sed quasi sponte.“ Quapropter cum impium ad gehennæ metum, quo ad gratiam paratur, movere vult, virtutem ei præbet ad metum hunc inclinantem, quæ illè ornatus in eundem metum jamjam propendet; atque idcirco dum infernum timet, sponte, et non coactè timet. Eodem modo ipsum movet ad dolorem de peccatis, propositum emendationis, aliaque opera ex timore illo orta, et attritionem comitantia, quæ propterea eum suaviter quidem, sed fortiter, et infallibiliter ad justificationem trahit. Nil profecto nobis repugnantius, quam corporis dolores, supplicia, mors: et hæc etiam dum ob inferni timorem tolerantur, non invito, sed libenti animo perferuntur. Quocirca de B. Eleazaro legitur: (51) „Cum plagis periretetur, iugemur, et dixit: Domine, qui habes sanctam scientiam, manifeste tu scis, quia cum à morte possem liberari, duos corporis sustinui dolores: secundum animam vero propter timorem tuum, libenter hæc patior.“ Plenissima hæc tulit libertate, et quia seipsum à morte liberare poterat, et quia cruciatus libenter sustinuit: quæ enim quis libenter præstat, libertate facit omnimoda, nostra quippe Opera cum eis involuntarii quid immiscetur, libere quidem fiunt, at non libenter, sed ægre potius, ac repugnanter, ut liquet in exemplo divitis, cui gravissimum est, nummos tradere prædoni. Porro dolor de peccatis, seu attritio, et ejus comites minus cum natura nostra pugnant, quam corporis cruciatus, et nec: cum ergo isti propter inferni timorem libenter perferri valeant; satius illi ob eundem timorem exerceri libenter poterunt.

35. Denique nedum amor ex gehennæ metu in penitente procedit; ait namque Tridentinum: (52) „A divini iustitiæ timore, quo utiliter concutiuntur, ad considerandam Dei misericordiam, se convertendo, in spem erigunt, tunc, fidentes Deum sibi propter Christum propitium fore, illumque tamquam omnium iustitiæ fontem diligere incipiunt.“ Hic de charitatis amore sermo est juxta Initialistas, charitatis autem amorem hunc, quamvis de timore iustitiæ divini descendat, nullo modo involuntarium esse, nec voluntatem peccandi secum habere, ipsi cre-

(48) lib. 6. de Musica c. 5. n. 14.

(49) de VIII. q. 2. a. 1. c.

(50) Sap. 8. 1.

(51) 2. Machab. 6. 50.

(52) Sess. 6. c. 6.

dunt; cum potius ad hanc eliminandam, eum necessariam clamitenti: attritio itaque similiter etsi de timore illo veniat, voluntaria omnino est, et peccandi voluntatem secum non patitur, quia involuntaria fiat aliquo modo, hoc est, secundum quid, ut ajunt Scholastici. Sed audiatur, D. Thomas: (53) „ Quandoque timor inducit amorem, in quantum scilicet homo, qui timet puniri à Deo, servat mandata ejus: quorum primum Dei ipsius injungit amorem. Et id Ecclesiastico conforme est dicenti: (54) „ Qui timeat Dominum, custodiunt mandata illius... dicentes, si penitentiam non egerimus, incidemus in manus Domini, et non in manus hominum. “ Infernum autem cum et impius respiciens metuat, et justus, uterque Dei servat mandata, ne ab eo puniatur; atque idcirco opera, quæ illa custodit, de metu isto proveniunt: hujusmodi sunt informes actus fidei, spei, doloris, propositum emendationis, receptio Sacramenti, quæ homo attritus, ne æternum pereat, studiosus agit; et ipsimet actus gratiæ formati, charitatisque amor, quos justus, ne incidat in manus Domini, navus exequitur. Ingeminata præterea, vel continua potius jejunia, vigiliæ, chameuniæ, ac stupenda penitentia exercitamenta complura, quæ Paulus, Antonius, Hilariion, Pachomius, Arsenius, et similes christiæ palestræ fortissimi athletæ sunt amplexati, metui etiam adscriperim, quod ea, ut fugerent à ventura ira, perfecerint. Quinimo et Martyres hujus timoris gratia tormenta viriliter sustinuerunt: unde inter cruciatus ipsos aiebat Eleazarus: „ Propter timorem tuum libenter hæc patior. “ Cum ergo præclara isthæc opera, etsi timore exorta, involuntaria nullo modo dicantur, attritio pariter ex eo nata involuntaria vocanda est nullatenus.

36. Cur autem, si ex me quæsieris, metus à Deo incussus voluntarius esse valeat, secus tamen ille, quem prædo inferi, dixerim cum D. Thoma, Deum virtutem præbere in metum nos inclinantem, moventemque; imo et auxilium, quo actu, ac sponte formidamus, conferre: atvero divitem re hujusmodi neutiquam donat prædator. Dixerim etiam cum eodem, quod „ Deus causat in nobis nostra opera secundum modum nostrum, qui est, ut voluntarie, et non coacte agamus: “ fur autem contra modum istum procedit, cogit enim divitem, et ab eo extorquet argentum. Dein latro potestatem non habet inclinandi quo velit, divitis voluntatem; et ideo facere nequit, quod voluntarie timeat: ac Deus id præstare optime valet, quia illam habet potestatem. (55) „ Non est itaque dubitandum, ait B. Augustinus, voluntati Dei, qui in cælo, et in terra omnia quæcumque voluit, fecit, et qui etiam illa, quæ futura sunt, fecit, humanas voluntates non posse resistere, quominus faciat ipse quod vult; quandoquidem etiam de ipsis hominum voluntatibus quod vult, cum vult, facit... habens humanorum cordium, quo placeret, inclinandorum omnipotentissimam potestatem. “ Et superaddit: „ In cordibus hominum quod voluerit, operatur... Magis habet in potestate voluntates hominum, quam ipsi suas. “ Et ideo sicut homo nolens, fieri solet volens, ita Deus ex nolentibus plerumque facit volentes: (56) „ Novit intus in ipsis hominum cordibus operari, non ut homines, quod fieri non potest, nolentes credant, sed ut volentes ex nolentibus fiant. “ Si ergo facere potest, quod is, qui credere volebat, velit credere, et cur efficere non valebit, quod peccator penitens, et sese ad Sacramentum aptans, voluntarie infernum meruat? Penitens isthæc timere vult, quia vult justificari, et timor ad justificationem requiritur: facilius autem est, ex volente timere, timentem voluntarie efficere; quam ex nolentem credere, facere volentem credere. Præterea penitens ille eligit, et amplectitur timorem uti medium ad justificationem obtinendam: quomodo itaque non erit ei voluntarius? At dives non eligit metum, sed hic ei invito à fure injicitur; nec amplectitur formidinem, sed pecuniæ traditionem ad salvandam vitam; et ideo timor ipsius non dicitur voluntarius.

37. S. Thomas inquit: (57) „ Deus operatur in voluntate, et in libero arbitrio se-

(53) 1. 2. q. 41. 2. ad 1.

(54) C. 2. 27. et 28.

(55) De corr. et gratia c. 14. n. 45.

(56) Contra duas epist. Pelagianorum l. 1. c. 29. n. 17.

(57) 2. Sent. d. 25. q. 1. 2. ad 1.

„ cundum ejus exigentiam: unde etiamsi voluntatem hominis in aliud mutet, nihilominus tamen hoc sua omnipotentia facit, ut illud, in quod mutatur voluntarie vellet; et ita coactionis ratio tollitur. “ Quapropter cum ex peccatore non timentem, facit timentem, ei præbet congrua, et efficacia auxilia, ut voluntarie, et sine coactione timere velit, et timeat reapse. Tanta est gratiæ divini virtus, atque efficacia, ut ea etiam, quæ natura ipsa magis horret, uti supplicia, et mors, etsi volenter illata sint, suavia interdum reddat, et dulcia, tolerenturque idcirco voluntarie, ac lætè. Unde Ecclesia in officio S. Stephani Protomartyris ait: „ Lapidibus torrentis illi dulces fuerunt, ipsum sequuntur omnes animæ justæ. “ Ac de SS. fratribus Marco, et Marcellino refert, quod cum Tyrannus eos crudeliter torquens dixisset: „ Responde: „ Namquam sisipiscite miseri, et vos ipsos ab his cruciatibus eripite: “ responderunt: „ Namquam tam jucunde epulati sumus, quam hæc libenter Jesu Christi causa perferimus, in cuius amore nunc fixi esse cepimus: utinam tandiu nos hæc pati sinat, quandiu hoc corruptibili corpore vesciti erimus “ Ubi constat, supplicia eis non solum suavia, et dulcia, sed etiam summopere fuisse voluntaria, siquidem libenter ea tulerunt, et ab eis se eripere noluerunt, sed in illis potius permanere concupierunt. Itaque si gratia hæc omnia præstat, nonne efficere etiam poterit, ut homo voluntarie infernum timeat? Hoc sane facilius est, quoniam timor nobis non ita repugnat, sicut cruciamenta, et mors.

38. Sed oppones hæc verba S. Thomæ: (58) „ Etsi per hujusmodi timorem aliquis bonum facit, non tamen bene facit, quia non facit sponte, sed coactus metu, tu poenæ, quod proprie est servorum. “ Sedenim de eo timore loquitur, qui poenam refugit, non culpam, qui idcirco nec supernaturalis, nec in hoc laudabilis est. Unde ante præmiserat: „ In quantum talis timor non refugit malum, quod opponitur bono spirituali, scilicet peccatum, sed solum poenam, non est laudabilis. “ Hic autem agitur de timore laudabili, ac supernaturali, qui nedum poenam, sed etiam culpam fugit, viratque juxta ejus doctrinam Cap. VIII. n. 5. relatum.

39. Exin tamen, ais, hæc adversus Dissertationem emergit difficultas: Timor supernaturalis, de quo disseritur, et prævie ad gratiam disponit, poenam, et culpam fugit: est igitur initialis: hic namque utriusque fuga est: initialis vero timor ab imperfecta prodit charitate, subdit enim D. Thomas: (59) „ Sicut autem timor initialis causatur ex charitate imperfecta, ita hic timor (castus) causatur ex charitate perfecta. “ Timor itaque, qui prævia est preparatio, exit à charitate imperfecta. Ast licet uterque timor nimirum servilis, et initialis, poenam, et culpam fugiat, hoc tamen ex eodem interest, quod (60) „ Poenam principaliter timor servilis respicit, timor autem initialis secundario: “ quoniam (61) „ Timor initialis non timet poenam sicut proprium objectum, sed in quantum habet aliquid de timore servili adjunctum. “ Dein de servili fugit culpam propter Deum judicem, et vindicem; initialis peccatum vitat propter Deum summe bonum, et super omnia dilectum; id namque poscit charitas, qua causatur. Servilis prævie disponit, initialis non antecedenter, sed concomitanter; hæc enim cum peccato est, sed cum gratia; nec aversionem à Deo, sed potius cum eo unionem secum habet, et præcipue refugit separationem: ac propterea charitas, ex qua procedit, imperfecta dicitur, quia remissa est, secus vero quia cum gravi culpa conveniat. (62) „ Iste timor, inquit idem, dicitur esse initialis, quia non let esse in hominibus in principio suæ conversionis: timent enim poenam propter peccata præterita, et timent separari à Deo per peccatum propter gratiam charitatis infusam. “ Quinimo charitatem seu dilectionem Dei super omnia, quæ cum peccato coeat, hic quoque excludere videtur dicens: (63) „ Spiritus Sanctus duos effec-

O o

(58) In Epist. ad Rom. cap. 8. lect. 1.

(59) Ibi.

(60) 1. 2. q. 19. 2. ad 4.

(61) Ibi art. 2. ad 2.

(62) In Epist. ad Rom. cit. lect. 1.

(63) Ibi.

dunt; cum potius ad hanc eliminandam, eum necessariam clamitenti: attritio itaque similiter etsi de timore illo veniat, voluntaria omnino est, et peccandi voluntatem secum non patitur, quia involuntaria fiat aliquo modo, hoc est, secundum quid, ut ajunt Scholastici. Sed audiatur, D. Thomas: (53) „ Quandoque timor inducit amorem, in quantum scilicet homo, qui timet puniri à Deo, servat mandata ejus: quorum primum Dei ipsius injungit amorem. Et id Ecclesiastico conforme est dicenti: (54) „ Qui timeat Dominum, custodiunt mandata illius... dicentes, si penitentiam non egerimus, incidemus in manus Domini, et non in manus hominum. “ Infernum autem cum et impius respiciens metuat, et justus, uterque Dei servat mandata, ne ab eo puniatur; atque idcirco opera, quæ illa custodit, de metu isto proveniunt: hujusmodi sunt informes actus fidei, spei, doloris, propositum emendationis, receptio Sacramenti, quæ homo attritus, ne æternum pereat, studiosus agit; et ipsimet actus gratiæ formati, charitatisque amor, quos justus, ne incidat in manus Domini, navus exequitur. Ingeminata præterea, vel continua potius jejunia, vigiliæ, chameuniæ, ac stupenda penitentia exercitamenta complura, quæ Paulus, Antonius, Hilariion, Pachomius, Arsenius, et similes christiæ palestræ fortissimi athletæ sunt amplexati, metui etiam adscriperim, quod ea, ut fugerent à ventura ira, perfecerint. Quinimo et Martyres hujus timoris gratia tormenta viriliter sustinuerunt: unde inter cruciatus ipsos aiebat Eleazarus: „ Propter timorem tuum libenter hæc patior. “ Cum ergo præclara isthæc opera, etsi timore exorta, involuntaria nullo modo dicantur, attritio pariter ex eo nata involuntaria vocanda est nullatenus.

36. Cur autem, si ex me quæsieris, metus à Deo incussus voluntarius esse valeat, secus tamen ille, quem prædo infert, dixerim cum D. Thoma, Deum virtutem præbere in metum nos inclinantem, moventemque; imo et auxilium, quo actu, ac sponte formidamus, conferre: atvero divitem re hujusmodi neutiquam donat prædator. Dixerim etiam cum eodem, quod „ Deus causat in nobis nostra opera secundum modum nostrum, qui est, ut voluntarie, et non coacte agamus: “ fur autem contra modum istum procedit, cogit enim divitem, et ab eo extorquet argentum. Dein latro potestatem non habet inclinandi quo velit, divitis voluntatem; et ideo facere nequit, quod voluntarie timeat: ac Deus id præstare optime valet, quia illam habet potestatem. (55) „ Non est itaque dubitandum, ait B. Augustinus, voluntati Dei, qui in cælo, et in terra omnia quæcumque voluit, fecit, et qui etiam illa, quæ futura sunt, fecit, humanas voluntates non posse resistere, quominus faciat ipse quod vult; quandoquidem etiam de ipsis hominum voluntatibus quod vult, cum vult, facit... habens humanorum cordium, quo placeret, inclinandorum omnipotentissimam potestatem. “ Et superaddit: „ In cordibus hominum quod voluerit, operatur... Magis habet in potestate voluntates hominum, quam ipsi suas. “ Et ideo sicut homo nolens, fieri solet volens, ita Deus ex nolentibus plerumque facit volentes: (56) „ Novit intus in ipsis hominum cordibus operari, non ut homines, quod fieri non potest, nolentes credant, sed ut volentes ex nolentibus fiant. “ Si ergo facere potest, quod is, qui credere volebat, velit credere, et cur efficere non valebit, quod peccator penitens, et sese ad Sacramentum aptans, voluntarie infernum meruat? Penitens isthæc timere vult, quia vult justificari, et timor ad justificationem requiritur: facilius autem est, ex volente timere, timentem voluntarie efficere; quam ex nolentem credere, facere volentem credere. Præterea penitens ille eligit, et amplectitur timorem uti medium ad justificationem obtinendam: quomodo itaque non erit ei voluntarius? At dives non eligit metum, sed hic ei invito à fure injicitur; nec amplectitur formidinem, sed pecuniæ traditionem ad salvandam vitam; et ideo timor ipsius non dicitur voluntarius.

37. S. Thomas inquit: (57) „ Deus operatur in voluntate, et in libero arbitrio se-

(53) 1. 2. q. 41. 2. ad 1.

(54) C. 2. 27. et 28.

(55) De corr. et gratia c. 14. n. 45.

(56) Contra duas epist. Pelagianorum l. 1. c. 29. n. 17.

(57) 2. Sent. d. 25. q. 1. 2. ad 1.

„ cundum ejus exigentiam: unde etiamsi voluntatem hominis in aliud mutet, nihilominus tamen hoc sua omnipotentia facit, ut illud, in quod mutatur voluntarie vellet; et ita coactionis ratio tollitur. “ Quapropter cum ex peccatore non timentem, facit timentem, ei præbet congrua, et efficacia auxilia, ut voluntarie, et sine coactione timere velit, et timeat reapse. Tanta est gratiæ divini virtus, atque efficacia, ut ea etiam, quæ natura ipsa magis horret, uti supplicia, et mors, etsi volenter illata sint, suavia interdum reddat, et dulcia, tolerenturque idcirco voluntarie, ac lætè. Unde Ecclesia in officio S. Stephani Protomartyris ait: „ Lapidibus torrentis illi dulces fuerunt, ipsum sequuntur omnes animæ justæ. “ Ac de SS. fratribus Marco, et Marcellino refert, quod cum Tyrannus eos crudeliter torquens dixisset: „ Responde: „ Namquam sipiscite miseri, et vos ipsos ab his cruciatibus eripite: “ responderunt: „ Namquam tam jucunde epulati sumus, quam hæc libenter Jesu Christi causa perferimus, in cuius amore nunc fixi esse cepimus: utinam tandiu nos hæc pati sinat, quandiu hoc corruptibili corpore vesciti erimus “ Ubi constat, supplicia eis non solum suavia, et dulcia, sed etiam summopere fuisse voluntaria, siquidem libenter ea tulerunt, et ab eis se eripere noluerunt, sed in illis potius permanere concupierunt. Itaque si gratia hæc omnia præstat, nonne efficere etiam poterit, ut homo voluntarie infernum timeat? Hoc sane facilius est, quoniam timor nobis non ita repugnat, sicut cruciamenta, et mors.

38. Sed oppones hæc verba S. Thomæ: (58) „ Etsi per hujusmodi timorem aliquis bonum facit, non tamen bene facit, quia non facit sponte, sed coactus metu, tu poenæ, quod proprie est servorum. “ Sedenim de eo timore loquitur, qui poenam refugit, non culpam, qui idcirco nec supernaturalis, nec in hoc laudabilis est. Unde ante præmiserat: „ In quantum talis timor non refugit malum, quod opponitur bono spirituali, scilicet peccatum, sed solum poenam, non est laudabilis. “ Hic autem agitur de timore laudabili, ac supernaturali, qui nedum poenam, sed etiam culpam fugit, viratque juxta ejus doctrinam Cap. VIII. n. 5. relatum.

39. Exin tamen, ais, hæc adversus Dissertationem emergit difficultas: Timor supernaturalis, de quo disseritur, et prævie ad gratiam disponit, poenam, et culpam fugit: est igitur initialis: hic namque utriusque fuga est: initialis vero timor ab imperfecta prodit charitate, subdit enim D. Thomas: (59) „ Sicut autem timor initialis causatur ex charitate imperfecta, ita hic timor (castus) causatur ex charitate perfecta. “ Timor itaque, qui prævia est preparatio, exit à charitate imperfecta. Ast licet uterque timor nimirum servilis, et initialis, poenam, et culpam fugiat, hoc tamen ex eodem interest, quod (60) „ Poenam principaliter timor servilis respicit, timor autem initialis secundario: “ quoniam (61) „ Timor initialis non timet poenam sicut proprium objectum, sed in quantum habet aliquid de timore servili adjunctum. “ Deinde servilis fugit culpam propter Deum judicem, et vindictam; initialis peccatum vitat propter Deum summe bonum, et super omnia dilectum; id namque poscit charitas, qua causatur. Servilis prævie disponit, initialis non antecedenter, sed concomitanter; hæc enim cum peccato est, sed cum gratia; nec aversionem à Deo, sed potius cum eo unionem secum habet, et præcipue refugit separationem: ac propterea charitas, ex qua procedit, imperfecta dicitur, quia remissa est, secus vero quia cum gravi culpa conveniat. (62) „ Iste timor, inquit idem, dicitur esse initialis, quia non let esse in hominibus in principio suæ conversionis: timent enim poenam propter peccata præterita, et timent separari à Deo per peccatum propter gratiam charitatis infusam. “ Quinimo charitatem seu dilectionem Dei super omnia, quæ cum peccato coeat, hic quoque excludere videtur dicens: (63) „ Spiritus Sanctus duos effec-

O o

(58) In Epist. ad Rom. cap. 8. lect. 1.

(59) Ibi.

(60) 1. 2. q. 19. 2. ad 4.

(61) Ibi art. 2. ad 2.

(62) In Epist. ad Rom. cit. lect. 1.

(63) Ibi.

tii iustitiani, (13) timor qui peccandi voluntatem non expellit, hanc Dei, sed hominum timor est. Et juxta S. Bonaventuram, (14) qui supernaturaliter timet, habet voluntatem peccandi, non in actu, sed in habitu, et radice, hoc est in peccato habituali, aut in habitu vitioso, aut in concupiscentia, seu fomite. Peccandi autem voluntas in hoc posteriori sensu ante justificationem non extinguitur; et ideo timor, et attritio, quod illam non pellant, remotæ, ac insufficientes dispositiones appellari non debent.

8. Contendant tamen Adversatores, attritum hominem, si culpam vitet, et excretur, id solummodo facere, ut ab inferno, quem reformidat liberetur: quod satis non est, inquit, ut prævie adjustificationem comparetur, sed insuper requiritur, quod tam abominetur, quia est Dei offensæ; quo pacto illam odio non habet, nisi is, qui Deum ipsum diligit. Verumtamen homo attritus culpam odit, ut est offensæ Dei punientis, et præmittantis, sic enim à timore, et spe, quibus affectus est, prospicitur. Eam item ut est offensæ Dei summe boni, et super omnia amabilis detestatur; ac non prævie, sed concomitantem; hæc namque detestatio ad charitatem spectat, quæ non ante justificationem, sed in ea illi confertur. Deinde hi, qui infernum fide divina credunt, aliquando cum mente prospectant, ut est malum quoddam naturali ipsorum bono, seu propriæ naturæ summopere repugnans, ac dissentaneum: et metus, quem tunc eisdem infernus incutit, naturalis est; res enim qualibet, id quod sibi nocere valet, naturaliter formidat. Si hoc metu percussus culpam vitant, eam solummodo vitant, ut ab æterno serventur incendio. Imo si in hac præservatione finem suum ultimum constituent, qui in Deo dumtaxat ponendus est, nedum naturalis, verum et criminis erit eorum timor. Aliquando infernum eisdem ipsi considerant, ut bono divino à nobis obtinendo est contrarius, et ad illud fruendum obex perpetuus: et timor, quem tunc concipiunt, supernaturalis est, eoque illi perterriti culpam omittant, non solum ut ab inferno ipso liberentur, sed etiam ut divino bono in æternum perficiantur. Præterquamquod homo attritus nedum metu agitur, sed etiam supernaturali spe, aut fiducia, cujus objectum æterna est beatitudo, sive Deus ipse creaturam suam beatus: et ideo culpam vitat homo ille, non tantum ut à gehennalis flammis liberetur, sed insuper ut cœlesti beatitudine, Deique beatis consortio æternaliter valeat potiri; ac subinde culpam item vitare dicendus est, ut gratiam, charitatem, penitentiam, dilectionem, et contritionem inveniant; istæ enim media sunt, ad consequendam beatitudinem necessaria.

9. Ceterum ut amplius attritionis sufficientiam impugnent, propugnanteque initialis amoris necessitatem, nonnulla SS. Patrum loca laudant, in quibus affirmati videntur, non esse bonum id, quod de radice charitatis non surgit; et sine amore neque ullum opus bonum, neque virtutem aliquam consistere. Sed quorsum hæc? Numquid attritio sine amore bona non est? At Alexander VIII. assertum hoc proscriptit: 15. „Attritio, quæ ex gehennæ, et pœnarum metu concipitur sine dilectione benevolentie Dei propter se, non est bonus motus, ac supernaturalis.“ Deinde si absque amore Dei, nec opus bonum extat, nec virtus, verum esset, quod Quessnellus, et Bajus docuerunt, hic, videlicet, inquit: 25. „26. „Omnia opera infidelium sunt peccata, et Philosophorum virtutes sunt vitia.“ Ille verò dicens: 49. „ut nullum peccatum est sine amore nostri, ita nullum est opus bonum sine amore Dei.“ Sed cum Ecclesia theses hujusmodi confixerit, tenendum est, quod ante charitatem, et charitatis amorem consistunt et bona opera tam naturalia, quam supernaturalia, uti attritio ipsa, actus credendi, sperandi, honorandi parentes, tribuendi elemosynam, ac similes; et virtutes aliquæ, ut fides, spes, pietas, misericordia, et alia. Eapropter dum Patres induunt, opera nostra sine charitate non esse bona, loquuntur, haud quidem de morali, sed de meritoria æternæ vitæ bonitate, quæ illis deest prorsus, dum charitate non informantur. Idem de virtutibus dicendum est; ipsæ enim, absente charitate, virtutes revera sunt; carent tamen præcipua virtutis perfectione, nimirum meritoria, quam eisdem, dum adest, charitas tribuit. Ceterum per-

(13) Vide hinc cap. 8. n. 5.

(14) ibi n. 19.

fectio isthæ extrinseca virtutibus ipsis est: (15) „Charitas, ait D. Thomas, non est perfectio intrinseca aliarum virtutum, sed extrinseca:“ et idcirco perfectio ista deficiente, qualibet earum hæc virtus est, sed meritoria non est: (16) „A proprio fide, ne, inquit ipse, et à proprio objecto qualibet virtus habet formam specialem, per quam est hæc virtus: sed à charitate habet quamdam formam communem, secundum quam est meritoria vitæ æternæ.“

10. Insistant nihilominus ultra illi agentes, quod ut opera nostra bona sint, debent in finem charitatis, id est, in Deum super omnia dilectum ordinari: cum autem hoc fieri nequeat absque charitatis amore, necessarius erit, inquit, ut attritio bona sit, et impium præparet ad justitiam. At attritionem amoris expertem bonam, et supernaturalem esse, de fide est, sine quo idcirco aptare impium poterit ad justitiam. Præterea ab Ecclesia repudiatur doctrina hæc Quessnelli: 53. „Sola charitas christiano modo facit actiones Christianas per relationem ad Deum, et Jesum Christum:“ quocirca attritio, et aliz actiones nostræ esse possunt christianæ, et christiano modo factæ, ac proinde bonæ quamquam desit charitas, quæ eas in Deum, et Jesum Christum referat. Deinde ordinatio operum in Deum ultimum finem super omnia amatum sit actus dilectionis à virtute charitatis, et gratia procedente, sicut statim cap. IX. n. 35: cum vero actus iste jam meritorius sit, ordinatio illa etiam erit meritoria, ac propterea censenda est necessaria, ut opera nostra meritum habeant, secus autem ut bona sint; et ideo dum honesto fine, sive ob honestatem virtutum sunt, non mala, sed bona sunt; tuncque in Deum, etsi non dilectione charitatis, ratione aliqua referuntur, quatenus videlicet honestas illa à Deo est, et ad Deum ordinatur. Et exinde fit, quod relatio operum in finem charitatis non ante justificationem, sed in ea ipsa fit amore concomitante; atque idcirco non in peccatoribus, sed in justis reperitur, ut laudato capite dixi cum D. Thoma, qui id ulterius innuit agens: (17) „Aut actus ille erit in finem debitum ordinatus, et hoc non potest esse nisi per charitatem in habente charitatem.“ Ordinatio operum in finem debitum, id est, in Deum super omnia amatum, si non potest esse nisi per charitatem in habente charitatem, in justis unice, et non peccatoribus consistet, quia non isti, sed illi charitatis virtute exornantur: ac propterea amor initialis, quod non in habente charitatem, sed in peccatore charitatis exsorte foret, ineptus esset, ad hanc ordinationem efficiendam. Hæc præterea docet Angelicus Magister: (18) „Est de ratione charitatis, quod Deus super omnia diligatur.“ (19) Quilibet autem actus peccati moralis talis contrariatur charitati, secundum propriam rationem, quæ consistit in hoc, quod Deus diligatur super omnia, et quod homo totaliter illi se subjiciat, omnia sua referendo in ipsum.“ Et hinc conficitur, quod ubi non est charitas, nec Deus diligitur super omnia, nec omnia in Deum referuntur, sicut opus, quod est de ratione hominis, et ei convenit secundum propriam rationem, nequitiam, ubi non est homo, exercetur. Et ideo hujusmodi dilectionem, et relationem efficiendi ante justificationem onus subire non debet peccator, quia charitatem non habet, quemadmodum operatio, quæ est hominis propria, ei nullatenus injungitur, qui homo non est.

11. Ajunt quoque, initialem amorem ad hoc requiri, ut impius se ad Deum convertat. Verum neque ad id eum existimo necessarium, quandoquidem peccatoris conversio duplex est, altera nimirum antecedens, imperfecta, et ad gratiam suscipiendam cum disponens: altera concomitans, perfecta, et eundem justificans. Prior fit timore inferni, et dolore de peccatis, seu attritione, quæ utrumque habet: unde Tridentinum de gehennæ metu inquit: „Per quem ad misericordiam Dei de peccatis dolendo contugimus.“ Posterior vero, gratia, charitate, et contritione peragitur, juxta D. Thomam dicentem: (20) „Primum igitur, quod in penitentia requiritur, est ordinatio mentis, ut scilicet mens convertatur ad Deum, et avertatur à peccato, dolens de commisso, et proponens non committendum: quod est de ratione

(15) De virtutibus. q. 2. a. 5. ad 5.

(17) De veritate. q. 14. a. 5. ad 13.

(19) 2. 2. q. 24. art. 12. c.

(16) ibi 2. 1. ad 9.

(18) De virtutibus. q. 2. a. 6. c.

(20) lib. 4. contra Gent. c. 72.

proindeque attritio, quod hanc extirpationem non operetur, dispositio insufficientis nullatenus vocanda est. Si voluntas illa peccatum actuale dicatur, attritio eam deputari mihi perspicuum est; nam attritio est dolor de peccatis ex gehenna supernaturali timore ortus; timore autem peccatum expelli, Scriptura, et Patres concorditer asserunt: et loquuntur de peccato actuali, non de habituali, hoc namque haud timore, sed gratia extinguitur. Dolore quoque actualis culpa praepeditur, siquidem dolorem supernaturalem de peccatis habere, et simul actu peccare, impossibile videtur. Unde Tridentinum docet, (7) quod timore et dolore a peccando abstinemus. Aliis quoque attritionis comitibus, et praesertim proposito non peccandi de cetero adversum, ac repugnans aequae est actuale peccatum: quis enim crediderit, eum, qui actu delinquit, verum, et supernaturale non delinquendi habere propositum? Eapropter quamvis attritio istiusmodi peccatum se ipsa non impediret, illud sane sociorum suffragio prohiberet. Et ideo non insufficientis, sed sufficientis dicenda est preparatio: arceat namque voluntatem peccandi, quae ante justificationem propulsanda est, eam scilicet, quae in actuali culpa consistit.

4. Timorem inferni non improbant quidem, sed talia de eo comminiscuntur, ut decipi valeant incauti, existimantes illud haud in bonis, sed in malis operibus obtinere locum: ajunt enim voluntatem peccandi, ac desiderium peccati habere secum; nec non timem, dum culpam metu poena vitat, seipsum aspiciere uti finem ultimum; et insuper in corde suo peccare, ferique reum coram Deo, quia mallet peccatum committere, quam omittere, si posset impune. Ita illi. Sed hoc in primis simile est Quenellianae thesi 62: „ Qui a malo non abstinere, nisi timore poena, illud committit in corde suo, et jam est reus coram Deo. “ Deinde quis pravum potius, quam probum timorem non dixerit, si tot maculis aspergitur? Quisquid ea, quae nosmetipsos cum finem ultimum aspectantes facimus, criminosa non sunt? Numquid culpa, quae in corde admittitur, non est vera culpa? Numquid res, qua homo reus efficitur coram Deo, non est mala, et peccatum? Ast juxta Ecclesiae doctrinam inferni timor non est peccatum, sed motus bonus, ac supernaturalis, et per eum a peccando abstinemus. Unde perspicuum videtur, eum in corde minime peccare qui ibi hunc habet timorem. Nec congruere admodum reor hac Initialistarum responsio Christo Domino timorem illum praecipienti: (8) „ Timete eum, qui potest et animam, et corpus perdere in gehennam: quis namque sibi suasset, piissimum Redemptorem rem nobis injungere, quam nos peccato, et reatu aeternae damnationis exequimur? Nonne manifeste id repugnat ardentissima ipsius charitati, qua nos a peccato, et reatu illo sui sanguinis pretio redimere, ac liberare voluit? Mihi saltem certum apparet, quod in homine attrito timor inferni illibatus prorsus sit, quia Dominus illum praecipit, quia Ecclesia eum non esse peccatum, sed actum supernaturalem, et quod per ipsum a peccando abstinemus, docet, et quia in homine illo eosdem, ac attritio socios habet, quorum causa a multiplici ea perversitate immunis esse debet, sicut et attritio ipsa. Praesertim quia timor, de quo agitur, adjunctus sit Penitentiae Sacramento, cujus consortio vitium omne, siquod tamen ei adhaeret, eradicae penitus valet: virtus enim Sacramenti majora, et mirabiliora operatur, nempe peccati habitualis destructionem, sanctificantis gratiae infusionem, virtutum, ac donorum Spiritus Sancti collationem.

5. Nec opus est summi satis distinctione ipsis familiari tutantur, asserentes, videlicet, labes eas omnes non intrinsecas, et vitio suo, sed extrinsecas, et timentis culpa timori evenire: quandoquidem si hoc ita foret, nos per gehenna metum a peccando non abstinere, ut Ecclesia docet, sed peccaremus potius; ac propterea verum esset, quod Quenellus docuit, eum scilicet, qui a malo abstinere timore peccat, peccare in corde suo et reum fieri coram Deo. Deinde esus carniem in die veneris extrinsecus duntaxat, et edentis vitio malus nuncupatur; hoc autem sufficit, ut esus ipse peccatum sit, et qui est, peccet, et qui esse jubeat, peccatum jubeat. Id ipsum ostendi etiam potest in actibus honorandi parentes, operendi nudum, largiendi elec-

(7) Sess. 6. can. 8.

(8) Matth. 20. 18.

mosynam, et aliis id genus operibus sexcentis, quae etsi aliunde bona sint, mala sunt, et peccata, si extrinsecas, et operantis culpa maculentur, ut accidit, dum quis ea ob finem pravum exercet. Quocirca si timor inferni extrinsecus, et timentis vitio inficitur, ipse quoque infedus erit: ac subinde qui infernum timet, peccabit, et qui timorem alteri suaserit, peccabit itidem. Unde fietet ulterius, quod peccator, qui sine Dei amore infernum timet, de hoc timore dolere, cum in confessione aperire, et propositum sic iterum non timendi habere, obsecratus erit: quemadmodum supra dictum carniem esum cum dolore, et emendationis proposito conficitur. Verum haec omnia, quae horrenda satis apparent, statutis Ecclesiae maxime adversantur; ipsa enim eos damnat, qui timorem inferni peccatum dicunt, et docet insuper, eum esse actum bonam, ac supernaturalem. Quocirca Alexander VIII. hanc thesim proscripsit: 14. „ Timor gehenna non est supernaturalis. “ Et Tridentinum ait: (9) „ Si quis dixerit, gehenna non est metum per quem ad misericordiam Dei de peccatis dolendo confugimus, vel a peccando abstinemus, peccatum esse, aut peccatores peiores facere, anathema sit. “ Eumvero supernaturalem timor si voluntatem peccandi, et peccati desiderium secum esse timentis causa pateretur, similis omnino esset timori serviliter servili, qui labes eas ejusdem timentis vitio secum semper habet: ac propterea sicut iste malus ob id ab omnibus censetur, sicut et ille pravus dici debet.

6. Praefata Initialistarum distinctio D. Thomae adversa etiam videtur, ipse namque usum timoris servilis innoxium esse, ita ostendit: (10) „ Cujus usus malus est, ipsum etiam malum est, quia non potest arbor bona fructus malos facere: Matth. 7. “ Sed timor servilis est bonus, cum sit a Deo: Ergo usus ejus bonus est. Praeterea usus timoris servilis est abstinere a peccato, et ad sapientiam introducere. Hoc autem est bonum: Ergo usus timoris servilis est bonus. “ Nullum itaque in usu timoris servilis peccatum est, secus enim timor ipse peccatum foret, siquidem ejus usus malus est, ipsum etiam malum est: timorem vero qui malum dixerit, haereticus erit. Deinde qui timore servili utitur, id est, qui infernum metu it serviliter, peccato abstinere, et ad sapientiam introducitur: et ideo nec extrinsecus peccare dicendus est, alioquin neque a peccato abstineret, ut perspicuum est, neque ad sapientiam introduceretur: (11) „ Quoniam in malevolam animam non introibit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis. “ Docet praeterea ipse, quod timori mundano adesse culpa solet; secus vero servili ac proinde quod nunquam homo peccat, sed potius vitat peccatum, dum infernum serviliter formidat, sive dum ipsum timendo fugit: quod clarum mihi est, quoniam si peccaret, dum timet infernum, non fugeret, sed magis ad eum accederet, quia peccato suo aeternum supplicium sibi promereret: (12) „ Poena, inquit, est duplex. Una pro cuius vitiatione peccatum quandoque committitur, sicut sunt temporales poenae: et hanc poenam relinquit timor mundanus, vel humanus. Alia est pro cuius vitiatione nunquam sit peccatum sed magis vitatur, sicut poena, quae erit post hanc vitam: et hanc poenam fugit timor servilis. “ Attritus ergo homo dum serviliter, sed supernaturaliter infernum timet, (de hoc namque asatur timore) nunquam peccat sed magis peccatum vitat: et ideo neque extrinsecus dicendus est delinquere, neque vitio suo timorem ipsum maculare.

7. Exinde autem fit, testimonia SS. Patrum, quae Initialistae afferunt, in quibus asseritur, timorem poenae voluntatem peccandi non auferre, nosque peccare intus facere, et reos coram Deo constituere, intelligenda esse de timore mundano, aut de metu serviliter servili, qui naturales, et pravi sunt; secus vero de supernaturali inferni timore, qui a Spiritu Sancto nobis inficitur, ut nos excitet, moveat, preparet ad inquirendam, et obtinendam culpam remissionem, sive ad nostram justificationem; et supernaturalem insuper dolori de peccatis, proposito non peccandi, aliisque attritionis comitibus, necnon Sacramenti receptioni copulatur. Deinde ex sententia B. Lauren-

(9) Sess. 6. can. 8.
(11) Sup. 2. 4.(10) 1. Sent. d. 14. q. 2. art. 2. quaestione. 2.
(12) loco citat. Sent. 2. 1. quaestione. 2. Sol.

„tus facit in nobis: unum quidem timoris. Isai. 11. 3. Replevit eum Spiritus timoris Domini: alium amoris supra. v. 5. Charitas Dei diffusa est per Spiritum Sanctum in cordibus nostris, qui datus est nobis.“ Amorem Dei à charitate docet exire, quæ est per Spiritum Sanctum inhabitantem: cum autem charitas hujusmodi non culpæ, sed gratiæ habeat consortium, cum hac, et non cum illa Dei amor similiter erit. Air insuper: (64) „Sicut hic timor (penæ) facit servitutem, ita amor charitatis facit libertatem filiorum: facit enim hominem voluntarie ad honorem Dei operari, quod est propriè filiorum.“ Verus itaque charitatis amor destruit peccati servitutem, quæ sufficit libertatem filiorum, et homines proinde Dei filios constituit: quapropter nullatenus in his, qui gravi noxa incipiunt esse valebit: si namque neque liberi, neque filii Dei sunt, sed Diaboli potius filii, et servi. Vide supra n. 7.

(64) Ibi.

ALERE FLAMMAM
VERITATIS

CAPUT. XXXI.

Quæ fuse hætenus dicta sunt, compendiarie iterum traduntur.

1. Quoniam Dissertatio ista paulo amplius, quam proposueram, sensim protrahata est, ipsius epitomen nunc exhibere, ratus sum opportunum, ut quod opus integrum nolit evolvere, doctrinam, quæ in eo est, summariam expositam hic inveniat. Igitur attritio supernaturalis per se impium ad justificationem parat, sed remota duntaxat: fit autem proxima penitentis dispositio, sicut et materia Sacramenti proxima, ipsiusmet Sacramenti adjunctio, sive passionis Christi virtute, quæ nobis per Sacramenta applicatur: (1) „Sacramenta Ecclesiæ, ait D. Thomas, specialiter habent virtutem ex passione Christi, cujus virtus quodammodo nobis copulatur per susceptionem Sacramentorum.“ Virtus hæc mirabilis attrito homini per Penitentis Sacramentum copulata, nedum ei confert gratiam sanctificantem, verum et ejus attritioni, ut proxima fiat dispositio, ac materia, vim quoque tribuit, quæ minor est incomparabiliter quam gratia. Ast attritio ipsa proxime dispositionis, ac materiæ dum Sacramenti adjumento munus explet, præter dolorem de peccatis, in quo ipsa est, secum præcipuis habet actus fidei, spei, timoris, amoris concupiscentiæ, quo penitens culpæ suarum veniam, gratiam Dei, ejusque amicitiam ardenter optat, sedulo quarit, anxie flagitat. Habet insuper propositum confitendi, satisfaciendi, et de cetero non peccandi, seu inchoandi novam vitam, servandique divina mandata ac propterea habet item desiderium rediscipendi virtutes charitatis, et penitentis, quæ iussa adimpleat dilectionis, et contritionis, Deum scilicet ex charitate amans, dolensque de peccatis propter Deum ipsum summe dilectum. Hisce desideris incensus, operibusque ornatus attritus homo, dum Sacramentum suscipit, sanctificanti gratia donatur, quæ ex injusto fit justus, ex inimico amicus, ex filio diaboli filius Dei, et ex sinistra ad dexteram transfertur: virtutes tum quoque accipit quæ à gratia nunquam divelluntur, videlicet charitatem, et penitentiam: ex vero illico actus suos efficiunt, nimirum dilectionem, et contritionem, quibus homo ipse attritus non solum implet contritionis et dilectionis mandata, sed fit etiam ex attrito contritus. Ac hujusmodi dilectio, et contritio, quod virtutum gratiam comitantium actus sint, non antecedentes illam, sed concomitantes sunt præparaciones. Supramemorata vero opera, quæ attritioni ante justificationem consociari dixi: cum ad gratiam, et charitatem, earumque ope-

(1) 3. part. q. 62. art. 5. c.

rationem, nempe dilectionem Dei super omnia dispositio sint, et ad ipsas nanciscendum ordinentur, homo attritus prædicta opera exercens, jam tum dispositive, et indum choate, seu initialiter Deum super omnia, et ex charitate diligere censei valet. Præsertim quia inter opera illa habet Dei timorem, de quo dicitur: (2) „Timor Dei initium dilectionis ejus:“ et sermo est præcipue de timore servili, teste D. Thoma dicente: (3) „Timor, qui est initium dilectionis, est timor servilis, qui introducitur ad timorem initialem, sicut seta introducit linum, ut Augustinus dicit. Vel si hoc referatur ad statum charitatis perfectæ.“ Unde fit, attritum hominem, qui in peccato adhuc est, habere quidem timorem servilem, ex eo enim ejus prodit attritio; secus autem initialiter: iste namque sine crimine est, quia jam introductam supponit charitatem: et ideo non est initium charitatis absolute, sed accessionis charitatis, seu charitatis perfectæ. Verum quemadmodum timor isthic, quod in exordio conversionis adesse soleat, initialis appellatur, sicut in fine præcedentis capituli asserui cum eodem D. Thoma, ita dilectio ipsa concomitans, quod in ipso justificationis momento incipiat, initialis similiter nuncupari potest.

2. Hæc summa doctrinæ est, quæ in hac Dissertatione stabilitur: sed ut eam funditus quantant, machinamenta nimis multa struunt Initialis, quæ nunc pariter compendificanda, et evertenda sunt. Nedum dilectionis initium, sed et ipsamet vera charitatis dilectionem penitentibus ante eorum justificationem injungunt indispensabiliter. Attamen momenta, quæ ut id evincant, producant, satis ostendunt dilectionem desiderari, quod ipse ultro fateor: nequaquam vero probant, quod penitens ante justificationem, ante gratiam, ante charitatem, et una cum peccato mortali habere debeat, et valeat vere charitatis dilectionem: Hoc autem potissime, et ante omnia erat convincendum: alioquin ego semper dixerim, dilectionem hujusmodi requiri quidem ad justificationem, ac non præviæ, sed concomitanter: ac propterea confitebor equam lubens, quod peccator Deum ex charitate amare observatus sit, sicut et celestem vitam tenere sibi emereri: sed quemadmodum justificari prius debet, ut mereat, ita ut diligat. Deinde complura Scripturæ, et Patrum documenta congerunt, in quibus de charitate perfectæ, et justificante sermo est perspicue: quocirca vel incongrue ea documenta in controversia ista exhibentur: vel perfectæ illa charitas erit prævia ad Sacramentum dispositio, quod nemo hodie asserit, sed neque asserere potest sine erroris periculo: quoniam charitas adeo perfectæ, si secum ante Sacramenti receptionem jam habet sanctificantem gratiam hanc nunquam efficit Sacramentum: si absque gratia ista constiterit, extabit perfectæ charitas sine justificatione, et remissione peccatorum: utrumque autem erroneum est, alterum videlicet Contritionistarum dogma, alterum Bajanistarum hæresis. Ita nimirum amoris tuentur necessitatem.

3. Ut attritionis evellant sufficientiam, eam dicunt, non depellere peccandi voluntatem, quæ arenda est ante justificationem, ut sonat Tridentinum. (4) Ast ob hanc ipsam rationem et attritionem reprobat, et ea hominem consensit hypochritam, ac magis peccatorem affirmavit Lutherus, (5) cui idem Concilium anathema dixit, (6) Initialis vero rogandi sunt: quum voluntas peccandi peccatum sit? Si enim infanticus, justificationi ipsa non obeat, et ideo neque ante justificationem pellenda erit necessario, sicut non excluduntur ante eam concupiscentia, habitus vitiosi, et alia peccatorum reliquia, quæ peccatum non sunt: ob idque attritio sufficienter aptare impium poterit, quamvis voluntatem illam non expellat. Si ajunt, interrogandi iterum sunt: utrum voluntas peccandi sit peccatum habituale, vel actuale? Si habituale fuerit, haud attritione, et ante justificationem, sed gratia unica in justificatione ipsa extirpabitur,

O o §

(1) Eccli. 27. 16.

(4) Sess. 14. cap. 4.

(5) Sess. 14. cap. 5.

(1) 2. 2. q. 19. 2. 8. ad. 1.

(7) ejus verba dedi cap. 6. n. 10.

„ contritionis. Hæc vero mentis reordinatio sine gratia esse non potest: Nam mens „ nostra debite ad Deum converti non potest sine charitate: charitas autem sine gra- „ tia haberi non potest.“ Amor itaque initialis neque ad priorem, neque ad poste- riorum peccatoris conversionem eidem opus est.

12. Sedenim quò utramque sententiam æqua iudicii lance ponderare valeas, et discernen, quod alteram ab altera secerit potissimum, perpendas interest, utra conficiat sit doctrinæ orthodoxæ, satis, ut arbitror, supra ostensum est, Initialistas quædam stabilire, quæ proscriptis ab Ecclesia thesibus plus æquo assimilantur. Nonnulla insuper pro sua opinione afferre momenta solent, quæ probare videntur, gehennæ formidinem, et attritionem res esse criminosas, et improbandas. Quin et eisdem in attritionis sufficientiam utuntur argumentis, quæ sepius urgent hæretici, dum suadere conantur, actus attritionis, et timoris motus esse pravos: sed cum Ecclesia probos, ac supernaturales eos dixerit, conficere proclive est, Initialistarum placita, quæ illiusmodi fulciuntur documentis, à veritate, quæ Ecclesiæ statutis deesse nequit, aliquatenus dissentire, siquidem, ut ait B. Gregorius: (21) „ Veritas fulcra non querit auxilio „ falsitatis.“

13. Verumtamen attritionisticum systema, quod propugno, nedum à navis istis immune prorsus, sed et consentiens admodum censeo Scripturæ divinæ, quæ hominibus noxa infectis jubet sapissime, penitentiam ex metu peragendam: hanc etiam Prophetæ eisdem præscripserunt: hanc Christus Dominus præcepit: hanc Baptista inunxit: hanc Apostoli prædicarunt: sed de penitentia, quæ ex prævio amore charitatis progrediatur, penitus tacuerunt. Conversiones impiorum hominum in eadem ipsa Scripturæ narrantur valde multæ sine vestigio ullo amoris veræ charitatis, qui eorum justificationi præverit. Quare ibi Hebræi Populi iteratam penitentiam: perquire Bechulienisium, et Ninivitarum respicientiam: vestigia Acabj, Manassæ, publicani, prodigi, Petri, et Sauli exempla: lege aliorum delinquentium expiationem, et procius invenies culpam confessionem, detestationem, et odium, necnon mœrorem, humilitatem, fletus, clamores, orationes, jejunia, sacrum, cinerem, scissuram vestium, et alia doloris, ac timoris indicia; amorem verò charitatis minime reperies. Rei tamen isti omnes charitatis habuerunt dilectionem, sine qua nemo unus extra Sacramentum justificatur; de qua nihilominus silet Scriptura, dum enarrat, quid illi ante justificationem egerunt, ut culpam suarum veniam assequerentur. Quis ergo exinde non concluderet, dilectionem charitatis ad opera, et dispositiones, quæ præviæ, et ante justificationem adhibentur, nullo modo spectare? In Magdalenz conversione amor quidem exprimitur: (22) „ Re- „ mittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum:“ verum amor isthic excellens valde fuit; et ideo vocari nequit prævius, initialis, ac imperfectus, de quo disceptatur, sed perfectus potius, atque concomitans. Itaque cum inter opera salutaria, quæ peccatores ad Deum redeuntes, antecederent persequerentur, amor neutiquam nominetur: et qui memoratur, non prævius, sed concomitans extiterit, ipsum non præviam ad justificationis recipiendam gratiam, sed concomitantem esse dispositionem, haud temere quis deduxerit.

14. Habes igitur, erudite Lector, propriæ et contrariæ sententiæ synopsis, ut libris utriusque momentis, ei calculum adjicias, quam verisimiliorem, et ab hæreticorum deliramentis remotiorem dijudicaveris. Tibi hoc integrum est: mihi vero jamjam necessarium, finem imponere huic Dissertationi, quam Sapientum censura, et correctioni, ac præsertim iudicio Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, quæ veritatis Magistra est infallibilis, perquam libenti animo submitto. Postremo: (23) „ Si quid de istis rebus invenisti melius, „ sive inveniri poteris, gratissimum habebimus, si nos feceris nosse: Ego enim magis „ amo discere, quam docere.“

(24) „ Salve hominum, superumque salus, Servator Jesus,
„ Verus homo, verusque Deus, spes unica Salve.“

(21) lib. 11. Moral. cap. 15.

(22) Aug. lib. de Oïo Dulcissimi quæstibus in fine.

(23) Luc. 7. 47.

(24) Barcell. lib. 1.

INDEX RERUM.

- A**CTUS potior est in bonitate, et malitia, quam habitus. Cap. XVI. num. 4.
 Actus informis transeunt, et non formantur per gratiam. Cap. 1. n. 9.
 Actus sunt in justificatione formati, et magis perfecti, quam actus informes. X. 10.
 Actus recensentur, qui ad justificationem desiderantur. II. 2. III. 3.
 Actus penitentis sunt materia proxima Sacramenti Penitentiam. VI. 1.
 Vide *Habitus, Justificatio, Meritum, Præcepta.*
- ALBERTUS** Magnus (Beatus) docet, quod minima contritio omnes animæ maculas delet. XV. 15.
- ALEXANDER VII.** prohibuit, ne quis Attritionistarum, aut Initialistarum sententiam alicujus censuræ, injuriæ, aut contumeliæ nota taxare audeat. IV. 3.
 Favet Attritionistis. X. 3.
- AMBROSIVS** (Stus.) virginem lapsam hortabatur ad penitentiam ex metu peragendam. X. 6.
- AMICITIA** non est inter Deum et peccatorem. XXVI. 5. 6. 7. 9.
 Non peccator, sed Deus prior renovat amicitiam inter utrumque. Ibi. 17.
- AMOR** Dei in communi alius naturalis, alius supernaturalis. XXII. 3. 5. 7. 11. 12. 15.
 Alius charitatis seu amicitia, alius concupiscentiæ, seu spei. II. 2. 7. 13.
AMOR naturalis est duplex. XXII. 12.
 Disponit ad gratiam negativè. Ibi. 3.
 Potest esse absolute sine gratia et charitate; sed non in statu naturæ lapsæ. XIV. 16. XXII. 3. 7. 6. 11.
 Vide *Barri Præcepta.*
- AMOR** supernaturalis non est sine gratia. Ibi. 3. 5.
 In quo differat à naturali. Ibi. 3. 5. 11.
 Vide *Præcepta.*
- AMOR** charitatis fuit in Christo, et in Angelis in primo instanti. III. 2.
 Elicitor in momento justificationis. III. per totum.
 Sed non semper. Ibi. 8.
 Est insociabilis cum peccato mortali. XII. XIII. XIV. XVI. per totum.
 Opponitur omni peccato mortali. XVI. 8. 9.
 Nunquam est informis. XIV. 9. 12. 14. 15. XXIII. 6.
 Etiam remissus expellit peccatum. XII. 7. 11. 12. 13. XIV. 8.
 Est vitæ æternæ meritum. XII. 11. XVII. per totum. XXII. 5. XXV. 23. 24.
 Est perfectior habitu charitatis. XVI. 4.
 Est ab habitu charitatis. XIV. 9. XXV. 12. 13. 24. 28.
 Fieri potest in aliquo casu raro sine charitatis habitu. III. 21. XXV. 14.
 Est à gratia. XIV. 16. 17. 18. 19.
 Est à Deo in nobis habitante. XI. 4. XII. 3. 8. 9. XIII. 10. 11. 13. XIV. 2. XVII. 13. XXI. 5. 7. 17. 19. 21. 24. 25. XXIII. 13. 14. 15. XXX. 29.
 Est mensura remissionis culpæ, non quoad maculam, et poenam æternam, sed quoad poenam temporalem. XII. 12. XVIII. 21.
 Non est in peccatore serviliter timente. XIII. 14.
 Est pro ultima hora necessarius. XXIX. 2 n. 6.
- Amoris nomine intelligitur in hoc opere amor charitatis. IV. 8.
- AMOR** concupiscentiæ comitatur attritionem. II. per totum. VIII. 2.
 Vocatur desiderium. II. 17.
 Repertur in infidelibus. Ibi. 16.
 Convenit omni virtuti. Ibi. 11.
 Vocari valet amor justitiæ. Ibi. 8.
 Dicit etiam potest amor initialis. Ibi. 9. 17.
 Concupiscentia seu spe, et intuitu æternæ mercedis aliquid operari, bonum est. II. 15.
 XXX. 12. Vide *Quietista.*

„ contritionis. Hæc vero mentis reordinatio sine gratia esse non potest: Nam mens „ nostra debite ad Deum converti non potest sine charitate: charitas autem sine gra- „ tia haberi non potest.“ Amor itaque initialis neque ad priorem, neque ad poste- riorum peccatoris conversionem eidem opus est.

12. Sedenim quò utramque sententiam æqua iudicii lance ponderare valeas, et discernen, quod alteram ab altera secerit potissimum, perpendas interest, utra conficiat sit doctrinæ orthodoxæ, satis, ut arbitror, supra ostensum est, Initialistas quædam stabilire, quæ proscriptis ab Ecclesia thesibus plus æquo assimilantur. Nonnulla insuper pro sua opinione afferre momenta solent, quæ probare videntur, gehennæ formidinem, et attritionem res esse criminosas, et improbandas. Quin et eisdem in attritionis sufficientiam utuntur argumentis, quæ sepius urgent hæretici, dum suadere conantur, actus attritionis, et timoris motus esse pravos: sed cum Ecclesia probos, ac supernaturales eos dixerit, conficere proclive est, Initialistarum placita, quæ illiusmodi fulciuntur documentis, à veritate, quæ Ecclesiæ statutis deesse nequit, aliquatenus dissentire, siquidem, ut ait B. Gregorius: (21) „ Veritas fulcitur non querit auxilio „ falsitatis.“

13. Verumtamen attritionisticum systema, quod propugno, nedum à navis istis immune prorsus, sed et consentiens admodum censeo Scripturæ divinæ, quæ hominibus noxa infectis jubet sapissime, penitentiam ex metu peragendam: hanc etiam Prophetæ eisdem præscripserunt: hanc Christus Dominus præcepit: hanc Baptista inunxit: hanc Apostoli prædicarunt: sed de penitentia, quæ ex prævio amore charitatis progrediatur, penitus tacuerunt. Conversiones impiorum hominum in eadem ipsa Scripturæ narrantur valde multæ sine vestigio ullo amoris veræ charitatis, qui eorum justificationi præverit. Quare ibi Hebræi Populi iteratam penitentiam: perquire Bechulienisium, et Ninivitarum respicientiam: vestigia Acabj, Manassæ, publicani, prodigi, Petri, et Sauli exempla: lege aliorum delinquentium expiationem, et procius invenies culpam confessionem, detestationem, et odium, necnon mœrorem, humilitatem, fletus, clamores, orationes, jejunia, sacrum, cinerem, scissuram vestium, et alia doloris, ac timoris indicia; amorem verò charitatis minime reperies. Rei tamen isti omnes charitatis habuerunt dilectionem, sine qua nemo unus extra Sacramentum justificatur; de qua nihilominus silet Scriptura, dum enarrat, quid illi ante justificationem egerunt, ut culpam suarum veniam assequerentur. Quis ergo exinde non concluderet, dilectionem charitatis ad opera, et dispositiones, quæ præviæ, et ante justificationem adhibentur, nullo modo spectare? In Magdalenz conversione amor quidem exprimitur: (22) „ Re- „ mittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum:“ verum amor isthic excellens valde fuit; et ideo vocari nequit prævius, initialis, ac imperfectus, de quo disceptatur, sed perfectus potius, atque concomitans. Itaque cum inter opera salutaria, quæ peccatores ad Deum redeuntes, antecederent persequerentur, amor neutiquam nominetur: et qui memoratur, non prævius, sed concomitans extiterit, ipsum non præviam ad justificationis recipiendam gratiam, sed concomitantem esse dispositionem, haud temere quis deduxerit.

14. Habes igitur, erudite Lector, propriæ et contrariæ sententiæ synopsis, ut libris utriusque momentis, ei calculum adjicias, quam verisimiliorem, et ab hæreticorum deliramentis remotiorem dijudicaveris. Tibi hoc integrum est: mihi vero jamjam necessarium, finem imponere huic Dissertationi, quam Sapientum censura, et correctioni, ac præsertim iudicio Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, quæ veritatis Magistra est infallibilis, perquam libenti animo submitto. Postremo: (23) „ Si quid de istis rebus invenisti melius, „ sive inveniri poteris, gratissimum habebimus, si nos feceris nosse: Ego enim magis „ amo discere, quam docere.“

(24) „ Salve hominum, superumque salus, Servator Jesus,
„ Verus homo, verusque Deus, spes unica Salve.“

(21) lib. 11. Moral. cap. 15.

(22) Aug. lib. de Oïo Dulcissimi quæstibus in fine.

(23) Luc. 7. 47.

(24) Barcl. lib. 1.

INDEX RERUM.

- A**CTUS potior est in bonitate, et malitia, quam habitus. Cap. XVI. num. 4.
Actus informes transeunt, et non formantur per gratiam. Cap. 1. n. 9.
Actus sunt in justificatione formati, et magis perfecti, quam actus informes. X. 10.
Actus recensentur, qui ad justificationem desiderantur. II. 2. III. 3.
Actus penitentis sunt materia proxima Sacramenti Penitentia. VI. 1.
Vide *Habitus, Justificatio, Meritum, Præcepta.*
- ALBERTUS** Magnus (Beatus) docet, quod minima contritio omnes animæ maculas delet. XV. 15.
- ALEXANDER VII.** prohibuit, ne quis Attritionistarum, aut Initialistarum sententiam alicujus censuræ, injuriæ, aut contumeliæ nota taxare audeat. IV. 3.
Favet Attritionistis. X. 3.
- AMBROSIVS** (Stus.) virginem lapsam hortabatur ad penitentiam ex metu peragendam. X. 6.
- AMICITIA** non est inter Deum et peccatorem. XXVI. 5. 6. 7. 9.
Non peccator, sed Deus prior renovat amicitiam inter utrumque. Ibi. 17.
- AMOR** Dei in communi alius naturalis, alius supernaturalis. XXII. 3. 5. 7. 11. 12. 15.
Alius charitatis seu amicitia, alius concupiscentiæ, seu spei. II. 2. 7. 13.
AMOR naturalis est duplex. XXII. 12.
Disponit ad gratiam negativè. Ibi. 3.
Potest esse absolute sine gratia et charitate; sed non in statu naturæ lapsæ. XIV. 16. XXII. 3. 7. 6. 11.
Vide *Barcl. Præcepta.*
- AMOR** supernaturalis non est sine gratia. Ibi. 3. 5.
In quo differat à naturali. Ibi. 3. 5. 11.
Vide *Præcepta.*
- AMOR** charitatis fuit in Christo, et in Angelis in primo instanti. III. 2.
Elicitor in momento justificationis. III. per totum.
Sed non semper. Ibi. 8.
Est insociabilis cum peccato mortali. XII. XIII. XIV. XVI. per totum.
Opponitur omni peccato mortali. XVI. 8. 9.
Nunquam est informis. XIV. 9. 12. 14. 15. XXIII. 6.
Etiam remissus expellit peccatum. XII. 7. 11. 12. 13. XIV. 8.
Est vitæ æternæ meritum. XII. 11. XVII. per totum. XXII. 5. XXV. 23. 24.
Est perfectior habitu charitatis. XVI. 4.
Est ab habitu charitatis. XIV. 9. XXV. 12. 13. 24. 28.
Fieri potest in aliquo casu raro sine charitatis habitu. III. 21. XXV. 14.
Est à gratia. XIV. 16. 17. 18. 19.
Est à Deo in nobis habitante. XI. 4. XII. 3. 8. 9. XIII. 10. 11. 13. XIV. 2. XVII. 13. XXI. 5. 7. 17. 19. 21. 24. 25. XXIII. 13. 14. 15. XXX. 29.
Est mensura remissionis culpæ, non quoad maculam, et poenam æternam, sed quoad poenam temporalem. XII. 12. XVIII. 21.
Non est in peccatore serviliter timente. XIII. 14.
Est pro ultima hora necessarius. XXIX. 2 n. 6.
- Amoris nomine intelligitur in hoc opere amor charitatis. IV. 8.
- AMOR** concupiscentiæ comitatur attritionem. II. per totum. VIII. 2.
Vocatur desiderium. II. 17.
Reperitur in infidelibus. Ibi. 16.
Convenit omni virtuti. Ibi. 11.
Vocari valet amor justitiæ. Ibi. 8.
Dicit etiam potest amor initialis. Ibi. 9. 17.
Concupiscentia seu spe, et intuitu æternæ mercedis aliquid operari, bonum est. II. 15.
XXX. 12. Vide *Quietista.*

RELIGIO manet in peccatore catholico. IX. 43.

RIPALDA (Hieronymus) auctor catechismi probatissimi, in quo Attritionis docetur. XXVIII. 14.

SACRAMENTA operantur virtute passionis Christi. VI. 8. XXXI. 1.

Constat rebus sensibilibus, quia pro nobis sensu utentibus instituta sunt. XI. 9.

Tollunt non solum reatum poenae aeternae, sed etiam maculam peccati. XXIII. 4.

Continet, et conferunt gratiam. *Ibi.*

Alia sunt vivorum, alia mortuorum. XI. 10.

Quomodo recipi debeant. *Ibi.*

Sacramenta vivorum non postulant praevidere amorem charitatis, ac proinde nec mortuorum. *Ibi.* 10. 11. 12. 13.

SALMANTICENSES (Patres) vindicantur ab injuriis, et calumniis Concinae. XXVIII. à n. 11.

Quaedam ipsorum doctrina circa attritionis sufficientiam improbat. *Ibi.* 28.

SCHOLASTICUS quidem damnatus est, inquit Initialista, quia moriens poenituit ex timore, et non ex amore. XXIII. 23. 24.

SPES non quia speravimus, sed ut speremus, nobis confertur. XI. 5. 6. 7.

Manet in peccatore catholico, IX. 43.

Inclinatione quadam fertur in Deum ut nobis bonum. II. 11.

Hec inclinatio amor quidam est. *Ibi.*

Causatur ex amore boni sperati. *Ibi.* 9.

Est causa amoris, quo prosequimur boni sperati largitorem. *Ibi.*

Generat dispositivè charitatem. *Ibi.*

TERTULLIANUS ad exomologesim faciendam proponit non amorem, sed timorem. X. 6.

THOMAS (S.) Doctor Angelicus docet, spei, seu concupiscentiae amore erga Deum affici attritum hominem. II. per tot.

Charitatis etiam amorem, necnon contritionis opus ad attriti hominis justificationem desiderari. III. per tot.

Hujusmodi amorem, et contritionem esse dispositiones concomitantes. *Ibi.*

Timore inferni peccata vitari. VIII. 5.

Attritionem esse dispositionem sufficientem ad Baptismum, et Poenitentiam, interdumque ad Eucharistiam quoque, ad Confirmationem, et Unionem extremam. X. 9. 10. 11. 12.

Amorem Dei et gravem culpam esse insociabiles. XIV. per tot.

Nec parvam contritionem sceleribus adjungi. XV. per tot.

Dilectionem Dei esse per Spiritum Sanctum inhabitantem. XII. 9. XIV. 14. XXV. 19. XXX. 39.

Amorem Dei et contritionem mereri vitam aeternam. XVII. 10. 11.

Dolorem contritionis semper esse maximum. XX. 6. XXII. 31.

Poenitentiam aliquando amore inchoari, hunc tamen amorem non esse charitatis. XXII. 17.

Peccatorum non habere gustum sanum ad gustandam divinam bonitatem, quae est amoris objectum, et ideo poenae metu magis, quam Dei amore à culpa revocari. *Ibi.*

D. Augustinum peccatori virtutes veras negantem loqui de virtutibus meritoriis. IX. 46. Quomodo ipse intelligendus, dum dicit, legem veterem manum cohibuisse, non animum. XXII. 24. 25.

Et dum ait: confessio presupponit charitatem. *Ibi.* 42.

TIMOR ex amore nascitur I. 11. Et amor ex timore. XXX. 35.

Timor quid sit? I. 6.

Per ordinem ad Deum quotuplex? *Ibi.*

Timor inferni quotuplex? VIII. 2. XXXI. 8.

TIMOR filialis unde nascatur? I. 7. XV. 7. XX. 8. XXII. 35.

Est principium contritionis. I. 7. XV. 7.

Est donum Spiritus Sancti. XXII. 32.

Est dispositio concomitans. *Ibi.* 35.

TIMOR initialis culpam et poenam fugit, illam principaliter, istam secundario. XXX. 39. Disponit concomitanter. *Ibi.*

TIMOR mundanus est malus. I. 7. XXX. 14.

TIMOR naturalis insufficientis est dispositio. VIII. 2.

Non auferit peccandi voluntatem. VIII. 10. 11. XXIII. 19. 20.

Anaturali metu alicujus poenae temporalis incipere solet peccatoris conversio. V. 8. XXVII. 20. 21.

TIMOR servilis quotuplex? I. 7. VIII. 2.

Timor serviliter servilis est malus. *Ibi.*

Timor absolute servilis est bonus, sed servilitas mala. I. 9.

Servilis timor inferni supernaturali fide, et auxilio innixus, est supernaturalis. *Ibi.* 7.

Est à Spiritu Sancto, sed non est donum Spiritus Sancti. XXII. 32. 33.

Fugit separationem à Deo, ob id tamen non dicitur castus. VIII. 17.

Reperitur quoad substantiam in Justis. 1. 9.

In eis non dicitur servilis, sed initialis. XIII. 14.

Est principium attritionis. I. 7. 8.

Hoc timore et aeternae, et temporales poenae pertimescimus. V. 7.

Eosdem, quos attritio supernaturalis, comites habet. VIII. 2. 6. 7. 14. XXXI. 4.

Pellit peccatum, et peccandi actualem voluntatem. VIII. per tot. IX. 50. XXIII.

25. 33. XXIII. 19. 20. XXXI. 6. 7.

Si adu haberet voluntatem peccandi, si esset malus extrinsecè, sive ex vitio timoris, vel ex alia circumstantia, diceretur malus absolute. I. 7. VIII. 19. XX. à n. 21. ad 32. XXVI. 2. XXX. 13. 14. XXXI. 4. 5.

Opponitur omni peccato gravi. VIII. 14.

Est omnino voluntarius. XXX. à n. 30.

Per eam ad Deum confugimus, et à peccando abstinemus. I. 2. VII. 7.

Generat veram poenitentiam. X. 6.

TRIDENTINUM Concilium indecisam reliquit hanc controversiam. VI. 12.

Favet nihilominus Attritionismo. *Ibi.* per tot.

Contritionem definit, eamque in imperfectam et perfectam dividit. *Ibi.* 2.

Attritionis motiva recenset. I. 2.

Delarat, attritionem esse donum Dei, et impulsum Spiritus Sancti moventis, et nondum inhabitantis: non facere hominem hypocritam, et magis peccatorem: esse preparationem ad gratiam, et dolorem non coactum, sed liberum, et voluntarium. I. 2. VI. 2.

Attritionem ex amore Dei prodire, numquam dixit. *Ibi.* 5. 12.

Poenitentia, quam necessariam appellat ad obtinendam gratiam, servilis est. *Ibi.* 27.

De attritione agens, cur delere jussit verbum *sufficere*? XXV. 7. 8.

Verbum *aliquando*, quo utitur, significat dispositionem sufficientem. *Ibi.* 4. 5. 6. 7. 8.

Delere etiam precepit quaedam verba, quae Initialismo favebant. *Ibi.* 5. et XIX. 18.

Evigilare amorem Dei ad impiorum justificationem. II. 2.

Qualis esse debeat amor iste? *Ibi.* 2. 3. III. per tot. XIX. 2.

Testatur, opera bona etsi parva praemium habere apud Deum. XVII. 4.

TURLOT (Nicolaus) in suo Thesaurò doctrinae christianae attritionis sufficientiam docet. XXVIII. 15.

VEGA (Andreas) asserit, quod in Tridentino temperatum est à verbo *super omnia*, cum de dilectione Dei ageretur. II. 3.

Ad justificationem requirit dilectionem Dei, at non *super omnia*, sed eam minorem. *Ibi.*

In Doctoribus antiquis non legi *super omnia*, cum de amore ad justificationem nec cessario tractant. *Ibi.*

VIRTUS habet duplicem formam, aliam propriam, aliam communem. IX. 41.

Proprium bonum amat. II. 11. 12.

- Virgine et recta ratione neminem male iud. IX. 7.
- Sine charitate nullam esse virtutem ut meritoriam. *Ibi.* à n. 44.
- Dilectione discerni filios Dei à filiis Diaboli. XIII. 7. XXI. 23. 24.
- Deum non dilectum dilexisse nos. XI. 4. XIII. 11. 15.
- Charitatis nomine intelligitur apud eum charitas perfecta. XXI. 15.
- Charitas inchoata, quam admittit, justificans est. XXI. 11. XXVI. 15.
- Est etiam meritoria. *Ibi.* et XVII. 10. 13.
- Non aliam videtur agnoscere charitatem, et dilectionem, nisi diffusam in cordibus nostris per Spiritum Sanctum inhabitantem. XI. 4. XII. 19. XIII. 10. 11. 13. XVII. 13. XXI. 5. 7. 11. 19. 21. 24. 25. XXIII. 13. XXVI. 11. 13. 14. 15. XXVII. 9.
- Admittit amorem antecedentem spei. II. 16. Et etiam concomitantem charitatis. III. 12.
- Unioni amoris cum peccato propitius non est. XIII. per tot.
- Nomine fidei per dilectionem operantis quid intelligat? XXI. 5. 21.
- Quomodo exponendus est, cum voluntatem peccandi timenti attribuit. VIII. 10. 12. 19.
- Et cum esset, quod liberum arbitrium ad diligendum Deum primo peccato perdidit. XIV. 18.
- Ait, se non satiare loquendo de charitate. XIII. 16.
- Operum suorum non solum piis lectorem, sed etiam liberum correptorem optavit. *Ibi.* 18.
- BAILLIUS (S.) docet, concussus Dei timore nil peccatum. VIII. 5.
- BELZA Franciscus asserit, attritionem esse actum secundarium viceus penitentis. XIV. 12.
- Affirmare et negare videtur, amorem initialem cum voto Sacramenti sufficientem ad salutem in hora mortis. XXIX. 27.
- Alla ipsius assera convelluntur. *Ibi.* à n. 18.
- BENEDICTUS XIII. asserit, à S. Sede nil decisum esse circa hanc questionem. XXVIII. 7.
- BENEDICTUS XIV. agnoscit, voluntatem peccandi attritione excludi. X. 4.
- Facit difficultatem explicandi amorem initialem. *Ibi.* et in COMMENDATIONE
- Vult quod Episcopi nihil decernant, vel de attritionis sufficientia, vel de amoris necessitate. *Ibi.*
- Ait, nil hactenus in hac controversia à Sede Apostolica fuisse definitum. *Ibi.* et XXVIII. 3.
- Petulantem, et mordacem dicendi, scribendive rationem improbat. *Ibi.* 31. 32.
- Exoptat, quod Scriptores omnes imitentur modestiam, moderationemque SS. Augustini et Thomæ. *Ibi.*
- BENEVOLENTIA Dei erga homines reparatur per gratiam. XIV. 16. Vide *Billuart.*
- BERNARDINUS (S.) accipit attritionem pro dolore de peccatis gravioribus duntaxat. XXIII. 7.
- Ad justificationem exigit contritionem, sed concomitantem. *Ibi.*
- Ait, quod contritio est à gratia, et attritio à voluntate. *Ibi.*
- BERNARDUS (S.) docet, timore expelli peccata, tam commissa, quam committenda. VIII. 6.
- Timore nos vocari, amore justificari. X. 8.
- Utilitates alias timoris explicat. VIII. 5.
- Asserit, quod Deus non diligitur sine premio. XVII. 12.
- BERTI (Laurentius) fatetur necessitatem gratiæ sanctificantis ad amorem naturalem Dei. XIV. 17. XVII. 15.
- Ad amorem initialem gratiam illam non exigit. *Ibi.*
- Statum nature pure impossibilem retur. *Ibi.*
- Docet, quod homo in illo statu si amaret Deum super omnia, ad vitam perveniret æternam. *Ibi.*
- Peccatorem, qui infernum supernaturaliter timet, actu concupiscere peccatum secundum se, et quatenus peccatum est. VIII. 16. 17.
- Et se ipsum amare ut finem ultimum. *Ibi.*
- Et adhuc illicitis oblectationibus adherescere. XXIII. 20.
- Virtutes Gentilium veras virtutes non fuisse. IX. 40.
- Agentem ob honestatem virtutis et sine charitate, numquam agere absque cupidi-

- tate, et philanthia, nec propter æquitatem, sed aut sibi placentem, aut fruentem bonis commutabilibus, et ideo opus ejus esse pravum, ac perversum. *Ibi.* 3.
- Omnia opera peccatorum fidelium, et infidelium, quæ charitate, in Deum non referuntur, esse destituta rectitudine ultimi finis: esse bona officio, non sine: esse bona, non bene facta: esse peccata et vitia: esse bona intrinsecus, et peccata extrinsecus: et eodem modo eorum virtutes morales esse vitia. *Ibi.*
- Inconvenientia hujus doctrinæ. *Ibi.* à n. 5.
- Haud recte objicit Attritionistis metum adultera, lupi, ac similia. XXIII. 20.
- Multa scripsit, ut hæresos suspicionem destrueret. XXVII. 6.
- Contritionistarum erroream doctrinam vindicat. XXIII. 7.
- In Indice Operum illius reperitur hæc propositio, Timor servilis sine charitate iniustus videtur ventis indignus. XXIII. 20.
- Ait charitatem aliquando significare bonam voluntatem, vel cupiditatem boni vel gratiam prævenientem. IX. 50. XXVIII. 10.
- BILLUART (Carolus Renatus) sentit, hanc locutionem: Amorem spei esse barbariorum II. 4.
- Admittit amorem benevolentia distinctum ab amore charitatis. XXVI. 5.
- BONAVENTURA (S.) docet, attritionem sufficere ad Baptismum. X. 13.
- Et etiam ad Sacramentum Penitentia. XXIII. 6.
- Neminem teneri confiteri ex charitate. *Ibi.*
- Charitatem verò necessariam esse, in principio, vel in medio, vel in fine confessionis. XXX. 10.
- Charitatem nunquam posse esse informem. XXIII. 6.
- Amorem Dei propter se, et super omnia, removeri per omne peccatum. *Ibi.*
- Informem esse non posse. *Ibi.*
- Nullum peccatorem diligere Deum propter se, et super omnia. *Ibi.*
- Penitentiam ex timore nasci magis, quam ex amore, quia peccator non habet amorem Dei, sed sui. *Ibi.*
- Contritionem duo dicere, nempe peccati detestationem, et gratia informationem. *Ibi.*
- Et esse dispositionem concomitantem, attritionem verò antecedentem. *Ibi.*
- Timentem serviliter, si actu habeat voluntatem peccandi, vel actu concupiscat peccata, peccare. VIII. 19.
- Usum timoris servilis esse posse bonum, et absque omni peccato, sed non meritorium. *Ibi.*
- Quod, dum Augustinus dicit, in timore servili vivere adhuc voluntatem peccandi, intelligendum est, vivere, non semper in actu, sed in habitu, et radice. *Ibi.*
- Vindicatur ab improbe doctrinæ caliditate, quam ei alligit Drouven. XXX. 10.
- BORROMEUS (S. Carolus) statuit, penitentiam attritum, et non contritum absolventem esse: herique ex attrito contritum virtute Sacramenti X. 15.
- CABADES Magi (Augustini) argumentum quoddam solvit. VI. 15.
- CANO (Melchior) vindicatur ab injuriis Morini, et Lupi. XXIII. 22.
- Ejus doctrinæ variz laudantur. I. 4. X. 12. XI. 1. XXI. 15.
- CATECHESIS plures doctrinæ christiana tradunt attritionis sufficientiam. XXVIII. 15.
- Vide *Palafox, Ripalda, Turlet, Zarza.*
- CHATECHISMUS Romanus attritionis non meminit. XX. 4.
- Attritionistis omnino contrarius non est. *Ibi.* 8.
- Igius verba quadam explicantur. *Ibi.* à n. 5.
- Alla laudantur. VI. 1. VII. 6. XIX. 2.
- CHARITAS alia divina, alia humana, alia licita, alia illicita. XXI. 26.
- Alla attritionistica, alia initialistica. XXVIII. 20.
- Charitas absolute prolata significat charitatem perfectam, et justificantem. XVIII. 1. XXI. 25.
- Datur nobis, non quia dileximus, sed ut diligamus XI. 5.
- Confertur quoque, non ut facilius, sed ut absolute amemus. XVI. 12. 23.
- Non manet in peccatore, et hinc deducitur, ipsum non teneri, Deum ex charitate amare ante justificationem. XI. 7.

Licet sit minimus, potest vitare omnem peccatum, et vincere omnem tentationem. XIV. 8.

Opponitur omni peccato mortali. *Ibi.* 14. et XVI. 8.

Nequit esse informis. XIV. 14. 15. XXIII. 6.

Causatur à spe. II. 9. XXV. 27.

Quomodo foras mittat timorem. I. 9.

Ex una, et eadem charitate Deum, proximumque diligimus. XII. 3. XXVI. 16.

Est forma aliarum virtutum, non intrinseca, sed extrinseca. IX. 41. XXXI. 9.

Est per Spiritum inhabitantem. XIV. 2. 4. XXV. 19. XXX. 39. Vide *amor charitatis Augustinus.*

Est necessaria simul cum gratia ad sanandam aversionem à Deo. XXIII. 19.

CHRISTUS Dominus in primo suæ conceptionis instanti meruit, et fuit beatus. III. 4.

Voluit, passionis suæ virtutem inesse Sacramentis. VI. 8. XXXI. 1.

CHRYSOSTOMUS (S. Joannes) ait, cum timore viventem impossibile esse peccare: et plura alia similia dicit de timore gehennæ. VIII. 5.

CYPRIANUS (S.) attritionem probat ad confessionem faciendam, quin amoris recorderetur. X. 6.

CLEMENS XIV. affirmat, Concilium Tridentinum non approbasse institutum societatis. XIX. 29.

CONCINA (Daniel) ait, opinionem attritionis formidolose esse evidenter damnatam. XXVIII. 2.

Universo fere orbi contrariam. *Ibi.* 7.

Et vanis innoxiam prejudiciis. XXV. 3.

Male explicat amorem initialem per desiderium amoris. IV. 6. 7.

Et per propositum efficacis diligendi Deum. XXVI. 12.

Nec recte exponit decretum Tridentini, in quo agitur de attritione. XXV. 6. 7.

Attritionismum immerito sociat Probabilismo. *Ibi.* 10.

Eos natos asserit ceu duas confederatas sorores anno 1577. in Universitate Salamaticensi. *Ibi.*

Doctrinam quandam S. Thomæ appellat vanam cabillationem. *Ibi.* 17.

Quomodo penitens ex attrito fiat contritus, non bene declarat. *Ibi.* 25. 26.

Innuat attritionem, et timorem res esse malas. XXVI. 2.

Fareatur attritionem detestari peccata. *Ibi.* 3.

Vult, quod peccatoris conversio incipiat ab observantia præcepti charitatis. *Ibi.* 18.

Et quod amor initialis justificationi prævius sit prædominans, et prævalidus. *Ibi.* 19. 20.

Imago peccatoris metu ad Deum conversi ab eo adornata parum conformis videtur veritati, Scripturæ, et Religioni. XXVII. per totum.

Unde eam extraxerit? *Ibi.* 2.

In catalogo Auctorum, quos pro se laudat, reperiuntur plures Contritionistæ, et alii, quorum nomina sunt in Expurgatorio Hispano. *Ibi.* 6.

Textum quendam Scripturæ infideliter refert. *Ibi.* 21.

Mortuosissimum dicendi genus, quo utitur, defendere curat. XXVIII. 30.

Falsa imponit Attritionistis. XXV. 3. 10. XXVI. 18. XXVII. 5. XXVIII. 2. n. 17.

Eos deprimat, et spernit. XXV. 1. 2. 3. 4. 10. 17. 22. 25. XXVI. 18. XXVII. 2. 5. XXVIII. 2. 7. 11. 14. 16. 17. 23. 29.

Sibi ipsi inconstans est. XXV. 5. 6. XXVI. 2. 3. 4. 7. 18. 20. XXVII. 3. XXVIII. 18.

Vult, quod conversio hominis ad Deum præcedat conversionem Dei ad hominem. XVIII. 28.

CONCUPISCENTIA una bona, altera mala. II. 14. XXI. 19.

Concupiscentia, et alie peccatorum reliquæ, quæ peccatum non sunt, manent in justificatis. II. 14. VII. 3. 4. VIII. 18.

Quomodo curentur. VII. 3. 4. XXVI. 3. Vide *Amor concupiscentie.*

CONTRITIO in communi quid sit? I. 4.

Alia perfecta, alia imperfecta. VI. 2.

In quo ista differant? *Ibi.* et 6.

CONTRITIO perfecta intelligitur in hoc opere sub contritionis nomine. IV. 8.

Quid sit? I. 4.

Dicitur perfecta, non quia semper intensa, sed quia cum gratia semper est. III. 17. 7. XXIX. 9.

Flagreat amorem Dei summum, non intensivè, sed extensivè, et appreciativè. I. 4. 10.

Est dolor omnium maximus. XX. 6. 7. 9. XXII. 31.

Est acies virtutis penitentia, XV. 5.

Fieri potest in aliquo casu raro sine penitentia habitu. III. 11.

Est dispositio concomitans ad gratiam. *Ibi.* a. n. 2.

Est attritio servili tutior. XXVIII. 13. 21.

Non est necessaria ad confessionem; cum tamen ex devotione, et supererogatione prævise adhibere, sanctum est. *Ibi.*

Nascitur ex amore charitatis, et timore filiali. I. 1. 3. 7. XV. 7.

Habere quandam infinitatem. XV. 4. 10.

Semper est meritorea. III. 4. XV. 4. 5. 8. XVII. 11.

Numquam se sceleribus adjungit. XV. per totum.

Etsi minima sit, delet omnem culpam gravem. *Ibi.*

Justificat aure receptionem Sacramenti Penitentia. *Ibi.* et I. 2.

Sed cum Sacramenti voto, quod in illa includitur. *Ibi.* et XXX. 25. Vide *Votum.*

Est in ultima hora necessaria. XXIX. 7. 8. 9. 10.

Etiam attrito, et confesso; ac cuique justo. *Ibi.* 14.

Omnis dolor de peccato in justo est contritio. XI. 1. XIV. 12.

CONTRITIONISTÆ docebant, penitentes, antequam Penitentia Sacramentum suscipiant,

perfectam contritionem elicere tearsi. XXIII. 4.

Impugnatur hæc sententia. *Ibi.*

CONVERSIO peccatoris alia imperfecta, antecedens, et dispositiva; alia perfecta, concomitans et justificans. XVIII. 17. 28. XXVI. 21. XXXI. 11.

Conversio justificans aliquando vocatur imperfecta. XXII. 29.

DEUS utiliter vocatur pater à peccatore. XXVII. 21.

Ut Creator est pater omnium rerum. *Ibi.*

Cognoscitur, et amatur à justis naturaliter, et supernaturaliter. XXII. 7.

A peccatoribus nec naturaliter amatur super omnia. XIV. 16. 17.

Eum ut est bonum commune amant res omnes. XXII. 12.

Est in omnibus rebus per immensitatem. XII. 3.

Habitat in justo ut in templo suo, secus verò in peccatore. *Ibi.*

Hæc habitatio est per gratiam, et charitatem. *Ibi.*

Prior diligit nos. XI. 4. XXII. 8. XIII. 15. XVIII. 22.

Eum diligere nequimus, nisi prius ab eo diligamur. XIII. 12. 15. XVIII. 19.

Ejus dilectio producit in nobis gratiam. XI. 4. XIV. 10. 19. XVIII. 25.

Ejus charitas in se unica est, sed in ordine ad homines alia dicitur generalis, alia particularis, alia sufficiens, alia efficax. XVIII. 25. 26. XXI. 17.

Ejus bonitas et gloria ex se magis revocant à culpa, quam pœnæ peccator vero magis revocatur pœnæ metu. XXII. 17.

Ejus misericordie tribuitur nostra justificatio. XVIII. 4. 29.

Ad nos convertitur, priusquam nos ad eum convertemur. *Ibi.* 28.

DISPOSITIO alia antecedens, alia concomitans. III. 1.

Quomodo dispositiones concomitantes præcedant, et subsequantur gratiam. *Ibi.* 6.

Formæ quædam præstantissime non perunt dispositiones prævias sibi similes. XXV. 2. n. 23.

Deus non supplet in receptione Sacramentorum internam hominis dispositionem, quam potest, et debet habere. XXIX. 17. 18. 19.

DOLOR supernaturalis de peccatis potius quam amor Dei est materia proxima Sacramenti Penitentia. VI. 16.

- Facilius excitatur in peccatore timore inferni, quam amore Dei. XI. 8. 9.
 Non est cum actu peccato gravi. VIII. 14.
 Peccatori penitentia est magis necessarius, quam amor. XVIII. 4.
DONA Spiritus Sancti non sunt sine charitate. XXII. 32. 33. 35.
 Ante dona ista non sunt eorum opera. XVI. 14. 15.
DROWN (Renatus) asserit, attritum hominem velle fieri quod vetatur inimicum esse
 iustitiæ: metuere, non peccare, sed ardere: opus legis invitum facere: cogita-
 tionem et voluntate immundum, ac reum esse: habere voluntatem peccandi.
 XXX. 2. 13. 14.
 Eum qui timore et non amore reconciliationem querit, reum magis fieri, quam peniten-
 tem. *Ibi.* 5.
 Dispositionem ad gratiam, si charitate destituta sit, iram Dei concitare: et hanc doctri-
 nam attribuit S. Bonaventuræ. *Ibi.* 10.
 Amorem concupiscentiæ hominem aspicere ut finem ultimum. *Ibi.* 12.
 Attritionem servilem manum cohibere, non animum: esseque timencis vitio extortam,
 coactam, et non liberam. *Ibi.* 14.
 Inter amorem bonum Creatoris et amorem malum creaturæ amorem medium non
 esse. *Ibi.* 19.
 Charitatem non habenti nil prodesse opera bona. *Ibi.* 22.
 Nullum opus esse bonum, si de radice charitatis non surgat. *Ibi.* 23.
 Omnes pene Theologos, qui a sculo duodecimo ad decimum sextum fortiter
 docuisse, contritionem perfectam esse necessariam ad Sacramentum Penitentia.
Ibi. 26.
 Attritionistas insultat. *Ibi.* 28.
 Aliqua illius argumenta probant necessitatem charitatis perfectæ præviæ ad Sacramentum.
Ibi. 4. 8. 9. 11.
 Immo et gratia. *Ibi.* 6. 7. 9. 10. 21.
 Alia probant, justificationem esse impossibilem. *Ibi.* 20. 21.
EUGENIUS IV. contritionem ut ambie perfectam et imperfectam dicit Penitentia mate-
 riam. X. 1.
FERRARIENSIS docet ex D. Thoma, dilectionem in solis iustis esse. XIV. 20.
FERRERIUS (S. Vincentius) docet, parvam contritionem curare animam ab omnibus calpis
 mortalibus. XV. 14.
 Theologorum conclusionem esse, quod vera contritio etsi minima non est sine gratia. *Ibi.*
FERRUSIUS (Jacobus) falso asserit Magdalenam dilectionem antecessisse peccatorum remis-
 sionem. XII. 13.
FIDES est initium et radix justificationis. II. 7. IX. 8. XXVI. 18.
 Datur nobis, non quia credimus, sed ut credamus. XI. 5. 6. 7.
 Mauet in peccatore catholico. IX. 43.
 In eo tamen non est fides per dilectionem operans. XXI. 5. 21.
FINIS ultimi rationem qui in creatura collocat, peccat mortaliter. IX. 31. Vide
Orationem.
GALLI antiqui ut plurimum Attritionista, recentes verò plerumque Initialista. XXVIII. 15.
 De S. Inquisitione haud recte sentire solent. XXIV. 3.
GALLIA miserè, dum hæc scribitur, desolatur. *Ibi.*
GALLICANUS Clerus non bene explicat amorem initialem per amoris desiderium. IV. 6. 7.
 Quoddam ejus decretum declaratur. XXIV. 5.
 Apostolica ejus constantia in laboribus pro fide catholica perferendis. *Ibi.*
GONEF (Joannes Baptista) tradit, omnes ferè Theologos antiquos docuisse attritionis suf-
 ficientiam. XXX. 27.
GRATIA sanctificans intelligitur in hoc opere sub gratiæ nomine. IV. 8.
 Distinguitur à charitate. XVI. 1.
 Opera ante justificationem facta ex se non habent connexionem infallibilem cum gratia:
 bene verò ex intentione Dei. VI. 19. XX. 10. 11. 12. 13. 14. XXIX. 22. 23.

- Gratia nihilominus non datur indignis, sed dignis. XX. 10.
 Recipientium dignitas non ante gratiam, sed à gratia est. *Ibi.*
GREGORIUS Magnus (S.) docet, hominem non posse Deum diligere, nisi cum ha-
 beat. XII. 8.
 Veritatem non fidei auxilio falsitatis. XXX. 29.
GREGORIUS XIII. petit aut contritionem, aut attritionem ad Sacramentum Peni-
 tentiæ. X. 2.
 Ait, attritum fieri virtute clavium contritum. *Ibi.*
 Etiam cum sola attritione peccatorem vere et utiliter confiteri. *Ibi.*
 Contritionem, et dilectionem esse dispositiones, non pravias, sed concomitantes. *Ibi.*
HABITUS informis formari potest, secus verò actus. I. 9. Vide *Meritum, Præcepta.*
HIERONIMUS (S.) monet, à malis per suppliciorum formidinem recedendum, Deumque à
 filio gloriam, à servo timorem exigere. VIII. 5.
 Refert, quod B. Joannes Evangelista hæc assidue repetebat: Filii diligite alteru-
 trum. XII. 10.
HISPANI Theologi celeberrimos sunt Attritionista. XXVIII. 15.
 Nonnulli hodie Gallicenses effeci, recentium Gallorum Initialismum amplectuntur. *Ibi.*
HOSIUS Cardinalis ait, noninem de peccatis dolere, nisi prius ab illis cessaverit. VIII. 14.
JERSON (Joannes) tradit, sententiam esse communem, quod attritio sufficiat cum Sacra-
 mento. XXX. 27.
INITIALISMUS natus videtur una cum Bajanismo in Universitate Lovaniensi. XXV. 10.
 Non est proscriptus. XXVIII. 3. 4.
 Non est communis Nationibus Catholicis. *Ibi.* 11.
 Eum amplectuntur Bajanista, Jansenista, Quesnellista. *Ibi.* et XXV. 10. XXVII. 5. 6.
 Pro eo stabilendo alii etiam laudantur, qui non semper vera docuerunt. *Ibi.*
INITIALISTÆ non conveniunt in explicando amore initiali. XII. 1.
 Quorum illorum opinio hic impugnetur. *Ibi.*
 Nonnullæ eorum doctrinae laxæ, ac periculosa. XXIX. per tot.
 Celeberrimos ex ipsis in hæreses suspicionem venerunt. XXVII. 6.
 Qui præcipui inter eos sunt nominis, caute legendi. XXX. 29.
 Aliqua ipsorum asserita damnatis assimilantur doctrinis. VIII. 20. IX. a n. 21. XV.
 16. 17. XXI. 21. XXVI. 2. 18. XXVII. 8. 9. 10. XXVIII. 12. XXIX. 27. XXX.
 a n. 2. XXXI. a n. 2.
 Pleraque eorumdem argumenta probant, jam gratiam, jam charitatem perfectam, jam
 perfectam contritionem requiri præviæ ad Penitentia Sacramentum. a Cap. XVIII.
 ad finem pa. sim.
INNOCENTIUS XI. jubet sequi in re Sacramentaria opinionem tutiorem. XXVIII. 1.
 Quomodo id explicari valeat in hac controversia? *Ibi.* a n. 5.
INQUISITIO Hispania in zelo catholice fidei tuenda non est inferior Clero Gallica-
 no. XXIV. 3.
 Ejus fama ab aliquibus injustissime læceratur. *Ibi.*
 Eius vigilantia à malis, quæ hodie Gallia patitur, nos præservat. *Ibi.*
 Duas propositiones, quæ Initialistis favent, proscriptæ. *Ibi.* et X. 5.
JUENIN (Gaspard) bene explicat adverbium *aliquando*, quo utitur Tridentinum. XV. 17.
 Innuit, charitatem etiam intensam ex natura sua non esse cum peccati macula insocia-
 bilem. XVI. 16.
 Male inferi necessitatem contritionis præviæ ex eo profato: Analogum per se sumptum
 stat pro famosiore. XIX. 12.
 Argumenta ejus aliqua solvantur. XXIII. 3. 10. 11.
JUSTIFICATIO facillior est intra quam extra Sacramentum. V. 10. XX. 9. 10. 11.
 Ejus causa. II. 6.
 Impius nunquam extra Sacramentum, intra verò aliquo casu raro justificari potest sine ac-
 tu charitatis, et penitentia. III. 8. 9. Vide *Actus, Deus.*
JUSTINIANUS (S. Laurentius) ait, quod timor inferni à lapsu protegit, odit vitia, vir-
 tutes custodit. VIII. 5.

Quod timor hominum non auferit, sed differt peccandi facultatem, et operationem. *Ibi.*
Quod solus Dei timor nocentes corrigit, fugat crimina, et perpetem confert bene-
magendi voluntatem. *Ibi.*

JUSTITIÆ amor non est semper actus charitatis. II. 8. IX. 50.

JUSTUS frequenter Deum amat. IX. 35.

Ad Penitentiam cum perfecto Dei amore accedere potest, sed non tenetur. XI. 1. Vide
Deus.

Infernum timet. I. 9.

Eius timor non dicitur servilis, sed initialis. XIII. 14.

LAPIDE (Cornelius) bene declarat verba quaedam Christi. XII. 13.

LEO Papa (S.) docet, quod Deus sua dilectione, que nostram precedit, reparat in nobis suam
imaginem, vique tribuit, ut eum diligamus. XVIII. 29.

LEX vetus dicitur lex timoris, nova amoris. XXIII. 13.

Prima dicitur cohibere manum, non animum, altera utrumque. XXX. 25.

LUDOVICUS XVI. Gallia Rex. Vide Pius VI.

LUPUS (Christianus) falsa quadam tradit. XXIII. 21. 22.

Inhinc valde est Melchiori Cano. *Ibi.*

LUTHERUS docet, attritio hominem indignè absolvi. VI. 10.

Attritionem facere hypocritas, et magis peccatores. *Ibi.*
Attritio non displicere peccata praterita. *Ibi.*

Evidentius magis timet, eo magis peccare. *Ibi.*

Attritionem esse contritionem extra charitatem, et non meritoriam. *Ibi.*
Opinionem asserentium hanc attritionem disponere proximè ad contritionem, errorem
iudicat. *Ibi.*

MERITUM æquus inest, non habitibus. XVII. 3. 6.
Non par in omnibus. *Ibi.* 5. 6.

Non est sine gratia, et Spiritu Sancto inhabitante. *Ibi.* 2.
Primo pertinet ad charitatem, ad alias virtutes, quatenus à charitate imperantur.
Ibi. 7.

Amori semper adest. *Ibi.* per tot. Vide Bernardus.

MORINUS ait, Theologos ante Tridentinum docuisse sufficientiam attritionis, sed hujus
nomine eam intellexisse, quæ ex amore charitatis oritur. XXIII. 7.

Facetur Attritionis Scholas omnes pervasisse. *Ibi.* 22.

Non recte loquitur de Cano. *Ibi.*

NATALIS Alexander Attritionistam anonymum graviter, sed inmerito carpit. II. 10.

Haud recte explicat amorem concupiscentiæ per desiderium bonorum temporalium. *Ibi.*

Et amorem inirabilem per desiderium amoris. IV. 6. 7.

Facetur, Tridentinum docere, sufficere attritionem cum Sacramento ad justificatio-
nem. VI. 7.

Asserit, dilectionem esse mensuram remissionis peccatorum. XVIII. 20.

Subscripsit famoso casu conscientie ad Ecclesia postea damnato, sed subscriptionem
ejuravit. XXVII. 6.

OPERA mortificata reviviscunt per penitentiam. XVIII. 9.

Opera nostra, ut sint bona, imò et supernaturalia, amore charitatis non egent bene verò
ut sint meritoria. IX. 20. 21. XXXI. 9. 10.

ORDINATIO bonorum operum in Deum ultimum finem fit per amorem à gratia, et chari-
tate egredientem. IX. 35. XXXI. 6.

Fide, spe, ac religione aliquo etiam modo opera nostra in Deum ordinantur. IX. 38.

Qui operatur propter honestatem virtutis, refert virtualiter opus suum in Deum. *Ibi.* 39.

Præceptum referendi opera nostra in Deum idem est ac dilectionis mandatum. *Ibi.* 35.

Peccator dum credit, sperat, timet, ut ad Sacramentum disponatur, jam incipit implere
hujusce ordinationis legem. *Ibi.* 37.

PALAFEOX (Ven. Dei Servus Joannes de) Attritionistam doctrinam sæpe tradidit. X. 16.

Opera ejus Romæ sunt approbata. *Ibi.*

Ejus jussu Joannes à S. Thoma catechismum edidit, in quo sufficientia attritionis
stabilitur. *Ibi.*

Quomodo ejus æmuli hic appellentur. *Ibi.*

PALLAVICINUS (Cardinalis) apud Gallos, et apud sodales non bene audit. XIX. 27. 28.

In ea Initialistam potius, quam Historiographum agit. *Ibi.* 30. 31.

Non omnia verisimilia, quæ scribit in Historia Tridentini. *Ibi.* 29. Vide *Clemens XIV.*
Asserit, Tridentinum comprobasse suæ Societatis institutum. *Ibi.* 29. Vide *Clemens XIV.*

PATUZZI (Joannes Vincentius) fatetur, charitatis nomine perfectam intelligi. XVIII. 2. 4.
Hanc præscribi in primo præcepto. *Ibi.*

Custodientem hoc præceptum, justum esse. XXII. 9.

PECCATUM mortale intelligitur in hoc opere sub peccati nomine, IV. 8.

Peccatum concupiscere, peccare est. VIII. 16. 17.

Nemo peccat sequendo motionem Spiritus Sancti. *Ibi.* 14.

Peccati derestatio alia imperfecta, et antecedens, alia concomitans et perfecta: prima ad
attritionem, ad contritionem altera spectat. XIX. 6. 8. XXII. 27.

Peccatum originale non jungitur cum solo veniali. XVI. 10.

Peccatum veniale impedit actum charitatis. XIV. 9.

Per accidens fit irremissibile, et punitur aternaliter. XVII. 9.

Taceri potest citra culpam in confessione. XXVIII. 5.

Peccata non sunt æqualia. XI. 3.

PIUS VI. innuit, Ludovicum XVI. Gallia Regem fuisse Martyrem. XXIV. 3.

PENNA temporalis aliquando est occasio et motivum poenitentia, aliquando solum oc-
casio. V. 8.

Penæ æternæ metus est necessarius ad justificationem. *Ibi.* 7.

POENITENTIA Sacramentum habet tres partes, nempe contritionem, confessionem, et sa-
tisfactionem. VI. 1. X. 1.

Actus isti dicuntur quasi materia hujus Sacramenti. *Ibi.*

Hoc Sacramentum dolorem, et lachrymas præ amore exigit. XVIII. 4.

Est causa gratiæ. XIV. 12.

Poenitentia virtus est gratiæ effectus. *Ibi.* et XV. 5. XXV. 28.

PRECEPTA Dei impossibilia non sunt. XXII. 14.

Jubent actus virtutum. XII. 14. XXIX. 8.

Impleri possunt quoad substantiam, et quoad modum. XXII. 2 n. 8.

Non intensionem actuum, sed substantiam exigunt. XII. 7. 11. XIII. 19. XVI. 15.

Aliqua sunt præcepta, quæ non servantur sine gratia. XXI. 21. XXII. 9.

Præceptum amoris Dei est affirmativum. IX. 35. 36. XVIII. 2.

Dicitur naturale, seu notum per naturam, et supernaturale, seu notum per fidem. XXII. 7. 11.

Ut naturale jubet amorem naturalem. *Ibi.*

Impleri potest absolute sine gratia, sed non in hoc statu. XIV. 16. 17. XXII. 7. 9. 11.

Ut supernaturale jubet amorem supernaturalem perfectum, non initialem. XVI. 11. XVIII.

1. 4. XXII. 7. 9. 12. XXIX. 13.

Impletur in statu salutis. XIV. 7. XVIII. 4. XXII. 9. 12. XXVI. 18.

Ligat peccatorem, sed hic illud non servat, nisi prius justificetur. XVIII. 4. XXII. 9. 11.

14. XXXI. 1.

Peccator, dum credit, sperat, timet, et ad justificationem disponitur, incipit implere præ-
ceptum istud. IX. 37. XVIII. 2. XXXI. 1.

Ligat etiam puerum in instanti usus rationis, XVI. 10. 11.

Perfensus servatur in sententia hic propugnata, quam in adversa. XVIII. 4. XXV. 10.

XXIX. 13. Vide *Ordinatio.*

PROPOSITUM emendationis præcedit amorem charitatis, et pertinet ad spem. VII. 6. XX. 8.

PROSPER (S.) docet, memoriam inferni vitia superare, frenareque carnalia blandimenta
VIII. 5.

QUIETISTÆ improbant Deum amare, eique servire propter retributionem. II. 15.

Amore concupiscentiæ amat homo attritus, et beatitudinem, et Deum, qui eam confert, necnon gratiam, charitatem, ac dona, quibus illa obtinetur. II. 7. 8. 10. 11. 12. IV. 5. VIII. 2. XXVII. 3.

Spei amor quomodo autem, et post spem sit. II. 9.

Vocatur amor spei, quia spei objectum respicit. *Ibi* 9. 12. Vide *Billuart*. Sine illo nunquam est spes. *Ibi* 16.

Quomodo causet spem, et causetur ab ea. II. 9.

Dicitur imperfectus respectu amoris charitatis. II. 8.

In quo differat ab amore charitatis. II. a. n. 2. ad 13.

AMOR initialis non recte ab aliquibus explicatur per desiderium amoris. IV. 6. 7.

Nec per propositum efficax amandi Deum. XXVI. 12.

Quo sensu admitti valeat prævius amor initialis. II. 9. 17. IV. 6. IX. 37. XVIII. 2. XXIV. 5. XXXI. 1.

Amor initialis, et informis nunquam formaretur. XXI. 11.

Amor initialis, juxta ejus defensores, impium interdum justificat sine Sacramento; secus verò Sacramentum sine amore initiali. VI. 13.

Amor initialis in hoc opere impugnat esset amor verè charitatis cum peccato mortali junctus. XII. 1.

Hic non tollet inclinationem ad malum. VII. 4.

Non requiritur ad primum præceptum servandum. XI. 1. XVIII. 4.

Nec ad hoc sufficit. XIV. 6. 7. 9. XVIII. 4. XXII. 12. XXVI. 18. XXIX. 12. 13.

Non est necessarius ad conversionem peccatoris. XVIII. 17. 28. XXIII. 19. XXVI. 11. XXXI. 11.

Impotens esset ordinare ad Deum opera nostra. IX. 35. XXXI. 10.

Evertit aliquas Thomistarum doctrinas. XVI. 10. 12. 14. 15.

Declamatio contra illum. XXVIII. 27.

ANGELUS meruit in primo instanti suæ creationis. III. 2.

ANTONINUS (Sanctus) sufficientiam attritionis facit. X. 14.

Dilectionem, et contritionem astruit esse dispositiones concomitantes. *Ibi*.

ANTONIUS Abbas (S.) gehennæ metu tentationes vincebat. VIII. 5.

Timorem hunc adversus peccata efficax esse remedium. *Ibi*.

ASTETE (Gasparis) Catechismus laudatur. XXVIII. 15.

ATTRITIO in communi quoruplex? I. 5. IV. 5.

Attritionis nomen haud nimis antiquum, sed id semper notum est, quod per illud significatur, nimirum penitentia ex metu nata. XXIII. 3.

Aliud est occasio, aliud motivum attritionis. V. 8.

ATTRITIO naturalis est dispositio insufficientis ad Sacramentum Pœnitentiæ I. 5.

Nec est sufficiens, quamvis habeat aliquem modum supernaturalem. XXVIII. 28.

Non tollit peccandi voluntatem. IV. 5. VII. 1. 5.

ATTRITIO supernaturalis quid sit? I. 4. VI. 7.

Ut sit bona et supernaturalis non eget amore benevolentie. I. 5. VII. 6.

Licet in se sit perfectissima, dicitur imperfecta respectu contritionis. I. 3.

Non est mixta ex voluntario, et involuntario, sed plene voluntaria. XXX. 16. 30. 32. 33. 34. 35.

Nascitur ex metu gehennæ, vel ex consideratione turpitudinis peccati, vel ex amissione beatitudinis. I. 2. 4. VI. 2. 5. XIX. 19. 20.

In peccatore non est actus virtutis pœnitentiæ. XIV. 12.

Vocatur tamen pœnitentiæ actus. *Ibi*.

Fit auxilio Spiritus Sancti. *Ibi*.

Est donum Dei, et impulsus Spiritus Sancti moventis, et nondum inhabitantis. I. 2.

Includit amorem initialem, prout hic ab aliquibus explicatur. IV. 6.

Est dispositio ad gratiam. VI. 2. 3. 7. 9.

Non solum est dispositio, dum existimatur contritio. II. 1.

Ex se disponit remore, sed virtute Sacramenti sic proxima et sufficiens preparatio,

sicut et proxima materia. VI. 7. 8. 13. 14. 15. 16. 19. XX. 11. 12. 13. 14. XXXI. 1.

Ejus sufficientia ostenditur. V. VI. X. XI.

Est sufficiens in genere doloris, secus verò in ratione dispositionis, partive Sacramenti. IV. 8. XXV. 8.

Quomodo ad gratiam disponat, et in quo differat ab aliis Sacramentorum materiis. VI. 14. XXV. 8.

Apertior videtur quam amor, ut ad Sacramentum disponat. VI. 16. XI. 8. 9. 10. XVIII. IV. XX. 17.

Validior, et proximior est ad gratiam intra quam extra Sacramentum. VI. 7. 8. 9. 13. 14. 16. 19. XX. a. 8. XXV. 7. XXXI. 1.

Uc disponat ad gratiam, eget aliquo amore Dei. II. 1. 2. 3.

Hic amor est concupiscentiæ. II. per tot.

Non initialis, seu charitatis. VI. 5. 6. 11. 12. 13. 17. 18. XI. per tot. XXIII. 7. XXV. 4. 5. 8.

Continet cessationem à peccatis, et propositum emendationis. I. 2. 3. VI. 3. VII. 6. 7. XXXI. 1.

Excludit voluntatem actualem peccandi. VII. per tot. X. 3. 4. XXIII. 19. 20. XXVI. 3. XXX. 16. 18. 32. 33. XXXI. 3.

Si eam non excluderet, non sufficeret ad Sacramentum. XXVIII. 28.

Non expellit habituale peccandi voluntatem. VII. 3. 4.

Ob id tamen dici non debet dispositio insufficientis. VII. 4. XXXI. 3.

Ejus comites recensentur. I. 2. 3. 10. II. per tot. IV. 5. VI. 2. 3. VII. 7. VIII. 7. IX. 50. XXVII. 14. XXXI. 12.

Hic comitibus stipari debet, ut sufficiat ad Sacramentum. *Ibi*.

Debet etiam esse dolor non solum de gravioribus, sed de cunctis peccatis mortalibus. XXIII. 7.

ATTRITIONISMUS nullam habet affiniam cum Probabilismo. XXV. 10.

Defenditur non solum à Probabilistis, sed etiam à Probabilioristis. *Ibi*.

Non est doctrina nova, aut peregrina aut contraria fidei, bonis moribus et sensui Ecclesiæ. X. 16. XXIII. 3. 6. 7. XXX. 27. 28.

Omnes Scholas pervasit. XXVIII. 15.

Non est damnatus. *Ibi* 3. 4.

Est tutus. X. 3. 4. XXVIII. a. n. 3.

Est magis communis, quam Initialismus. XXVIII. 15.

Est Initialismo tutior, quatenus magis distat à peccato hæresis. *Ibi* 13. 14. 20.

Est tutissimus prout in hoc opere propugnatur, nempe cum amore perfecto concomitante. *Ibi* 9. 10.

ATTRITIONISTA injuriosissime tractantur à Concina. XXV. XXVII. XXVIII.

ATTRITUS homo detestatur peccata. I. 2. 3. 10. VI. 2. 3. VIII. 7. XIX. 6. 8. XXII. 27. XXXI. 8.

Si oblitus sui peccati suscipit reverenter Sacramenta vivorum, justificari potest. X. 10. 11. 12.

Si nunquam Deum dilexit, et in articulo mortis, confessione peccata, sensibus detrahitur, et absolvitur salvabitur vel damnabitur? XXVIII. a. n. 7.

Ex attrito fit contritus. III. 10. X. 2. 12. 14. 15. 16. XX. 8. XXIII. 6. XXV. 26. XXXI. 1.

AUGUSTINUS (S.) admittit baptismum fluminis. XXI. 15.

Probabile est, eum justificatum fuisse ante baptismum fluminis. *Ibi* 17.

Ad suscipiendum fluminis baptismum proponit motiva attritionis, et amoris concupiscentie. X. 7.

Docet, per timorem hominem abstinere se à peccatis internis et externis. VIII. 9.

Timentem Deum serviliter, eum non amare. XIII. 14. XVII. 13.

Diabolum ab anima pellendam primò timore, deinde charitate. X. 7.

Virtus naturalis acquiritur nostris actibus. XVI. 12. XXV. 12.
Præbet facilitatem ad bene operandum. XVI. 12.
Esse valet in homine Gentili. IX. 47.
Virtus supernaturalis infunditur à Deo. IX. 7. XVI. 12.
Confert non solum facilitatem, sed etiam facultatem ad actus supernaturales. XVI. 12.
Reperiri potest in peccatore catholico. IX. 42. 43.
Peccatorum, et Gentilium virtutes non sunt meritoriz. *Ibi.* 44. 45. 46. 47.
VOLUNTAS peccandi est duplex, nempe habitualis, et actualis. VII. 3.
Prior est peccatum ipsum habituale, et extinguitur in justificatione. *Ibi.*
Posterior est peccatum actuale. *Ibi.* 5. et VIII. 10.
Excluditur attritione. VII. per tot.
Et etiam timore. VIII. per tot.

NOTUM confessionis includitur in contritione I. 2. XXIX. 10.
In ea includitur etiam votum Baptismi. XXI. 15. Vide *Comitio.*

ZARZA (Joannes Gonzalez de la) Expositionem doctrinæ Christianæ versu edidit, in qua attritionis sufficientiam docet. XXVIII. 15.

ERRATA... SIC... CORRIGE

Págin. Linea.
III. 12. presentes fieri, presentes litteras fieri
IV. 19. per legens, per legens
V. 3. Sanctæ Me, Sanctæ Ecclesiæ Metro-
politanae, politanæ
18. pena, pena
VI. 4. Hispaniæ Mag, ex Hispaniæ Magnatibus
nat., nat.
X. 1. Proemium, Proemium
16. Quo (1) circa, (1) Quocirca
XI. 14. nouquam, nequam
29. et, quod, et quod
48. pac, cap.
XIII. 10. attribuntur, attribuntur
XIV. 2. in ferni, in ferni
24. nequi, nequit
2. 39. est insufficientis, est, insufficientis
4. 17. excelentiores, excellentiores
19. mortum, mortuum
39. amare, amore
41. contrarium, contrarium
6. 5. remittuntur, remittuntur
12. verumtamen, verumtamen
17. concupicen, concupiscentie
tix
7. 38. quas, quas
8. 42. iustitia, iustitia
9. 7. hic tamen aper, ille tamen aperte ex ipsi
te ex illis
41. ex ipse, ex ipso
14. 9. est si, et si
23. consistant, consistant
15. 9. abiriti, arbitrii
12. liberii, liberi

ERRATA... SIC... CORRIGE

Págin. Linea.
50. arbitrium, arbitrium
16. 24. minine, minime
52. tenenur, tenentur
17. 1. elicicunt, elicunt
18. 30. excomonica, excommunicationis
tionis
10. 8. abstrictus, abstrictus
48. comburet et, comburet igni
igni
21. 1. Dixit, dixit
22. 2. scaturigine, esurigine
23. 18. ets, est
21. inesse, inesse
25. 21. illis, illis
28. 52. non illa, non de illa
31. 8. orta, ortam
41. sufficienter, sufficienter
31. 9. quauo, quando
37. 48. Hæc, Hæc
38. 35. adventem, adventum
40. 23. liber, liber
39. qua apropter, quapropter
41. 44. comparatur, comparatur
42. 53. inueteri, in vetere
43. 34. adjuncta, adjuncta
36. cetererum, ceterum
49. 44. (56), (46)
51. 19. earudem, eardem
52. 12. anti-catholicas, anti-catholicas
16. quomodolibi, quomodolibet
bet
24. nequamquam, nequamquam
53. 48. pricipio, principio
54. 8. neque neque, neque

ERRATA... SIC... CORRIGE

Págin. Linea.
57. 43. oportet, oportet
60. 12. resperu, resperu
20. peccatum, peccatum
61. 18. referens, referens
23. docuia, docuit
45. pruide, prouide
62. 43. veo, vevo
46. suspiri, suspicari
63. 32. odest, deest
64. 28. afferit, afferit
65. 29. superadentes, superadentes
66. 38. peccatori, peccatori
72. 48. huiusque, huiusque
76. 22. igitur, igitur
37. inoportunum, inopportunum
78. 40. autem, autem
83. 52. 28. 28., 28. 29.
87. 13. quantumvis, quantumvis
23. necessaria, necessaria
51. D. Thomas, D. Thomam
88. 32. gratiam, gratiam
53. Serm. 44., Serm. 44.
89. 52. excitabit, excitabit
90. 45. propinquor, propinquior
91. 11. praxia, praxia
113. dilectiones, dilectionis
50. apt., apt
92. 5. quo circa, quocirca
8. ipsum acced, ipsum accederet
dare
14. Initialitarum, Initialitarum
20. hypervole, hyperbole
34. est statu, et statu
93. 6. feci. Verum, fecit: verum
14. parte, animo, parte haud
certe nostro haud
19. Oppugnatorem, Oppugnatorem
20. disenti, disenti
21. Illustrissimum, Illustrissimum,
et Excellentissimum, et Excellentissimum
24. vizum, visum
34. indigat, indigat.
94. 2. poscent, poscent.
5. amat, amat
30. reprovo, reprobo.
40. causa, causa
99. 1. Sacri, Sancti
45. serua, servat
100. 35. auctem, autem
101. 30. minu silli, minus illi
107. 21. exat, exeat
39. digamus, diligamus

ERRATA... SIC... CORRIGE

Págin. Linea.
108. 21. deeset, deeset
109. 22. istiusmodi, istiusmodi
114. 22. et 23. possuit, posuit
115. 5. exiguum, exiguum
50. Balza, Balza
116. 19. natura, natura
27. formationem, formationem
118. 18. liberum, liberum
30. evicit, evincit
119. 22. dicitur, dicitur
120. 41. culpa, culpa
123. 11. preferri, proferti
127. 39. societa, societas
129. 5. deficiet, deficit
130. 8. et cupiditatem, et delinquentem cupiditatem
37. remise, remisse
136. 34. Istiusmodi, Istiusmodi
137. 52. a 12., a 12.
141. 31. uterque, uterque
50. Berri, Berri
142. 14. quod idcirco, quo idcirco
36. impiorum, impiorum
144. 52. lib. 54., lib. 34.
145. 37. agris, agris
148. 26. confessione facta, confessione rite facta
149. 37. conservaretur, conservaretur
150. 11. mortus, mortuus
18. inestimabili, inestimabili
156. 28. delecta, delecta
160. 33. exequari, exequari
163. 19. quomodo, quodammodo
166. 18. nec, ne
167. 15. etiam, etiam
168. 44. atque, atque
169. 23. sagittaveras, sagittaveras
170. 11. et 18. sagita, sagittavit, sagittas
vit, sagitas
171. 28. non spes, non est spes
172. 41. non est Deo, non est ex Deo
177. 38. ita etenim, ita etiam
181. 20. bonum natu, bonum naturale
ralli
186. 11. non ad ipso, non ab ipso
188. 34. Sacramento, Sacramentum
rum
35. sanctificante, sanctificante
190. 12. necessarium, necessarium
191. 10. insufficientem, insufficientem
194. 41. inhxerere, inhxerere
198. 1. Poenitentia, Poenitentia
199. 16. prastitit, prastitit

ERRATA... SIC... CORRIGE.

Págin. Linea.		
200. 49.	indefessa	indefessa
204. 3.	probum	probum
30.	momento	memento
205. 46.	complemento, complemento	
47.	tandem	tandem
206. 15.	ipsum	ipsam
32.	edisseret	edisserat
40.	proxiam	proximam
209. 27.	eisdem	eiusdem
211. 39.	præmittan	præmittendam
	dam	
211. 50.	dabet	debet
214. 3.	neutiquam	neutiquam
215. 23.	contritionem	contritionem
216. 39.	dispositionit	dispositiones
217. 10.	distratio	distraclio
218. 19.	absolvantur	absolvuntur
220. 35.	neque	neque
44.	mortus	mortuus
51.	proculdubio	proculdubio
221. 3.	quam	quoniam
10.	servidissime	servidissime
21.	distinctionu	distinctionum
	lam	
34.	suscipendum	suscipiendum
224. 52.	c. 6.	c. 6.
228. 45.	enarranti	enarranti
230. 3.	quem	que
231. 14.	à Patrem	à Patre
232. 49.	convettatur	convertatur
52.	ipsis	ipsis
233. 3.	movee	moveo
4.	inestimabilem	inestimabilem
37.	quo	quod
39.	iracunde	iracunde
49.	iracundiam	iracundiam
234. 22.	timentimus	timentibus
30.	Scripture	Scripture
237. 8.	In Evange	Id Evangelium
	lum	
17.	anulum	anulum
31.	ne patri	neque patri
238. 11.	in celo	in caelis
14.	quesnellianæ	quesnellianæ
239. 46.	comissarum	comissarum
240. 10.	paradigmata	paradigmata
25.	Hyacinthi	Hyacinthi
34.	dispositioni	dispositionibus
	bus	
36.	substantialis	substantialis
241. 50.	annulo	anulo
243. 37.	tan	tam

ERRATA... SIC... CORRIGE

Págin. Linea.		
244. 38.	accessoria	accessoria
245. 14.	conitio	conitio
35.	Pro	Porro
41.	doctina	doctrina
51.	oppinio	opinio
246. 31.	Attritionis	Attritionis
49.	Achippasul	Archiprasul
247. 2.	d' Pologue	de Pologue
26.	Bazquez	Vazquez
53.	Undo qui	Ideo qui
248. 14.	cujus nam	cujusnam
25.	Salmaticen	Salmanticensium
	rium	
43.	Consilium	consilium
250. 40.	equo	æquo
253. 10.	admittit	admittit
20.	trunphare	triumphare
40.	impugnat	impugnat
254. 50.	Philosoforum	Philosophorum
255. 17.	inmerito	immerito
256. 40.	concorditat	concorditer
43.	cum nec	cum nec
44.	ut argumento	aut argumento
258. 18.	autem	autem
20.	que eos	quæ eo
259. 4.	necesaria	necessaria
260. 31.	precipiunt	precipiuntur
261. 12.	adduxit	adduxi
20.	exigit. Deus	exigit Deus
43.	illa tum	illa tunc
46.	ideone	ideo ne
52.	tuncque enim	tunc enim
262. 1.	ratorum	rationum
9.	in auditam	inauditam
42.	initialiste	Initialiste
263. 4.	Ille	ille
10.	suprema	suprema
264. 11.	dumoretur	dumaretur
265. 20.	Similliter	Similiter
266. 13.	non nulla	nonnulla
16.	timor habet	timor servilis habet
268. 10.	gehene	gehennæ
269. 8.	dextram	dexteram
273. 26.	diserentes	diserentes
275. 36.	exposuit	exposui
37.	statuit	statui
276. 14.	predictis seculo	prædictis seculo
17.	insufficientem	insufficientem
277. 1.	perspecue	perspicue
278. 26.	inestimabile	inestimabile
279. 38.	Opera	opera
280. 14.	vigilæ	vigiliæ

ERRATA... SIC... CORRIGE.

Págin. Linea.		
44.	ex nolentem	ex nolento
284. 39.	immunis	immunis
285. 11.	Alexander	Alexander
13.	misericordiam	misericordiam
18.	sicut et	sic et
35.	peccato	peccato
50.	comitibus	comitibus
286. 27.	Præterquan	præterquamquæ
	quod	
32.	inveniant	inveniat
52.	ulmiruum	mirum
287. 9.	necessarius	necessarius hic erit
	erit	
29.	non peccato	non in peccatibus
	ribus	

Hactenus correctio, quæ etsi proluxa nimis, menda omnia non comprehendit.

ERRATA... SIC... CORRIGE.

Págin. Linea.		
51.	committen	committendum
	dum	
288. 7.	orthodoxæ	orthodoxæ. Satis
	satis	
11.	sepius	sepius
292. 5. 15		25
9. 39		9
15. 12		11
293. 15. 2		12.
295. 38. XXII		XII.
300. 36. 24		2. 4.
42.	peccatorum	peccatores
301. 33.	declarat	declarat
40.	utilitur	utilitur

